
EX ELECT ORALI
BIBLIOTHE CA SERENISS
VTRIVSQ BAVARIÆ
DV CVM
MDCC XLVI

<36624647390011

ACTA
PACIS OLIVENSIS
INEDITA
TOMVS I
IN QVO
IOACHIMI PASTORII AB HIRTENBERG
AVRORA PACIS
DIARIVM PACIFICATIONIS
E BIBLIOTHECA ZALVSCIANA
NVNC PRIMVM PROLATVM
OLIVA PACIS
CONTINENTVR
RECENSVIT ILLVSTRAVIT
TABVLAS PVBLICAS ET OBSERVATIONES
ADIECIT
IOHANNES GOTTLOB BOEHMIVS
HISTORIOGR. REG. HIST. PROF. P. O. LIPS

VRATISLAVIAE
APVD GVIL. THEOPH. KORNIVM ET GAMPERTVM
A. C. CIↃ IↃ CC LXIII

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO

PRINCIPI

AVGVSTO III

POLONIARVM REGI M. D. LITHVANIAE

DVCI ELECTORI SAXONIAE

S. R. I. ARCHIMARESCHALLO

PIO CONSTANTI PACIFICO

AMORI CIVIVM

INCLVTAE QVE

REIPVBLICAE POLONAE

BELLO INVICTAE LEGIBVS ARMATAE

LIBERTATIS VINDICI

ARTIVM ET LITTERARVM

BENIGNISSIMAE PATRONAE

ACTA
PACIS OLIVENSIS
POLONA
INSTAR OLIVAE

POST

ATROCISSIMAS BELLI TEMPESTATES

IN

IN MONASTERIO OLIVENSI

POPVLORVM SOLATIO RENATAE

CONSECRAT

IOHANNES GOTTLOB BOEHMIVS

AD

REVERENDISSIMVM ILLVSTRISSIMVM
EXCELLENTISSIMVM DOMINVM

IOSEPHVM ANDREAM ZALVSCIVM

EPISCOPVM KIOVIENSEM

OPTIMVM INDVLGENTISSIMVMQVE
PATRONVM

PROOEMIVM

In operis huius limine si Illustrissimum nomen TVVM, REVERENDISSIME PRAESVL, tacitum illaudatumque. (quamuis haud egeat vlla cuiusquam vel disertissimi laude, multo minus nostra,) praetermitterem: nae ego essem non modo officii parum memor, sed etiam mortalium omnium multo ingratissimus. Adeo illud magnam sui partem TVVM est; quippe profectum ex bibliotheca TVA, locupletissimo verissimoque sapientiae ac doctrinae omnis, in primisque patriae historiae thesauro, cuius similem Sarmatia neque vidit vmquam, neque facile visura est. Etenim aliquot anni praeterlapsi sunt, quum primum Ioachimi Pastorii, celeberrimi viri, ac rerum Polonarum sane quam luculenti auctoris, Diarium Pacificationis Oliuensis, quod apud TE esset, mihi penitius innotuit per fratrem meum, Iohannem Ehrenfridum, talium valde curiosum,

 qui

qui tum ex itinere Varſauienſi, atque adeo ex ipſo illo Muſarum TVARVM ſacrario, reuerſus in patriam fuerat. Ab illo tempore animum cupido inceſſit non cognoſcendi ſolum, lectitandique inſignis operis, ſed, quod huc vſque intra penetralia delituiſſet TVA, prorſus in ſolem conſpectumque, id eſt, in vſus communes producendi. Ad quam me voluntatem cum rei tantae dignitas, tum omnino ſtudium meum, quo ad illuminandas res, per Septentrionem, olim geſtas feror, vehementiſſime impellebat. Cuius ſtudii mei vtcumque argumenta dedi in eruendis Regiae, apud Polonos, dignitatis originibus, ac nuper admodum in Guſtaui Adolphi, Suecorum maximi Regis, praeclariſſimis factis commemorandis concelebrandiſque; fructus quidem vberes, et valde iucundos, et ad nominis decus conſpicuos, iam nunc percepi, in dieſque magis ac magis percipio.

Quae autem TVA eſt, BENIGNISSIME PRAESVL, excellens atque incredibilis erga omnes humanitas, et in iuuandis melioribus litteris, ornandiſque ingeniis ſumma beneficentia, facile confidebam abs TE impetratum iri, vt miſſo ad nos, quod in lucem proferremus, Oliuenſium Ephemeridum exemplo, tam honeſtis deſideriis noſtris adnueres. Neque hanc fiduciam fefellit euentus. Adeo namque haud dubitaſti, apud animum TVVM, precibus locum concedere, vt potius honorificentiſſimo iudicio probares conſilium, atque ad id perſequendum etiam laude ac praedicatione memet accenderes. Adeo me liberaliter cenſebas eſſe eum, qui rem talem non modo procurare, ſed etiam induſtriae contentione, ac ſtudiorum quadam elegantia, (vtar enim vocabulo TVO, etſi nihil in me tale agnoſco,) exornare poſſet. Cuius quidem ſiue iudicii, ſiue fauoris TVI ampliſſima teſtificatione, ferreus fuiſſem, niſi magnopere delectatus, et vero etiam incitatus eſſem ad negotium ſollerter conficiendum: praeſertim quum adiunctum ea haberet ipſum illud operis exemplar, magnam partem manu Paſtorii perſcriptum. Id quum olim ad TE quodam benigno fato adlatum, vnicum ſuperſit, et

et in bibliothecae TVAE eminentissimis ornamentis, iure suo, ponatur: equidem beneficii magnitudinem quanto luculentius intelligo, tanto reuerentius colo ac veneror. Atque huius animi mei non obscurum documentum volui esse ipsam hanc, quam sequutus sum, libri ornandi rationem, editionisque veluti speciem. Quae si TIBI, DOMINE, tam intelligenti, ac iudicii grauitate, multiplicisque doctrinae excellentia, spectato aestimatori, satis fuerit probata: eamdem nec ceteris eruditione praestantibus viris, apud quos plurimum, vt debet, valet auctoritas TVA, fore iniucundam sperem. Igitur illa qualis sit, si veniam dederis, paucis edisseram.

Iam primum posteaquam a TE Pastôriani Diarii copia mihi facta est, id quidem ipso ab auctore paratum editioni haud sustinui, sine aliqua nostri studii et industriae significatione, in lucem proferre. Etenim omnino animus magnopere ab illorum abhorret ignauia, qui aliena gloria splendescere, quam ipsi aliquid, quo nomen illustrent suum, vigilando agendoque expromere malunt. Itaque quum ab isto exemplari publicas tabulas, ad quas, velut coronidis loco adiunctas, Pastorius saepe digitum intendit, abesse omnes cognossem: primum, si quid earum reconditum esset in scriniis ac bibliothecis summorum virorum, Bunauii, caelo, vnde demissus ornandis litteris fuerat, nuper recepti, Nettelbladii, Senkenbergii, Buderi, Lengnichii, Arkenholzii, aliorum, quos ab me nunc nominari longum foret, crebris epistolis inuestigaui. Circa id tempus accidit, vt ad nos ex Dania auspicato veniret vetus amicus, vir doctus, et studiorum nostrorum etiam in barbara terra, (quippe in Tingitanam ablegatus a Danorum Rege,) amantissimus, Ioh. Fridericus Barisienus. Is tum, ne desponderem animum, plane effecit magna mihi iniecta spe, de summa Excellentissimi et Illustrissimi Bernsdorfii, Comitis in Dania Consistoriani, indulgentia, quam dudum celebrari ab eruditis hominibus, et in caelum meritissimis laudibus ferri audieram. Neque multo post ab Re-

ge

ge Optimo, seculi apud suos aurei parente, beniguiter per hunc tantum Virum datum est nobis, vt ex Hafniensi tabulario chartae haud paucae, ad illustranda Oliuensia Acta inprimis idoneae, vt ipsum adeo Oratoris Dani Diarium, antehac ne commemoratum quidem viris doctis, ad nos perferrentur. Qua profecto re ingentes mihi animi additi sunt, ad maiora et pulcriora audenda.

Nam his quasi auspiciis captis, consilium inii saepius ante agitatum, mihique in primis ab Ioh. Iacobo Mascouio, praeceptore quondam meo, cuius mihi memoria et suauissima et sanctissima est, laudatum, circumspiciendi videlicet alios quoque litterarum patronos beneuolos, quorum eximio fauore, apud Principes Musagetas, in prouehendo exornandoque instituto, adiuuaremur. Neque enim iam Pastorii tantum Ephemeridas, adiunctis publicis tabulis, sed omnino Acta omnia Pacificationis Oliuensis, in tabulariis adseruata, si qua mihi via indagandi ista aperiretur, in vnum collecta simul edere mecum constitueram. Itaque circumferenti mihi longe lateque oculos, vel potius animum, primus occurrebat Iosephus Barrius, Cancellarius Academiae Parisiensis, vir et munerum, et, quod multo excellentius est, virtutis ac doctrinae praestantia venerabilis, idemque propter summam ipsius, in nos et studia nostra, beneuolentiam dudum a nobis, qua par est, reuerentia cultus. Hic itaque primus, inquam, occurrebat, cuius tum auctoritate, tum benignitate, obtenturum me sperabam Antonii Lumbrani, Pacificatoris Galli, siue commentarios, siue epistolas, de legatione ipsius rebusque gestis, ad Regem ac Regiae potestatis administros, perscriptas. Et obtinuissem profecto, nisi, oblitterata apud Gallos non Lumbrani tantum, sed paene ipsius Pacis Oliuensis memoria, haec et talia vel prorsus incognita periissent, vel certe situ vetustatis informia iacerent neglecta. Adeo rerum harum nihil, quamlibet curiosa tanti viri diligentia, potuit explorari, exceptis paucissimis ad Mazarinum et Briennaeum litteris, quarum quae-

quaedam particulae, tamquam e naufragio fragmenta, ad nos sunt perhumaniter transmissae.

Inter haec laetior certiorque mihi spes ex Suecis adfulgebat, ad quos Acta Pacificationis studiosissime conscripta peruenisse, non vano augurio coniectabam. Atque horum desiderium, quo vehementer animus flagrabat, nouis igniculis amici quidam mei, viri eruditissimi, ac de bonis litteris perquam bene merentes, inflammabant; in his multo maxime Hanouius, celeberrimus Professor Gedanensis, qui quum resciisset Polonas Ephemeridas, TVA, REVERENDISSIME PRAESVL, eximia benignitate, in manibus nostris esse, iterum atque iterum editionem gratulatus nobis, gratulatus etiam communibus studiis, *Vtinam,* non semel addebat, *vtinam pacis huius Acta Suecica, ex Archiuo, haberi possent!* Possunt vero: atque adeo, quod non solum hos, quos dixi, amicos meos, verum intelligentes aestimatores omnes, in primisque TE, omnium intelligentissimum, scio esse impense gauisuros, ego illa iam habeo. Contigit nimirum mihi, homini extraneo, quod haud scio an nemini, nutu Excellentissimi et Illustrissimi Eckebladii, Comitis, Regni Sueciae Cancellarii, summi atque sapientissimi viri, vt Protocolli, quod vocant, Suecani exemplum, mea caussa diligenter descriptum, Generosissimi atque Amplissimi Stiernmani, Equitis Stellae Polaris, cura et studio acceperim. Quem virum piaculo mihi ducam apud TE, virtutis ac doctrinae optimum patronum, silentio praeterire. Tanta est illius cum omnium litterarum et artium, tum vel maxime rerum gestarum, spectata illustribus monimentis, cognitio, tanta famae celebritas, tanta etiam in me, non alio quam studiorum nomine sibi commendatum, humanitas, beneuolentia, amor. Neque enim piguit eum, inter Reipublicae multa ac grauia negotia, ciuilesque, vt sic dicam, vndas, (quippe tum Regni Comitia agebantur,) id sibi molestiae imponere, vt, quae traderentur mihi Acta Legatorum, ipse

 recen-

recenseret singulari diligentia, et, si quid e festinatione labis traxissent, curatius emendaret. Fuit autem id opus totum scite descriptum et diuisum in partes quinque, totidem haud paruae molis voluminibus comprehensas. Sed, proh fatorum inuidiam! flagrante diro et calamitoso incendio Regia, anno superioris seculi nonagesimo septimo, non nisi extremae binae flammis eripi, atque ab interitu vindicari potuerunt. Iam quae harum praestantissima est, qua, quae Oliuae vsque ad confectam ac promulgatam pacem, et Sobothi, vsque dum Magnus Gardius, princeps Legatus, in Sueciam inde soluit secundis velis, hoc est, a die XXIII Martii, ad IX diem Iunii, anno supra mille et sexcentos sexagesimo, acta sunt, commemorantur, eam nobiscum liberaliter communicatam habemus. Altera de rebus, Holmiae, et in Prussia gestis, vsque ad pacem confirmatam, haud visa est Illustri Stiernmano multum ad instituti commendationem profutura. Sed de vtraque, alio tempore, sum plura dicturus. Nunc cuius rei caussa TE, hacce epistola, interpellare sustinui, eam peragam. Non enim illud mihi verendum arbitror, ne, quum in reddendis TIBI rationibus incepti mei versor, aut orationem frustra consumam, aut officio minus TIBI grato et iucundo defungar.

Igitur in Brandeburgensium Legatorum Actis conquirendis non puto, DOMINE, studium atque operam a TE meam desiderari: quum TV illa, pro magnitudine doctrinae TVAE, satis noris a Sam. Pufendorfio explanata esse, in Commentariorum volumine, quos de praeclare factis Friderici Vuilhelmi, Octouiri Brandeburgici, diligenter sane perscripsit. Praeterea quo tempore opus hoc nostrum cum maxime adornabamus, Germaniae Principes adeo inter se bello, vt cum poeta loquar, fulminabant, vt pacis monimenta, in illorum tabulariis abscondita, velle exquirere, abhorrens atque absurdum esse videretur. Quae temporum tanta aduersitas nostro velut fundo maiorem

intu-

intulisset calamitatem, nisi fortuna, coeptis adspirans, aliunde adfuisset. Ea nobis Ephemeridas Felkersamii quoque, (Cancellarius is erat Iacobi, Ducis Curlandiae, atque ad Oliuensem conuentum Legatus,) e longinquo arcessendas indulsit, adeo incognitas illas non modo popularibus meis, sed fere ipsis Curonis, vt earum vel notitiam habuisse mihi in laude poneretur, apud virum magnum, cuius ad me beneficio peruenerunt. Quod beneficium tanto magis a me commemorandum est, quo magis ipse voluit nomen suum ignorari, et silentio praetermitti. Sed quamquam hoc, e Dania, nobis non est perscriptum: nihilominus propter illustrem viri dignitatem atque doctrinam, eiusque bibliothecae summam celebritatem, non ita tegi potuit, vt non coniectura id facile adsequutus, admiratione adficerer. Itaque quo minus illud in praesentia eloquar, et, quantis maximis possum, laudibus praedicem, aegre me patior cohiberi.

Sed enimuero copiis his, de quibus commemoraui, studiose collectis accessit, tamquam cumulus, rursus e bibliotheca TVA, REVERENDISSIME DOMINE, egregius Rerum Polonarum Codex, saepe ab me *Codicis Zalusciani* nomine, (nec potuit sane alio ad famam illustriore,) laudatus, qui mihi vere thesaurus fuit. Etenim hic TVVS Codex, inter complura illorum temporum monimenta, praecipue Pacificationis Diarium complectitur, Polono sermone conscriptum, mihi vero a Trozio TVO, viro Polonice apud nos scientissimo, factum Germanicum. De quo conueniens videtur breuiter exponere: non quasi TV nescias, cui nihil non penitus excussum perspectumque est in bibliotheca illa TVA, quantumuis numerosa, sed vt aliis harum rerum non incuriosis innotescat. Referuntur autem in eo, exquisita diligentia, quaecumque a XII die Octobris, anno istius seculi nono et quinquagesimo, vsque ad insequentis anni diem XX Aprilis, inter Legatos, praesertim Polonicos, etiam in arcanis cum ipso Rege colloquiis, sunt actitata. Et in illis

 lis

lis quidem colloquiis commemorandis anonymus Polonicarum Ephemeridum ſcriptor, quum ipſe iiſdem interfuerit, Paſtorio eſt, quicum ceteroqui conſentit, longe praeſtantior. Nam aut me animus vehementer fallit meus, aut iſtae Ephemerides confectae ſunt a Chriſtophoro Pacio, ſupremo Lithuaniae Cancellario, et ad Oliuenſem Pacificationem Legato: cuius in hoc tanto negotio et ſingularis prudentia, et ſumma patriae caritas eluxit. At enimuero huius opinionis meae rationes praecipuas vt hic expromam, videris ab me, quum animum olim ipſe aliter induxiſti, iure TVO maximo poſtulare. Iam primum quo minus a Skarſeuicio, cuius nomen, in fronte Codicis, manu TVA adſcriptum vidi, haec Acta Diurna litteris eſſe mandata arbitrer, eo moueor, quod, poſteaquam illa pro inſtituti mei ratione haud parum diligenter excuſſi, multis neque obſcuris indiciis a Legato, eoque Regni Senatore, viro grauiſſimo et prudentiſſimo, perſcripta eſſe intellexi. Nam et res tum in Legatorum congreſſu, tum in Concilio Regio, tamquam praeſente ſe actas commemorat: et Legatos, ex equeſtri ordine, aliquoties ab ſe ſuiſque collegis, qui ſenatoria dignitate conſpicui eſſent, diſtinguit. Et Pacium quidem huius auctorem Diarii eſſe, illud ſatis declarat, quod, quas in conſeſſu Legatorum Polonicorum, quum aliis aliud propoſitionis argumentum pertractandum defendendumque commendatum eſſet, Lithuaniae, Liuoniae, Curlandiae vindicias ſibi obtigiſſe ſcriptor diſertis verbis refert, eas veriſimile non eſt alii potius, quam ſummo Lithuaniae Cancellario, praeſertim qui eſſet idem cum omnis doctrinae, tum vel maxime patriarum rerum peritiſſimus, committi aut debuiſſe, aut potuiſſe. Quodſi ea in re dubitationis aliquid ſupereſſe videbitur, id totum quaſi cum puluiſculo eximet nobis ille Diarii locus, vbi ſcriptor ſe, quae a Pacificatore Gallo propoſita fuiſſent, ad Caeſarianos Legatos detuliſſe ſignificat. Hoc enim a Pacio eſſe factum, Paſtorium teſtem habemus. (v. Pacif. Oliu. p. 106.) Quae quum ita ſint, neminem crediderim fore, qui harum rerum iudicium habeat,

a quo

a quo non, vel ex ſcriptoris auctoritate, praeſtantia operis agnoſcatur. Ego vero id, quia non adeo multa continet, quae non et Paſtorius in litteras retulerit, haud putaui totum euulgandum eſſe, ne ad eaſdem veluti dapes ſaepius vocati viri docti nauſeam contrahant, aut delicatiores omnino, vt ſit, abſterreantur. Sed praeter hanc, quam dixi, alia egregia Codicis iſtius TVI dos eſt. Habet enim et publicas tabulas, quas tot per ſcrinia, per bibliothecas ſummorum virorum, huc vſque vano ſtudio inquiſiueram, tantum non omnes inſertas: quarum exempla, numquam antea edita, iam a nobis in Actorum Publicorum faſciculo exhibentur. Reliquas ipſo ex Reipublicae Polonae tabulario, quod Varſauiae eſt, depromtas accepimus, parario in primis TE, REVERENDISSIME PRAESVL, atque item Illuſtriſſimo Domino, Iohanne Mauritio Comite a Bruhl, Thuringiae Praefecto, viro ad omnia ſumma nato, ingeniique ac virtutis ornamentis condecoratiſſimo.

Atque haec et talia in vnum congeſta, haud abſurdum exiſtimaui, bina per volumina ſic partiri, vt alterum Suecicas, ſimul cum Danicis atque Curonicis, alterum Polonicas Paſtorii Ephemeridas, publicis monimentis firmatas, et meo qualicumque ſtudio tum ad intelligentiam planiores, tum ad vſum aptiores factas, complecteretur. Primas autem Polonicis ideo dedimus, non ſolum quia primae omnium in manus meas venerunt, (habuit enim et celeritatis gratiam beneficium TVVM,) ſed etiam quia, id quod praecipuum eſt, Oliuenſem Pacificationem ab exordio inde, ad vſque finem, proſequuntur: quum e contrario et Pacianae illae, et Suecicae, vti ante dictum eſt, magnam ſui partem, haud paruo hiſtoriae detrimento, ſint mutilatae. Ac ne quid Oliuenſium rerum, a Paſtorio perſcriptarum, eruditi homines praetermiſſum deſiderarent, etiam declamationes tum in auſpiciis, tum in exitu Pacificationis editas, *Auroram et Oliuam Pacis*, Actis Diurnis adiunxi.

In adnotationibus, quas ratus sum adspergendas esse, id maxime spectaui, non vt ostentandae male sedulae operae trita et superuacua corraderem, sed vt manus solis poscentibus, si fas est ita loqui, aruis admouerem. Qua in re peccari video a multis, qui sese beatos inani copia iactitantes, aut nullum operae pretium, aut perexiguum certe, faciunt. Laboraui autem id sedulo, vt et obscuris aliquid lucis adfunderem, et res dignas memoria multas paullo diligentius aut ipsemet enarrarem, aut ab Kochouio, Pufendorfio, Rudauscio, aliisque scriptoribus idoneis enarratas, adferrem: vt, quae per varia historiarum monimenta essent dispersa, in vnum a nobis collecta simul conspici, et melius inter se conferri possent. Inprimis autem illa inserui, quae, indicta aliis, ab anonymo Poloni Diarii scriptore sunt memorata. Nonnulla latius prosequutus sum, singulari *Obseruationum* Libro: quem studiose compositum praecipue velim, si tantum sperare in mea mihi tenuitate licet, iudicio TVO ac TVI similium comprobari. Sane quidem ingenii longe alius, quam huius nostri, fuerit, haec et talia per incuriam scriptorum et maximis tenebris inuoluta, et plurimis difficultatibus obstructa, illustrare ac patefacere, praesertim existimatore TE, cui nulla, nisi dilucide explicata, satisfacere possit oratio. Sed me iuuabat, quanto minus ingenium possem exornandis, tanto magis industriam explanandis rebus intendere, et, si quid dicendo valerem, in celebrandis praecipue Legatorum laudibus experiri. Quod negotium si mihi minus, quam pro exspectatione TVA, reique ipsius dignitate, successit: ero certe vel difficultate, vel magis etiam nouitate operis excusatus. In Obseruationibus ipsis, incomtis quidem ac tenuibus, argumenti delectum habui; velut, in illa Oliuensis et Vuestphalicae Pacis Collatione, qualem miramur nemini vlli ante in mentem venisse. Enimuero hoc, et item alia capita, ne volumen hoc primum nimis excresceret, in alterum reiicienda esse duxi. Et sunt profecto illa eiusmodi, vt Suecicarum Ephemeridum, quae tum edentur, ope indigeant.

Acta

Acta Publica, quae tum ex Regiis tabulariis, tum ex ſcriniis TVIS, REVERENDISSIME DOMINE, ad me magno numero peruenerunt, (ſunt enim plus quam quinquaginta,) cum aliis nonnullis antea iam vulgatis, ſed parum amplius obuiis, huic volumini incluſimus. In illis cenſentur *Vindiciae Liuonicae,* ſi quid recte coniectaui, a Pacio perſcriptae, lectu ſane quam dignae. De ceteris, etſi non deeſſet dicendi materia, nihil in praeſenti dicemus. Formulam ipſam pacis, quando haud ex autographo licuit, ex principe quidem editione deſcribendam curauimus, diligenter collatam illam cum proximis, atque ita factam emendatiorem. Cuius noſtri ſtudii quaedam non exigua documenta loco ſuo dedimus. At exorientur fortaſſe (vtinam ſim vates haud falſus!) viri docti, qui non id ſolum intentiore cura proſequantur, ſed inflammati amore patriae, ac rei vtilitate commoti, illud nobiliſſimae pactionis carmen de induſtria exponendum ſibi colluſtrandumque deſumant. Ad quod negotium rite perficiendum, quis dubitet, hiſce ex Actis, tamquam ex fonte, vtilitatis eſſe quam plurimum redundaturum?

Sed enimuero de vſu inſtituti operis non eſt conſilium mihi plura diſſerere, tum quia per ſe ipſe ſatis cognoſcitur, tum quod ad TE ſcribo, Sapientiſſimum atque Eruditiſſimum Praeſulem, cuius ea eſt, vti rerum pulcerrimarum omnium, ita in primis harum cognitio, ea ingenii perſpicacitas atque elegantia, ea denique iudicii grauitas, vt omnis iſta diſputatio prorſus ſuperuacanea eſſe videatur. Adhaec quum ſpecimina quaedam, niſi auribus noſtris blanditi ſunt amici, tanta indulgentia, quanta eſſe maxima ſolet, identidem ſuſceperis, ac vel inde mihi, homini deliteſcenti in Muſarum vmbraculis, nec valde gloriae auido, nominis et famae commendationem etiam inter populares TVOS, bonarum litterarum et amantiſſimos, et intelligentiſſimos, ſis ominatus: qui poſſem ego de opere ipſo, quod iam in doctorum hominum conſpectum a me producitur, deſperare?

Ego

Ego vero praeter cetera illud etiam vel maxime laetor, quod quo tempore hos, de Pace Oliuensi, Commentarios mihi tandem emittere licuit, etiam patriae meae pax est, almaque faustitas, post diuturnum atque calamitosum bellum, diuinitus restituta. Quod pacis pulcerrimum ac caeleste donum, Sarmatiae tot per annorum felicissimum decursum, sub Augusto III. Pio et Pacifico Principe, quasi proprium factum, Deus Optimus Maximus etiam Saxoniae nostrae perpetuum et intemeratum esse iubeat, studiisque pacis, sine quibus publicae rei incolumitas stare nequit, pristinum decus reddat atque conseruet! Scripsi Lipsiae, a. d. XX Aprilis, A. C. CIↃ IↃ CCLXIII.

IOACHI-

IOACHIMI PASTORII

AVRORA PACIS

DIARIVM

PACIFICATIONIS

OLIVENSIS

EX BIBLIOTHECA ZALVSCIANA

NVNC PRIMVM PROLATVM

OLIVA PACIS

AVRORA PACIS

S

ORATIO

PRAESENTIBVS LEGATIS

CAESAREIS POLONICIS

BRANDEBVRGICIS

GEDANI CIRCA INITIA

TRACTATVVM OLIVENSIVM

HABITA

Post adoratum ſupremum Numen, ſine quo nihil rite, nihil auſpicato procedit mortalibus, primo omnium mihi veniam dari obſecro, ſi in hoc tam illuſtri theatro dicere ordienti, percelli nonnihil animus videtur. Circumfudit me inuſitatus huic loco ſplendor, nec inficior, conſpectis tot ſideribus, extra ſphaeram ſuam, circa me et hanc cathedram vndiquaque lucentibus, me rapi extra me, non tam metu aliquo, quam ſtupore, et inſigni quodam reuerentiae gaudiique ſenſu. Stupore abripior, quum Heliconem hunc in quoddam quaſi palatium Regium, dicam liberius, in Olympum, noua aliqua metamorphoſi vertiſſe video, meque adeo, praeter morem, ſtare in medio Deorum, et vniuerſo eorumdem tacente concilio, ſolum loqui, omniumque in me oculos, aures, animoſque conſpicor eſſe arrectos. Iure hinc reuerentia ſimul animum ſubit, qualis quemlibet hominem decet, qui aut Principes, Dei in terris vicarios, aut vicarios Principum, Legatos, adloquitur. Accedit praeterea ingens vis laetitiae, quando honorem conſidero, qui hoc die litteris contingit, quum magna mundi

capita, quum oracula Principum, ſepoſitis interim, quibus publica ſalus innititur, curis ſublimibus, Athenaeum hoc ingredi voluere. Ac tanto magis exuberat gaudium, quod iſta, quae hic ſplendere video, ſidera ſunt eiuſmodi, vt illuſtre lumen ſuum ad inueniendam publicae pacis ac tranquillitatis viam proniſſime cupiant commodare. Pacis autem filiae ſunt Muſae noſtrae: male conuenit illis cum Bellona, quoniam illae fontes Pierios, haec ſanguinem adpetit; illae honeſtatem docent, haec vt plurimum euertit; illae liberale otium adamant, haec quieta omnia perturbat. Nihil igitur Deabus iſtis contingere poteſt iucundius, quam intueri hic magnos magnorum Principum miniſtros, ſed eoſdem iam pacis feciales, paullo poſt, ſi caelum fauerit, angelos pacis futuros. Adſedit hic equidem, cum aliis Senatoribus togatis, potens Bellonae filius *: ſed idem, exutis tantiſper armis, hoſti metuendis, Martiaque poſita ſeueritate, noſtris et ipſe Muſis benigniſſime ſe hic adtemperat, plenum Gratiis vultum, plenum amore erga litteras, plenum et litteris animum oſtendens. Quod puluinar autem, quam aram tantis nutriciis et vindicibus ſuis ponent Muſae? Quo libamine eorum beneuolentiae litabunt? Non habent aliud, quod offerant, quam ſacrificium labiorum: quod ita, Illuſtriſſimi Domini, vobis offerunt, vt, qui hic ſplendidiſſimae et virtuti et dignitati veſtrae paratur honor, eum, bona pace veſtra, ſummi Regis Regum honore eaedem cupiant praeuerti. Sequar ea in re opportunitatem temporis huius, quo et templa, et palatia, et fora, parietes denique publici et priuati, bonis omnibus ac votis circumſonuere. Eodem officio

* Georgius Lubomierſcius, S. R. I. Princeps, ſupremus Regni Mareſchallus, atque exercituum Dux: cuius praeclara virtus eo bello cum maxime emicuit.

officio mihi quoque publice iam defungi fas erit: atque hinc, vt tanto acrioribus ſtimulis, ad mutuas gratulationes, excitemur omnes, proximi anni curſum, ° quem iuxta cum ſole emenſi ſumus, gratia et comitate veſtra animoſus, remetiar, nouum genus faſtorum conditurus, quum, quemadmodum diebus menſibuſque annum deſcribere Aſtronomi ſolent, ita ego ſpatia eius, ſingularibus Dei beneficiis, ceu oculiferiis maxime ſplendidis, maxime auguſtis, ſignauero. Nec tamen niſi ea caeli munera commemorabo, quae ad publicam Regni vniuerſi, totius adeo Orbis Chriſtiani, ſalutem pertinent. Priuata quiſque domi ſecum memori mente reuoluat, et grato, erga Deum, ore depraedicet. Huic, quod ex tantis Orbis luminibus conſtat, Auditorio non niſi publica et tam late ſcilicet, quam foedera noſtra patent, diffuſa conuenire videntur. Neque enim latet, neceſſitatem publicam, et communis curam ſalutis, multos ingentes Principes populoſque cum Sereniſſimo Rege, et Regno noſtro, ſociaſſe, et eſſe hanc tam arctam neceſſitudinem, vt, quae ſingulis illorum diuinitus contingunt bona, ea in noſtras acceptorum tabulas iure referamus, aeque pro illis in Deum grati, ac ſi nobis contigiſſent. Vnde adeo nemini mirum iam videbitur, ſi, quos foederum ſanctitas copulauit, eos oratio noſtra non ſeiungat: potius autem laetam dicendi meſſem, vndecumque iure poteſt, collectura, per multas ſeſe Orbis ditiones, prouincias, et regna circumferat; itura alicubi per roſas, itura etiam per ſpinas, ea tamen, quantum fieri maxime poterit, cautione, vt, quum cenſor ſeuerus alia forſan hic, quae culpet, reperturus ſit, modeſtiam tamen et decentem veri curam nemo aequus,

 et ne

° An. MDCLIX. cuius memorabilia, praeter alios rerum auctores, PASTORIVS etiam in Floro Polonico, Lib. VII. diligenter traditit.

et ne hoſtis quidem, niſi idem et aequitati et humanitati ipſi hoſtis eſſe velit, deſiderare merito poſſit.

Ceterum rite atque ordine rem adgreſſurus, iure a ſummo capite noſtro ordimur, Sereniſſimo nimirum Rege, Domino noſtro Clementiſſimo, qui ſingulari diuini Numinis fauore annum praeterlapſum, recuperato feliciter Thorunio, inter laureas triumphales, Sereniſſima Regina comitatus, inchoauit. Quae tum vota, pro Maieſtate Vtraque, ad Deum miſimus, eorum, inſigni diuinae gratiae auctoramento, damnatos nos eſſe laetamur. Inter prima vota erat proſpera valetudo Regia, quippe in qua vertitur cardo publicae ſalutis. Exauditi ſumus, et memorabili Dei beneficio Maieſtas Vtraque annum hunc integrum, inoffenſo ſanitatis tenore, tranſegit. Nihil illam grauiſſima curarum perennium, nihil indeſinentium laborum catena, indiuulſa alioquin Regalis faſtigii his inprimis temporibus comes, debilitauit.

Valetudini etiam fortuna vt plurimum reſpondit. Etſi enim illa non omnibus prorſus momentis aeque riſit: (ecquae enim mortalibus, etiam potentiſſimis, ſine aliqua acerbitatis mixtura contingit felicitas?) fauit tamen ſemper, adeo, vt et vetera mala, quibus Domum Regiam, et Rempublicam vniuerſam, diu ſatis nec perſunctorie exercuit, optatis ſucceſſibus nunc excuſaſſe quodammodo videatur. Nimirum explicat ſe iam caelum, et profitetur, immiſſas eſſe illas calamitates, partim vt fides et virtus, velut iniectis

* Quippe poſt alias dignitates, atque ſplendidiſſima munera, anno ſuperiore, Procancellarius factus fuerat, communi omnium adplauſu. Eius obitus tanto luctuoſior accidit ipſi Reipublicae, quod in tali viro ſimul videretur cecidiſſe. Ita RVDAVSCIVS Hiſt. Polon. L. IX. p. 443. *Haec inter*, inquit, *rebus humanis Varſauiae eximitur Boguslaus Comes in Leſzno Leſcynski, ex Theſaurario paullo ante Vice-Cancellarius Regni deſignatus: vir magni nominis, et cui parem tunc Polonia*

iniectis auro flammis, tanto fulgidius exſplendeſceret; partim vt eadem, quaſi incuſſis robuſtae ilici bipennibus, ſolidaretur, atque ab ipſo duceret opes animumque ferro; partim denique, vt eadem illa mala, prout oneri erant, ita remedio nobis eſſent: fuſumque adeo plethorae ſanguinem, ne luxuriaret, et ne ſua ſibi mole grauis foret: datum denique nobis hidroticum ingens, vt nocitura gnauiter exſudaremus. Vtinam ſanantis nos Dei mentem recte intellexiſſemus, atque etiamnum intelligamus, ne peccatis amplius noſtris fatigemus patientiam caeli, ne et ipſe nos denuo fatiget flagellis! Neque enim vmquam, poſt calamitates, vere erimus felices, niſi poſt flagella fuerimus meliores.

Sed qui erga Rempublicam Numinis fauor, idem erga praecipua Reipublicae capita, Senatumque vniuerſum, eluxit. Incolumem enim ſeruauit, et non niſi paucos, ex tanto numero, paſſus eſt implere legem mortalitatis. Sigillum quidem Regni non adeo pridem alterum ſui Cuſtodem, * Boguslaum Comitem de Leſſno, virum, vt ſplendore natalium, ita ingenio ac prudentia maximum, amiſit, inque eo Sereniſſimus Rex noſter magno conſiliorum et promocondo et interprete, Illuſtriſſimus vero et Reuerendiſſimus Regni Cancellarius, ** (quem vt praeclariſſime de Republica merentem Senatorem diu ſupereſſe Superi velint!) coniunctiſſimo collega orbatus eſt. Sed eadem, quae tanti viri mater fuit, et hunc ſurculum grauiſſime adhuc moeret, arbor, arbor antiqua, arbor

nia non habuit. Mortem eius terrifica ſigna toto triduo ſubſequuta ſunt: concurrentes deinde Euri vno fere momento nouorum aedificiorum euerterunt ima, nec Regiae pepercerunt moli. — Hinc populus vniuoco ore exclamare coeperat: Cecidiſſe in ſapientiſſimo Leſczynio Rempublicam Polonam.

** Nicolaus Praſmouius, Epiſcopus Luceorienſis.

bor generosissima, ex semetipsa suppleuit ingens vulnus: inuentusque est in illa ramus aureus, * qui iacturam publicam, summo et Regiarum Maiestatum solatio, et Regni totius leuamine, sanciret.

De domestico regimine, saluisque eius columnis, obiter nobis gratulati, iure vlterius ad socios et amicos Regni, ad S. Caesaream Maiestatem, ad Serenissimos Potentissimosque Reges, et Principes, mittimus oculum. Quos pariter omnes hunc annum incolumes transegisse, est profecto, cur plurimum gaudeamus. Si quid enim sinistri vel in vnum Foederatorum sibi permisisset fatum: multum vtique turbatae rationes publicae, neque modice omnis luxata consiliorum suisset compages. Sed memorabili Dei beneficio omnes illi sospites, et ipsa foederum vincula illaesa mansere. Iam supplices veneramur aeternum Numen, vt perennitatem addat muneribus suis, adeoque tum Sacram Regiam Maiestatem, tum omnes Principes foederatos, vna cum Imperio, Regnis, et prouinciis, quam diutissime florere velit. Seruet porro caussae nostrae vindices Alcidas! Seruet Poloniae, Lithuaniae, et innexarum prouinciarum Camillos, Laelios, Scipiones, Valerios! Idem, prout hactenus vrbi huic, eiusdemque capitibus, et iuxta membris vniuersis, gratia sua, inter res ancipites, atque inter summa saepe discrimina adfuit: ita porro caelitus omnigenae virtutis robur seruet, augeatque, et perpetuam optatae felicitatis constantiam largiatur!

Haec

* Iohannes Lescinius, qui tum maxime Reipublicae succurrebat: aliquot annis post, Prasmouio ad Primatum euecto, supremus Regni Cancellarius constitutus. Vid. RVDAVSCIVS l. c. p. 514.

* Thorunium, per sex menses, ab Caesareis et Polonis copiis obsessum, deditionem fecerat, die XXIII Decembris An. MDCLVIII. Vid. VESP. KOCHOVII An. Pol. Climnal. II. p. 333 sqq. RVDAVSCIVS l. c. pag. 420 sqq. ac praecipue IAC. HENR. ZERNECII Thorunium

Haec generatim, ſed animitus precati, iam ad ſingula Dei, quibus, hoc anno elapſo, fortuna Poloniae noſtrae vtcumque effloruit, accedemus, ituri per ſumma rerum faſtigia, quia adcurata omnium narratio iuſto hiſtoriae operi debetur. Atque vt ab ipſo anni illius exordio incipiamus, id equidem longe omnium auſpicatiſſimum futuris ſucceſſibus pulcerrime praeluſit. Quo enim die clauiger anni Ianus nouum redeunti ſoli curriculum aperiebat, eo fauor diuinus, eo efficaciſſima pariter et feliciſſima Regiarum Maieſtatum praeſentia, eo Illuſtriſſimi Mareſchalli et Ducis exercituum imperterrita virtus primum Pruſſiae clauſtrum, Thorunium, Poloniae noſtrae recluſit.[o] Quanti res momenti tum effecta ſit, docuere plauſus, docuere gratulationes, quae illo tempore per Pruſſiam noſtram, perque omnes ſucceſſibus noſtris fauentes terras, late exſonuere. Ceterum, quia et prouinciam hanc vniuerſam belli calamitas exhauſerat, et militem noſtrum per duras autumni tempeſtates, in ipſam vſque hiemem, Thorunii fatigauerat obſidio, tanto magis poſt occupatum illud, et militi a labore, et Pruſſiae a milite, danda videbatur reſpiratio, ne et ille, et haec, inopia annonae prorſus elangueſceret. Quaeſita igitur ſunt militi hiberna extra Pruſſiam, relicto Thorunii, et in aliis oppidis, peditatu, cui viri, et generis et militiae decoribus praeſignes, Butlerus, generalis vigilum praefectus, et Grothuſius, tribunus primarius, ſuper omnes autem Chriſtophorus Grodzicius, Caſtellanus

um Oppugnatum, (*Bekriegtes Thorn*) p. 73 ſq. Succis excitis, Iohannes Caſimirus Rex vrbem cum ſollemni pompa ingreſſus eſt, ipſis Kal. Ianuariis anni inſequentis. Exſtant PASTORII Kalendae Regiae, ſ. de auſpicatiſſimo Iohannis Caſimiri, Regis Poloniae, in obſeſſum a ſe et feliciter recuperatum Thorunium, ingreſſu: adiectae Floro Polonico (edit. de An. 1679.) p. 649. ſqq.

nus Kiouienſis, idemque generalis rei armamentariae magiſter, praefuit. Tanti nominis mentio vulnerat omnium, vt video, animos, quia nuper ah! deſiit viuere, quem diutiſſime viuere publicae rei intererat. Amiſit fidelem miniſtrum, fidelem ſui vindicem Rex Sereniſſimus: amiſit magnum collegam Senatus, magnum bellatorem militia, magnum amicum Illuſtriſſimus Mareſchallus, magnum decus Polonia vniuerſa. Grandem in illo indolem educatio non mollis, tum generoſus iuuentae ardor, per terras peregrinas, per labores varios, per omnes militiae gradus, tranſegit, * eamdemque, poſt depoſita bello Turcico tirocinia, ſub Magno Koniecpolſcio Pruſſia, ſub Valdſtenio Duce Germania exercuit. Inde reuocatum, vt tanto maiorem elaboraret virum fortuna, mirifice agitauit, nouercam prorſus ſimulans, quum tamen mater eſſet. Per ipſas enim aerumnas belli, carceresque hoſtiles, idoneum effecit, qui olim publicis Regni calamitatibus, vt magnum columen et praeſidium, opponi poſſet. Prima ei vincula rebellium Coſacorum perfidia iniecit: quibus ſe non alia ratione expedire potuit, quam fuga ad Tataros. Terribilem fuiſſe ſeruitutem oportuit, cui a Scythis illis quaeſitum eſt remedium. Inde amico religioſi viri, Patris Hilarii, Carmelitae, miniſterio redemtum Cannae Batouienſes ** denuo Tataris reddiderunt, felice miſeria, quod contracta ante inter Tataros amicitia ſeruauit paene

* VESPAS. KOCHOVIVS Annal. Poloniae Climact. II. p. 418. *Apud exteros militiae rudimenta depoſuit, praecipue Hollandos, Orangiae domus contubernio aeſtimatus, vbi Archimedeae facultatis, quam architectoniam militarem vocant, arcana percalluit.*

** Victi ad Batouiam Poloni, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum ſecundo et quinquageſimo, et ad internecionem deleti. RVDAVSCIVS Lib. VI. p. 104. ad viginti millia Polonorum et Germanorum, eo proelio, caeſa refert. Duces ipſi, qui in manus victoris venerant, crudeliter

ne vnum, quum alios omnes duces, tribunosque, exceptis pauciſſimis, fere et milites omnes, crudelitas hoſtilis hauſiſſet. Iterum ab eodem monacho exemtus eſt vinculis, vt mox adflictam, et paullo poſt paene in vincula euntem, Rempublicam cum ceteris Camillis ſeruaret. Minabatur huic Patriae catenas Moſcus, cum Coſacis, ex Ruſſia: minabatur alteras ex mari Balthico Gothus. Prior ille plus quam centum viginti millibus hominum Leopolin, et in ea noſtrum hunc bellatorem, tum iam armamentario Regni totius praefectum, obſedit. Hic noſter quum tantum exercitum, per decem paene hebdomadas, incredibili virtute repreſſiſſet: inuicta tandem conſtantia ſua victum hoſtem ad amicitiam pertraxit, idque eo tempore, quo transmarina tempeſtas Rempublicam noſtram inundauerat. Calamitas alioquin fugare amicos ſolet: hic calamitas eos, qui capitales florentibus nobis inimici fuerant, oppreſſis fecit amicos. Nimirum per mera miracula ſeruare Sereniſſimum Regem et Rempublicam voluit Deus, vt ipſi ſoli gloria tanti beneficii deberetur. Illo iubente factum, vt, quod antea venenum Regno fuerat, poſtea eſſet remedium: illo iubente factum, vt, contra Chriſtiani et cognati ſanguinis hoſtes, gens Chriſtiani ſanguinis inimica primum adflictis ferret auxilium. Chanus certe Tatarorum, at quantus olim hoſtis Poloniae! tum militiam noſtram, extra fidei orbitas prolapſam, minis reuocauit ad

 ob-

deliter interemti. Ait idem loc. comm. *Przyiemſcius*, *Kalinouius*, *filius Generalis*, *Marcus Comes Sobieſki*, *Graſnoſtanienſis Gubernator*, *viui in conſpectum adducti Chmielnicii, crudeli ferro carnificis ſuas ſuppoſuere ceruices. Przyiemſcius vero dum vehementius Chmielnicium obiurgat effuſi ſanguinis Chriſtiani, minutiſſimis ictibus crudeliter peremtus eſt, vt per ſingula membra moreretur.* His aliisque fere vnus ſuperſtes Grodzicius, et ob veterem notitiam ſeruatus fuit. Conf. KOCHOVIVS Annal. loc. commem.

obſequium: tum Chmielnicium minus iam, aut certe infeliciter repugnantem, in verba extorris adegit Maieſtatis, hancque ipſam per miſſum a defuncto noſtro familiarem, Valerianum Morſtinium, centurionem, nunc Vice-tribunum, animauit, effecitque, vt reuocantis Dei digito, tum conſilio Procerum, ab epidemii erroris labe intactorum, obſequuta, non cederet fortunae, iraſci viſae, non cederet hoſti irato; ſed et hunc et illam conſtantia ſuperaret. Diuinum hoc conſilium fuiſſe, agnouit poſtea euentu iudice Orbis: faſſusque eſt, caelitus erigi Fortunae Regiae manipulum, * caelitus Poloniam defendi. Eodem tempore, idem hic noſter defunctus, praeter Leopolin, vbi *is* reuerſum deinde excepit Sereniſſimum, Cameneceníe etiam Samoſcianumque in fide ſeruauit praeſidium. Exin militia etiam cetera reſipuit, et conſpirans mox vndique Polonia concuſſit imminens humeris iugum, inque plenam ſe libertatem, Deo auſpice, adſeruit, noſtro hoc, inter ceteros Hectoras, fortiſſimam vbique operam connauante, vt tempore ſuo hiſtoria plenius docebit. Nunc enim beatis tantum Caſtellani noſtri Manibus qualemcumque honorem, quaſi propter viam, exhibituri, pauca haec ab alto repetere, atque obiter hic delibare voluimus: vt tanto clarius adpareat, cur Senatoris iſtius mortem Sereniſſimus Rex, et principes Reipublicae viri, et omnes, qui illum, omnes, qui Rempublicam norunt, tam vehementer doleant.

Iam

* Alluſio ad Waſiacae Gentis, vnde originem Iohannes Caſimirus Poloniae Rex ducebat, inſignia, quae eſſe manipulum frumentarium vulgo ferunt. Chriſtina, Suecorum eruditiſſima Regina, in animaduerſionibus ad Dn. de PRADE Hiſtoriam Guſtaui Adolphi, quas Ampliſſ. ARKENHOLZIVS Comm. de rebus Chriſtinae Reginae T. IV. p. 292. ſq. edidit, *il manipulo d' oro* explicat, Regnique ſimul & familiae fuiſſe inſignia adfirmat. *Il manipulo d' oro*, inquit illa, *è certo l' Arma antica della Suezia, e chi lo dice, non s'inganna: mà è anche vero, ch'è l' Arma antica della Real Caſa Guſtaviana.* Poſt haec atque talia pergit pag.

Iam in Prussiam nostram reuerti debebam, quam superiori hieme Serenissimus Rex, et supremus Regni Mareschallus, Illustrissimo huic Castellano tuendam commiserat. Sed illuc properanti interponit se mihi Dania foederata, et potissimum princeps eius ciuitas: quam, tempore eodem, communis noster hostis callidissimo consilio, acerrimoque impetu, expugnare contendit, in eo velut compendio et Serenissimum Daniae Regem, et omnem Sanguinem Regium, omnem Senatum, florem Nobilitatis, insignia, ornamenta, et opes Regni omnes oppressurus. Sed felici Serenissimi Regis praesentia, tum ductu strenuissimi Schakii, nec non illustris Thalassiarchi Hollandici, Baronis Vassenarii, fortissime repressus, ac, clade aeternum memorabili mulctatus, recessit. * Auocant me fortissimorum Sarmatarum nostrorum facinora, in penitissimis Cimbrici soli recessibus, ducibus Stephano Czarnecio, Palatino Russiae, et Petro Opalinio, Palatino Podlachiae, summo Foederatorum nostrorum fructu, summo Poloniae ornamento patrata. Inprimis autem auocat me Serenissimus Elector Brandeburgicus, qui Holsatiam, Iutlandiam, et, procedentibus cum tempore victoriis, inaccessam Alsen, exercitu foederato, et suo, hostibus eripuit: si Neptunus vela submisisset, Daniam totam, iisdem ereptam, redditurus Regi suo. Ceterum quum omnia, quaecumque summa fortitudo, dexteritas, et pru-

 den-

pag. 294. *La materia del manipulo, chi dice, che sia di spighe, chi di graminia, chi di palme, chi di lino, ed è che si trova diversamente espresso: mà certo è, che sempre è stato il manipulo d' oro.* Alia est IO. IHRII v. c. opinio, in Diss. de insignibus Serenissimae Familiae Wasiacae, (Vpsal. 1758.) manipulum duntaxat eum esse fascem vimineum, implendis vrbium expugnandarum fossis adcommodatum.

* Conf. VITI BERINGII Historia obsidionis Hasniensis, (Hasn. 1674. 4.) De auctore singularia promsi, in Commentatione, cui titulus: De Viti Beringii Historia obsidionis Hasniensis ἀνέκδοτον litterarium.

dentia agere poteſt, iſtic acta eſſent: tandem hoſtem in proprio eius cubili quaerere viſum eſt, et Pomeraniam victricibus copiis adgredi. Quam et geminus Caeſareae Maieſtatis exercitus, quaſi torrente quodam Martio, corripuit. Occupatum primo, duce Suchio,[*] Barone, Grifenhagium eſt: occupatum deinde Damum, oppidum longe firmiſſimum, et ipſius Stetini velut antemurale: occupatae inſulae Volinum, et Iſendomia: capta item viribus coniunctis multa alia, nec parui momenti loca: vrbes etiam maiores partim eminus, partim cominus, obſeptae ſunt paene omnes. Potiri autem omnibus, praeſertim ingenio ſitus et induſtria artis adeo mirifice munitis, tanto praeterea praeſidio, tanto nobilium agreſtiumque concurſu defenſis, nullius denique rei neceſſariae egentibus, non erat vnius anni opus, non vtique anni, in hiemem iam praecipitantis. Ceterum omnes tamen grauiſſimam vim Martis intime perſenſere: ipſa etiam princeps regionis ciuitas acerrime oppugnata, ac pleriſque iam nudata propugnaculis, in moenibus denique ſuis ſtantem conſpexit hoſtem, et aegerrime, nec ſine praeſentiſſimo periculo, virtute Wurzii hactenus victrices manus effugit.[**] Interim ſi vno ictu tanta arbor non cecidit, iterato, niſi pax aliqua interuenerit, cadere poteſt. Quos primi impetus feruor non perdomuit, diuturnitas tandem belli laſſabit. Alimenta, aliaque et vitae et belli praeſidia, dies ipſa conſumet. Non ſemper etiam eruptionibus ſecuritas pariter cuſtodum, aut caſus, fauebit. Interea habent iam Foederati ſatis magnum expeditionis ſuae, habent laborum, moleſtiarum, aduer-

uer-

* Ludou. Ratuicus Suchius, *(de Souches,)* ſummus in exercitu Caeſareo excubiarum magiſter. Res tum ab eo, in Pomeranis, praeclare geſtas diligentius com-

com-

uerſitatum etiam pretium. Tenet Sereniſſimus Elector cum alia non pauca oppida, tum inprimis Damum, ingens antehac Stetini propugnaculum, nunc fraenum: tenet Demminum, fortiſſimum Pomeraniae clauſtrum, et validum, aduerſus Vismariam aliaque loca hoſtilia, munimentum. Nec hoc equidem citra Martium ſudorem ceſſit victori. Operoſa ab Electoralibus cinctum obſidione, gnauiter quoque ab hoſte defenſum eſt. Non enim praeſidium duntaxat animoſe obſeſſoribus reſtitit: ſed et miſſae Vismaria ſuppetiae abſtrahere illos, et ſic porro obſeſſis auxiliari tentauere. Sed omnis et praeſidiariorum induſtria, et auxiliariorum conatus fruſtra fuit. Peruicit laudatiſſimi ducis Electoralis, Sparrii, vigilantia, dexteritas, fortitudo: peruicit militum eius alacritas, et conſtantia: adeoque tandem in Sereniſſimi Electoris manus traditus eſt locus, qui, multorum prudentium iudicio, maximi aeſtimatur. Qui iidem certe, duobus his Pomeraniae propugnaculis, Damo et Demmino, expugnatis, plus omnino obtentum, quam Stetino non expugnato amiſſum, arbitrantur. Omnia haec equidem, prout in Holſatia, inſulis Daniae, inque ipſa tandem Pomerania geſta ſunt, commemorare hic poſſem. Sed aut nimis anguſtis ſpatiis ſtrangulandae res tantae, aut nimia prolixitate fatiganda tam illuſtris Auditorum corona foret. Itaque illa alii reſeruare tempori, meae autem orationis molem, quam gratiam, minui malo.

Nunc vero domum rediens, quae Pruſſia noſtra egit, et paſſa eſt, breuiſſime narrabo. Quum, ut dixi antehac, poſt Thorunium

commemorat, praeter WAGNERVM in Hiſt. Leopoldi Imp. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 28. ſq.

** Conf. PVFENDORF. l. c. §. 29.

nium recuperatum, militiam equeſtrem cura annonae per Poloniae hiberna diſtribui iuſſiſſet: ea occaſione illectus hoſtis nouas, ex Pomerania, copias adduxit, quibus et Regiae et Electorali Pruſſiae aliquantiſper, nonnullo quidem damno noſtro, at nullo fructu ſuo, inſultauit. Quin oſtendit euentus, haud aliud facile conſilium, toto hoc bello, nequius ei eueniſſe. Nihil enim ſolidi in rem ſuam hic tum effecit, et paullo poſt didicit, in id potiſſimum adductum a ſe militem, vt hic vel Marte noſtro, vel tabe ſpontanea, conſumeretur. Pomerania vero interim, nudata milite, Foederatorum noſtrorum violentiae tanto facilius patuit. Verum primis aliquot menſibus fauere illi aliquantum viſa eſt fortuna, neque ſtatim adparuit hamus, latens ſub illa quaſi eſca felicitatis. Corripuere nimirum in illo aeſtu Choiniciam, Culmam, Lipſtadium, Salfeldum, Stargardiam, Derſauiam, ſed eo euentu, vt, quidquid corripuiſſent, vel vi vel ſponte paullo poſt redderent, velut confeſſi, ſe id tueri non poſſe. Noſtram quoque hanc vrbem Gedanenſem circumſtrepuit armis ſuis, et excitato in proximis agris incendio, plures eiusmodi ignes minatus eſt. Mira fuit hoſtis noſtri immanitas: quae quum aqua et igni nobis interdi-

xiſ-

* Duglaſſum puta, qui Suecicis copiis, per id tempus, in Liuonia praeerat.

** Res peculiaribus ſcriptis expoſita, quae in SAM. IOACH. HOPPII Comment. de ſcriptoribus Hiſt. Polon. §. 37. memorantur. In praeſenti ſuffecerit, inſignem locum ipſius PASTORII, ex Floro Polon. Lib. VII. p. 618. ſeq. adponere. *Quae hic Poloniae fauit fortuna, alibi Curlandiam eidem abſtraxit, Ducemque eius, Iacobum, vna cum coniuge, ſanguinis Brandeburgici inſignisque prudentiae Principe, cumque ſeptem liberis, in vincula Suecica miro et miſerabili Orbis ſpectaculo compulit. Optimus ille Dux — hoc ipſo Septembre, quo in poteſtatem Duglaſſi, cum omni familia ſua, citra culpam ſuam deuenit, viginti millibus Imperialium, multoque commeatu, pacem redemerat. Sed ante tranſactionem hanc acceperat Duglaſſus a Rege ſuo mandatum, Ducem, qua poſſet, corripiendi. — Duglaſſus, exſequendi mandati occaſionibus iam dudum intentus, poſtquam tributa ante memorata impetrauerat, reditum*

xiſſet, aqua tamen et igni nos obruere conata eſt. Aqua primum perniciem nobis minabatur: quum, poſitis Viſtulae ipſique naturae obicibus, inuitum flumen in nos detorſit; aggeres vero flumini oppoſitos demolitus eſt, vt tanto procliuius licentia aquarum inundaremur. Sed ſenſit ille, ſibi a nobis, ex mediis etiam aquis, vultum atque animum aeque intrepidum obuerti. Senſit idem pariter, ignes, de praediis noſtris exſtructos, nulli alii rei ſeruiiſſe, quam vt et his flammis lucentibus fides noſtra tanto ſplendidius effulgeret.

Pruſſiae porro noſtrae eadem illa hiems calamitatibus ſimilem reddiderat Curlandiam, atque etiam, ſi recte rem expendimus, multo infeliciorem. Iam ante prouincia illa orbata erat Celſiſſimo Duce ſuo: qui, inter Reges dimicantes medius, ducem militiae transmarinae, ° quem amicum ſibi crediderat, hoſtem ſubito expertus eſt. Et illaudabilis iſtius viri aſtus Principi ſecuro, tum Sereniſſimae ipſius Coniugi, et Soboli omni, cunctis praeterea prouinciae Primoribus, primariam Ducum ſedem, praeter opinionem omnium, in carcerem vertit. Poſtea captiuos Principes, cum omni familia, in ſolum alienum mittere placuit. Deductum eſt miſerabile agmen Rigam primum, paullo poſt Naruam, denique Iuanogrodiam, locum a nominatiſſimo Moſcorum tyranno nomen, ſono ipſo horribile, habentem. Sed haec nolo hic exquiſitius perſequi: °° partim quia ante ingreſſum anni ſuperioris facta ſunt, et pro-

tum in Liuoniam ſimulauit, et in eum finem, a Duce, nauigia per Spenſium tribunum popoſcit, auehendis flumine, quod arcem Mitauienſem adluit, militibus, quorum plurimos haberet aegros. Conſenſit Dux, etſi aegro et praeſentiente iam ſiniſtri moliminis animo. Non tamen auctae excubiae, aut quidquam contra vim praeparatum. Pridie Kalend. Octobris prima nauigia non procul arce conſpici coepere, quibus, ceu aegrum militem vehentibus, alimenta praeberi optimus Dux iuſſit.

propoſiti mei lineas excedunt; partim ne, res miſerandas memorans, noua dolorum nube obfuſcem orationem meam. De prouincia ipſa, foecunda ſemper fortium virorum parente, facere non poſſum, quin aliquid addam. Ea tum, ad primam capti Principis ſui famam, incolas equidem omnes, praeſertim Equeſtris Ordinis, in publicae libertatis vindicias exciuit. Sed nouo magnam partem, et tumultuarie armato, exercitui regimen decens, et proinde, vt in regimine incerto fieri ſolet, concordia defuit. Quae res Comiti Duglaſſo, ex arce Mitauienſi, in omnes occupandae prouinciae occaſiones excubanti, tanto patentiorem ianuam fecit voto ſuo potiendi. Progreſſus ille vicina primum oppida, paullo poſt, quum ſine ordine palantes incolarum copias carptim ſubinde attriuiſſet, vniuerſam Curlandiam occupauit: Lithuanicis exercitibus, qui alioquin laboranti viciniae lubenter opem tuliſſent, et poſtea generoſe feliciterque tulerunt, circa Moſcum lacertos tum mouentibus. Sed quomodo tandem occupator Curlandiae, Duglaſſus, eadem excedere coactus ſit, paullo poſt, ſi temporis anguſtia patietur, memorabimus.

Nunc ex Curlandia in mediam Poloniam, et nempe a ſago ad togam, ex campo tendimus ad Comitia, ſollemne remedium, quo

iuſſit. Atque illa quidem ſine noxa tranſierunt. Sequuta deinde paullatim alia, numero quadraginta, cuſtodias eo facilius fefellere, quod forte tum obſcura nubes lunam obfuſcauerat. Expoſitus ſine mora miles arcem, nemine obſtante, inſcendit, ac tormenta vallis impoſita inuertit. — Ita intra arcem ſuam captus Dux: capta cum ſex liberis coniux, Brandenburgici Electoris ſoror, quae et partui tum proxima, octauo poſt die, maſculum peperit, captiuum, antequam naſceretur, et exſulem, antequam patriam ſuam noſſet.

* De iis copioſius egit KOCHOVIUS Climact. II. p. 382 ſq. & Ampliſſ. LENGNICHIUS Hiſt. Pruſſ. T. VII. p. 219 ſq.

** Quae menſe Septemb. An. MDCLVI inter Legatos Polonos & Vihouium, inita fuerant, in caſtris Coſacorum trans Boryſthenem, apud Hadziacum oppidum: vnde *Hadziacenſia* adpellata ſunt. Summa capita refert KOCHOVIUS loc. comm. p. 316.

quo morbis ſuis mederi Reſpublica noſtra conſueuit. Si quae autem vmquam, haec certe, quae anno ſuperiore habita ſunt, * varietate & pondere negotiorum implicatiſſima, adeoque praeter ſolitum, per tres integros menſes, extracta fuere, magna moleſtia S. Regiae Maieſtatis, magna Senatus totius, magna Equeſtris Ordinis: cui tum director contigerat vir praeluſtris, & ingenio dexterrimus, Iohannes Gninsky, Succamerarius Pomeraniae, et Gnesnenſis Praefectus, nunc Illuſtriſſimorum pacis Fecialium collega. Praecipue vero in Coſacorum negotio publica aeſtuarunt conſilia: qui non multo ante cum Regno, nouis magnisque auctoramentis, conciliati delegatos iam miſerant, ſtabiliendis conciliationis pactis. ** Sed hi tum arduis maxime poſtulatis ſollicitabant Rempublicam, atque inprimis ſacra, inter Romani Graecique ritus Eccleſias, vincula. *** In re tanta igitur mirifice haeſitauit Reſpublica. Neque deerant, qui ob iſtiusmodi difficultates minus felicem Comitiis exitum, nouasque ex Ruſſia turbas, ominarentur. Sed idem ille, qui Rempublicam inter extrema ſaepe diſcrimina ſeruauerat, Deus oſtendit nunc quoque filum, cuius auxilio illa ex hoc ſe Labyrintho expediret. Atque inter alia adminicula, quae publica omnium Ordinum prudentia conquiſiuit, plurimum pro-

p. 316. et RUDAUSCIUS Hiſt. Polon. p. 418. In his autem Comitiis, ut confirmarentur, facile impetratum. Ait RUDAUSCIUS p. 442. *Tum conuerſus Rex Polonus ad pacificandum omnimode Ruſſiae ſtatum, Coſacorum legatos ad iuranda aeterna foedera miſſos introducere iubet. Principes legationis fuere Niemierzycz Polonus, Daniel Wichowski, & Treter. Perorabat Niemierzycz, altioris ingenii vir, veniamque nomine totius Zaporouiani deprecabatur exercitus. Eadem Wichowski cum Tretero geſtibus exprimebant. Neque Poloni, de propria anxii ſalute, diu votis Coſacorum reſtiterunt. Igitur non iam quaſi cum hoſtibus et ſubditis, ſed cum amicis et ſociis, humanitate certatum. Pax aeterna iureiurando a Rege ac toto Senatu, tota inſuper Nobilitate, ſtabilita. Coſaci libera gens declarati: officia dignitatesque diſtributae.* Conf. KOCHOVIUS p. 390 ſq.

*** Conf. PASTORIUS Flor. Pol. p. 626.

fecto contulit fiducia, quam Cofaci erga Cancellarium Magnum, dexteritate, comitate et munificentia eius deliniti, conceperant. Et fic tandem, fine fatis optabili, foluta funt Comitia. Iam ad alias Regni noftri profperitates properanti, magna adhuc et periculofa Regno attingenda eft tempeftas, vt tanto clarius liqueat, quam magno nobis conftiterit, et quam diras nubes fequuta fit fortunae ferenitas, quae poftea eluxit. Exercitibus noftris vti mala Reipublicae, et tot vndique coorti hoftes, plurimum dederant negotii; ita ftipendia militiae, ob egeftatem publicam, minus recte procesferant. Inde fremebat miles, et, inter publica patriae damna, fua effe maxima ratus, indignabatur, non iufta modo praemia laborum, fed et neceffaria paene vitae praefidia deeffe iis, quibus vitam Refpublica videretur debere. In hibernis potiffimum feruebant querelae et confilia male contentorum: nec vmquam negotiofior, quam in illo otio, erat confoederatio. Bellicis igitur Regni ducibus negare obfequium turbidi, conftituere inter fe capita coepere; fcribere denique leges, fpeciofas quidem, et quae nihil aduerfum Sereniffimo Regi et Regno viderentur fapere, multum tamen e Republica peterent. Quo compofitior, quo coloratior, eo formidabilior erat feceffio. Malo autem furgenti Rex Sereniffimus omni decora ratione mederi ftudebat, * nihilque intentatum relinquebat Senatus, nihil grandes viri, a Rege et Republica fingulariter delecti ad hoc negotium, et huic foli, praeuio Illuftriffimo

* Poftilla in prima editione, quae Gedani feparatim prodiit quaternis, fequuntur verba haec: „Sociabatque operam „Sereniffima Regina, aeque dextrum „nempe laborum & munificentiae in fedandis patriae filiis euentum fibi pollicens, quam antehac in rebellibus Cofacis, ad obfequium redigendis, erat „experta.„

** Ibid. „Ore illuftris tribuni, nunc „et Succamerarii Kiouienfis, Stephani „Nimericii."

*** Sunt et hoc loco quaedam omiffa, quae, ne defiderentur, adponam. Ita vero

ſtriſſimo Stanislao Potocio, Palatino Cracouienſi, & ſupremo exercituum duce, Demetrio Duce Viſnouecio, magnis bellatoribus, ſat longum tempus, non ſine grandi moleſtia et impenſa, gratificati. Quum nihil ibi profectum foret, a Comitiis tandem quaeſitum eſt remedium. Deliberauit ſuper tam difficili morbo ſuo Reſpublica vniuerſa: ſed et ſingulari Dei beneuolentia, in medio deliberationum aeſtu, ab ipſo exercitu aduerſus exercitum ingens alexiterium, ingens ſolatium accepit, quum omnes peregrinae armaturae milites, magna profecto et conſpicua militiae noſtrae pars, in facie Reipublicae legitimis exercituum ducibus obſequium °° ſancte promitterent, illis autem vitio creatis directoribus renunciarent, ſtipendiorum denique ſolutionem et ipſi quidem poſcerent, ita tamen, vt et patientiam morae, et interim prona ſemper in Reipublicae vſum, defenſionemque, ſtudia ſua alacriter offerrent. °°° Horum exemplo ceteros quoque tandem ad obſequium redituros ſperabamus. Sed illi, veterum poſtulatorum pertinaces, vix temperarunt ſibi, quin, a patria exſucca, ſanguinolenta ſtipendia gladio extorquerent: et quamuis poſtea deſtinata eorum peſſima melioribus tandem conſiliis, vel potius propitio in Rempublicam fato, cederent, tamen opportuna et bono publico vtiliſſima tempora inani cunctatione perdiderunt. Ducem interim Salus Reipublicae mouit, ne inflexiles illos exſpectaret. Quidquid igitur vſquam militiae Polonae ſincerum manſerat, con-

ro habent: „Plurimum iſta tot mille armatorum capitum ſubmiſſione recreabatur Reſpublica; plurimum quoque eadem, vt fructuoſiſſimi conſilii ſui foetu, laetabatur Illuſtriſſimus Mareſchallus. „Huius vtique potiſſimum amore et reuerentia iſti omnes, aut certe plerique, „peccare in matrem Rempublicam recuſauerunt. Et idem hic, praeter iſtos, „alias quoque turmas tum dexteritate „ſua, tum magnifica opum impenſa, ex „ſeceſſionis contage ſeruauerat intactas. „Et harum quidem exemplo ceteros „quoque tandem ad obſequium redituros „ſperabat."

traxit; iuitque Deo et Rege auſpice fretus, comitatusque auxiliaribus Caeſareae Maieſtatis copiis, quas generalis vigilum praefectus, Heiſterus, vir militiae decoribus eminens, ducebat, in Pruſſiam noſtram. [*] Hic ordinatis rite rebus, et ſtricta in eos, qui perperam interim rem geſſiſſe comperti eſſent, acie diſciplinae militaris, hoſtem, quem, oppidis incubantem, aperti Martis aleam ſciebat declinaturum, nidis ſuis excutere ſtatuit, atque inprimis compedes laxare, Viſtulae impoſitas. Prima vis armorum Grudentum corripuit, oppidum antiquum, Viſtulam praeterlabentem ex alto monte deſpiciens, a Cruciferis olim muro et arce eminentiſſima, poſtea vero ab hoſte variis operibus et quingentorum praeter propter militum [**] cuſtodia munitum ita, vt id feſtinantem ad maiora fortiſſimum ducem aliquantiſper ſiſtere poſſe videretur. Sed quum caelum ſuffragatur, fruſtra muri, fruſtra propugnacula, fruſtra manus Martiae obſiſtunt virtuti. Admouet Mareſchallus oppido exercitum: ſtruit more militari acceſſus, quibus impune ad ipſa hoſtis munimenta peruadere; ſtruit ſuggeſtus, vnde fulminare in locum obſeſſum poſſet. Tam prope ſuggreſſus tandem eſt, vt recte atque ordine videretur facturus, ſi cominus propugnacula adoriretur, et vi ſibi faceret viam in oppidum. Dum id agitatur, iacti interim, artis fulminatricis induſtria, vaſtiſſimi, et ignem circumquaque vibrantes globi. Illiduntur illi, qua ars, vel fortuna tulit, culminibus, fragmenta tectorum et ſua longe lateque ſpargentes. Vtinam his ictibus, vt in tecta aedium et muros, ſic in animos obſeſſorum penetratum eſſet, effectumque, vt

* Ibid. — „Iam dudum deſiderio ipſi-„us paene tabeſcentem."

** Quibus praefectus erat Kuhnius, tribunus. Vid. KOCHOVIUS Climact. II. pag. 399.

*** Quod et KOCHOVIUS loc. comm.

vt curae isti habuissent, tempestiua submissione imminenti sese discrimini eximere! Sed fatum suum nemo maturus effugit. Miserrimi incolae, seu sua, seu aliena obstinatione occoecati, certe ne seruare se quidem Suecis inuitis ausi, clausere sibi ianuam salutis, quam Optimi Principis benignitas clausis aperuit. Missus enim ab illo tubicen, qui dedentibus se veniam offerret, spretus, et parum honorifice dimissus est. ooo Exin, quod tuba pacis efficere nequiit, tubo iterum Martio commissum est. Nec multo post, velut compendio rem conficere volente fortuna, contigit, vt globi aliqui, suprema vrbi nocte, in foenum sub tecto seruatum inciderent. Ibi concepta, attamen clausa adhuc flamma, fumo primum monuit obsessores, vt in locum eumdem plures eiusmodi globos, sed et alio simul alios, eiacularentur. Quod quum facere pyrotechnitae, qua cuique visum, certarent: ignibus colluxit vndique oppidum, et breui tempore ita inualuere flammae, vt, quantumquantum esset, totum in pyram videretur conuersum. Incendiis istis, vt quisque facile coniicit, exterior oppidi defensio non parum mox refrixit. Certe non incolae tantum, sed et milites nonnulli, non adeo quidem ad ignem restinguendum, sed ad seruandas res potius suas, discurrere. Interea, iussu ducis, in valla & propugnacula vndique eluctatur miles obsessor: intrat oppidum: caedit obuios: spoliat domos: facit denique, quod in vrbibus expugnatis facere victoriae ardor solet. Atque eo hic excusatior erat, quod, quae auferrentur, non ciuibus, sed flammis subduci, seruarique adeo videbantur, quae nullo

comm. p. 399. testatur, his verbis. — *Ast reiecta praemonitio, seu sperato succursu peruicacibus Suecis, seu coaliturae mox pacis fiducia; idque adeo inurbane, vt salutis nuntius tubicen, sub aditum abitumque, globis peteretur.*

nullo cuiusquam fructu ac commodo peritura erant. Ceterum in oppido *ipso*, etsi ignis quidem non prius paene cessaret, quam quum non haberet amplius, quod depasceret, hostilitas tamen, in ciues, simul cum nocte cessauit, sistente eam edicto Magni Mareschalli: * qui fortunam municipii miseratus, gratias Deo agebat, quod tanti momenti locum sine multo suorum sanguine occupasset: sed simul sibi gratulabatur, siquí incolarum fluxisset sanguis, eum sine culpa sua fluxisse. Bellissime enim oppidi ruina, acceptatione clementiae oblatae, multo magis autem maturo eiusdem desiderio, redimi atque auerti potuisset. Sed pars oppidanorum, quum et ignes et victorem militem praeualescere videret, receperat sese cum milite praesidiario in castellum. Vbi plerique equidem primum victoris gladii feruorem effugere. At quum illic aqua mox destituerentur, et pariter a Caesarianis se circumsessos, ceteros vero victores iam pariter ingruere viderent: tribunum primo suum hortari coeperunt, vt deditione spontanea extrema praeuerteret: quum is abnueret, Caesarianis aperuere portas. Tribunus vero, ex turris cuiusdam latibulo protractus, cum viginti aliis militiae antesignanis, gregariis centum octoginta, tormentis triginta quatuor, in potestatem venit victoris. ** Atque ad hunc quidem modum breui temporis spatio recuperatum est Grudentum, iisdem Serenissimi Regis nostri auspiciis, duce etiam eodem,

* KOCHOVIUS pag. 400. *Indoluit Dux pereuntibus, ac per praeconium tubae serio parci miseris iussit; simul vehementiam irati militis tribuni retentabant, vt non repugnantes seruarentur, monumentum victoriae. Septingenti nihilominus ex oppidanis interiere; ducenti ex praesidio; qui vero conseruandae salutis rationem in flumine subiecto reponebant, celeri exitio deleti sunt, subductis lembis, aut, si qui inscenderant, protinus ab accurrente milite submersis.*

eodem, quo antehac Thorunium, ſed fato non eodem. Thorunium enim integrum fere, aut certe non niſi paucis cicatricibus deforme; hoc vero miſerrimum, et vix, niſi paruis ſui reliquiis, a cineribus emicans, ſub imperium domini ſui rediit.

Victoriae curſum proſequuturus Mareſchallus, non multo poſt ducit exercitum verſus Mariaeburgum, * principem olim Cruciſerorum ſedem, nunc pariter hoſtis primarium et receptum, et penarium. Vndique enim locus iſte feraciſſimis praepinguium inſularum agris circumdatus, haurire inde conſueuit vbertatis opimum, quale in his terris quaeri aut optari poteſt maximum. Arce porro protegitur, quae murorum operumque robore paucas habere pares putatur. Igitur Mareſchallus rem ſeſe maxime arduam, nec modici temporis, adgredi gnarus, primo omnium loco illi promptuarium annonae, gemmam Cereris, Inſulam maiorem, ** eripiendam putauit: ita ſimul id, quod hoſtem praecipue hactenus pauiſſet, in ſui militis alimentum conuerſurus. Id agitans prima caſtra ad Album Montem poſuit, ab ipſo Inſulae velut apice, cui mons ille imminet, opus ſuum auſpicaturus. Ingens in ipſo, vti antea ſemper, ita hic tolerantia laboris, parſimonia ſomni, cura diſciplinae, auctoritas apud ſuos pariter exterosque, liberalitas erga milites, amor apud omnes, ſed incorrupto ducis honore, eluxit, maxima inprimis et per omnes caſtrorum ſinus, perque Pruſſiam totam, et in ipſa hoſtium arcana, ſeſe porrigens

** KOCHOVIVS loc. comm. PVFENDORF. Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VI. §. 73.

* De quo conf. PASTORII Flor. Polon. p. 631 ſq. item KOCHOVIVS p. 401 ſq. et PVFENDORFIVS l. c.

** Vulgo *das groſſe Marienburger Werder:* de qua vid. ABR. HARTVICI Deſcriptio Geographico-Hiſtorica trium in Pruſſia Polon. Inſularum, (*Geogr. Hiſtoriſche Landesbeſchreibung der dreyen im Pohlniſchen Preuſſen liegenden Werder,*) edita Regiom. 1724. 4.

rigens vigilantia. Ceterum vt tum consilia, tum vires hostis distraherentur, habita non perfunctoria consultatione, conclusit Princeps, vt, dum copiae Polonicae dicto illi Insulae apici instarent, manumque iniicerent, Electorales alibi, suo etiam loco Gedanenses irrumperent in Insulam, destinatos huc a Mareschallo magni nominis ductores, Butlerum inprimis, comitati. Erat molimini tanto designatus dies Septembris vigesimus sextus. Venere nostri ad locum destinatum, et quia machinis rebusque necessariis instructi venerant, nil cunctandum rati, etiam socios operis non procul abesse gnari, traiiciunt flumen, hosti prorsus inobseruati. Sequitur, eadem nocte, copiarum Polonicarum pars. Ceteri quoque postea, quantum per obiecta impedimenta licuit, accelerauere. Nam aliquorum festinationem venti aduersi retardarunt. Iuxta vero, tempore eodem, Mareschallus ad ipsum Mariaeburgum turmas Caesareas Polonicasque miserat: quae, facto in suburbium impetu, hostem laudabili diuersione distraxere. Tot millium pugnatorum in Insulam ingressus vt prudentiam, ita fidem hostium superauit: eoque maior inter illos terror ortus, qui dispersas per Insulam copias ipsorum subito in vnum conciuit. Quumque in Montauiense Caput Insulae * praesens ipse Mareschallus cum suis, omni nisu, terra et aqua, incumberet: tandem hostis, tantis sese impugnationibus imparem videns, et ab aliis, qui alibi Insulam intrauerant, tergo suo metuens, dictum illud Caput vltro deseruit. Ita magnum Mareschalli molimen, singulari Dei gratia, sub

* Vulgo *die Montauer Spitze.*

** Quippe praesidiarii inerant ad tria millia, robur exercitus: iisque praefectus Nicolaus Danckuartus Lilienstroemius, supremus excubiarum magister, praeter exquisitam architectonicae militaris peritiam, inclitus certissimis fidei ac fortitudinis summae experimentis. Eius potissimum cura vrbs multis admirandi operis vallis, fossis, propugnaculis, fuerat

ſub Sereniſſimi Regis auſpiciis, ſpe omni et maiorem et celeriorem habuit ſucceſſum. Neque enim quiſquam, et nec ipſe, qui princeps conſilii et auctor fuit, crediderat, tam propere, et adeo citra ſanguinem, tam delicata ſui nutrice Inſula ceſſurum hoſtem. Ceſſit en! vrgente eum fato ſuo: ceſſit, et nulla in apertis camporum aut pugna, aut velitatione tentata, tribus ſe clauſtris Elbinga, Mariaeburgo, Haupto paſſus eſt includi. Nam et Derſauiam, vicinum nobis oppidum, et ex quo ſuperiori hieme magna ferocia nobis inſultauerat, ad primam mox Grudento venientis ſupremi Mareſchalli famam, ille trepidus deſeruit, et paullo ante Stargardiae quoque, egregio Pomerelliae municipio, poſt multiplices depeculationes, inuitus quidem, ſed deprehendi a Polonis metuens, valedixerat: omni adeo operae pretio, quod prior hiems illi dediſſe videbatur, breui tempore priuatus. Sed Mareſchallus, non ignarus, magna hoſtilium copiarum parte inſeſſum teneri Mariaeburgum, [oo] hoc illis Pergamum, hanc quaſi arcem Tarpeiam eſſe, protinus equidem locum hunc arctiſſima indagine, ac plena in orbem obſidione, circumſepire optauit. Sed ea res exercitum multo maximum requirebat. Longo admodum ſpatio, ſecundum Nogati fluminis ripam, extenditur oppidum: non minus longo porrigitur arx tam vaſta, vt ampli ſatis oppidi ſuperet, certe aequet, magnitudinem. Vt plenum et numeris ſuis omnibus perfectum obſidium foret, potens eſſe debebat vtriusque ripae, et nempe vltra citraque Nogatum, toti illi oppidi arcisque compagi

cir-

rat munita, omnique adparatu bellico inſtructa: annonae etiam affatim habebat. Vnde plenum ſpei Carolo Guſtauo Regi, qui tum in Dania agebat, ferunt ſcripſiſſe: *Conficeret auſpicato bellum transmarinum Rex, omnino de Pruſſia ſecurus, quam vtcumque perflaret belli Polonici tempeſtas, ſe nihilominus vel ſexennale Mariaeburgi obſidium, donec ſoſpes regrediatur ipſe, toleraturum.* Vid. KOCHOVIVS Climact. II. p. 403.

circumfundendus exercitus erat: quo ita ab Elbinga, Stuma, aliisque hoſtium locis, viae omnes intercluderentur, omnis ei pabulandi, omnis excurrendi praecideretur facultas. Nemo praeterea non videbat, multorum menſium hoc opus fore: quia loco, ad prodigium vſque munito, ſufficiens militum numerus, militibus prudens et bello plurimum ſpectatus gubernator, abundans praeterea alimentorum copia aderat. Sed ducem ad maxima quaeque natum educatumque difficultates rerum non abſterrent, ſed acuunt.

Interim quod magnitudinem ducis minime gentium ſuperabat, ſuperabat magnitudinem exercitus. Etſi enim hic et ſtrenuiſſimus, et mole non paruus, minor tamen numero erat, quam vt pro longitudine loci extendi poſſet; minor, quam vt vtramque ripam obſepire cuſtodiis, et omnia oppidi arcisque latera opere conſummato circumdare poſſet. Neque enim ſolitis et ordinariis Regni viribus ſuccinctus venerat dux: *et fruſtra diu exſpectauit ſupplementa, quae infelix confoederatio morabatur: et iam facilis coniectura erat, non ventura illa eo numero, quo oportebat; ventura itidem tarde, et tum demum, quum in terra deſolatiſſima copia alimentorum defutura eſſet militi. Non enim huic ita, vt fas erat, (fatendum eſt enim,) liberalitas publica proſpexerat: ſuo plurimum dux ingenio, ſua ope, cura, induſtria procurabat annonam, qua poterat: videns omnino, maiore ſibi longe contentione, aduerſus penuriam victus, pugnandum eſſe, quam cum hoſte, quantumuis potente. Ex his itaque cauſſis quum locus tam ſpatioſus iuſta vndiquaque obſidione circumueniri non poſſet: faciendis

* Is erat Iohannes Sobieſcius, deinde ipſum ad faſtigium Regni euectus.

** *Haupt*, *Hoeſt*, *Hovet*. ſcriptoribus Latinis *Caput*, inſigne ad Viſtulam, haud procul

dis equidem vltra Nogatum excurſionibus, ſtructo ponte, patefactus eſt campus: et hunc perpetuis infeſtationibus ita frequentauit equitatus noſter, vt hoſti exire vix vmquam liceret impune. Ceterum ipſius verae obſidionis feruor citra Nogatum ſtetit. Ibi caſtra longe lateque circumpoſita: ibi, ſtructis decentiſſima et arte et induſtria acceſſibus, ita prope noſtri hoſtium ſe admouere propugnaculis, ita tum in pontem, tum in oppidum fulminauere, vt tandem ciues inter iniectos perpetuo ignes, inter illabentes vndique globorum immanium nimbos, vitam ſuam non amplius credere aedibus auderent, ſed in arcem plerique ſe et ſua reciperent. Summa profecto virtute, etſi inter magnas annonae difficultates, proceſſit obſidio: et nihil omnino earum rerum omiſſum eſt, quae a magno duce, quae a praeluſtri Regni Vexillifero, ° a generalibus praefectis, ſtrenuiſſimis tribunis et ductoribus, quae denique a forti, induſtrioque milite requiri, aut exſpectari ſolent.

Ceterum omnium Mareſchalli conſiliorum caput tum erat, Inſulam feliciter occupatam fortiter tueri, et Viſtulae inprimis, prout auſpicato glorioſeque coepiſſet, plenam reſtituere libertatem. Hoc enim non Pruſſiae ſolum, nec Poloniae modo, ſed Europae totius nutricio vindicato, ingens adſidui laboris et peruigiliorum ſuorum pretium ablaturus erat; toti autem Reipublicae tale praeſtiturus beneficium, quali toto hoc bello maius et glorioſius non poſſet. Atque idcirco, quum ab hoſte flumen iſtud, non niſi vno adhuc freno, teneri ſciret, hoc inprimis rumpendum excutiendumque putauit. Quiſque ſagacium facillime adſequitur, de Haupto me loqui, caſtello prioribus iam bellis celebratiſſimo, °° nunc

 autem

procul Gedano, munimentum: cuius eſt memoria inprimis clara in hiſtoria belli, ab Guſtauo Adolpho, Rege Suecorum, aduerſus Polonos geſti. Ad id aliquando

autem ab hoſte, aeuum forſitan hic agere cogitante, ad miraculum vſque munito. Certe ars et natura ibi certaſſe, et, quidquid vtraque ad loci cuiuſquam robur adferre poteſt, huc videtur impendiſſe. Procurrunt omni ex latere altiſſima valla, eademque angularibus vndiquaque propugnaculis validiſſime praecincta. Viſtula adfundit ſeſe lateribus, ſed facto aquarum diuortio ita bipartitus, vt gemino quaſi brachio locum amplectatur, defendatque. Qua parte aquam natura negauerat, ducta per transuerſum foſſa labor arceſſiuit: ſequutusque artis ingenium fluuius inſulam efficit, vbi non fuit. Foſſae quoque ipſi multa magnae molis antepoſita opera obſeſſuris maximas moras obiiciunt. Illud porro brachium, quod ad vrbem noſtram amiciſſimus porrigit fluuius, ducto iam dudum ab hoſtibus per medias aquas aggere, ita quaſi ligatum eſt, vt nihil ciuitati noſtrae, nihil obſidentium caſtris polliceri, aut dare ſubſidii poſſet. Paullo ſuperius autem idem brachium, deiectis ab hoſte aggeribus nudatum, apertis omnibus quaſi venis, in Inſulam noſtram, et ad ipſa vrbis moenia, tantum aquarum profundit, vt nouum veluti mare nos circumfluere videatur. Alterum fluminis brachium, ſtructa ab hoſte ad ripam opera, validiſſimis pariter vinculis implicuere. Vtramque vero ripam idem hoſtis ponte iunxerat, vt ita tergo ſuo miſer fluuius iniquos dominos, ipſaque ſeruitutis ſuae alimenta, et ſaeua libertatis venena, portare cogeretur. Pontis enim iſtius beneficio, non ex Inſula tantum maiore, ſed Mariaeburgo quoque, et Elbinga, petere poterat loci gubernator,

quando Rex praeſentiſſimum vitae periculum adiit, glandibus plumbeis ventrem transuerberatus. Vid. CAR. OGERII Ephemerides, pag. 291. quem locum iam in animaduerſionibus ad GVALTERI HARTII Vitam Guſtaui Adolphi T. I. p. 145 dedimus. Conf. IOH. LOCCENII Hiſt. Suecan. Lib. VIII. p. 556.

* Ediſſeruit autem ipſe PASTORIUS Flor. Polon. Lib. VII. p. 633 - 638. item KOCHO-

tor, quidquid desideraret. Et profecto irritus erat omnis obsidere volentium conatus, nisi pons iste destructus, et omnis in Insulam traiectus esset interclusus. Pro vtroque acerrime pugnabat hostis, non nescius, his quasi spiraculis animam loci istius trahi. At in Insula repurganda vti iam dudum missae ab Illustrissimo Mareschallo copiae egregiam nauauerant operam, ita nunc quoque nobis minime defuere. Certe enim cum Suecis, ex ipso hoc Haupto erumpentibus, et munitionum suarum, passim istic sparsarum, beneficio vsis, fortissime pugnarunt: peditatu tandem, quum omnem iam pyrium puluerem absumsisset, laboraturo, nisi insignis ductoris industria repente subsidium adduxisset. Nostrorum pariter vt primi, sic vehementissimi circa pontem, et adposita illi munimenta, conatus fuere. Hosti profecto, omni vi sua irruenti, nobili virtute restiterunt adeo et fortiter et feliciter, vti alibi, sic intra obuia horti septa, quae fors dederat, cum illo luctati, ac si intra muros ac valla stetissent. Sed haec, vt et cetera, suo tempore curatius edisseret historia, * omnibus singulisque decus suum, pro merito cuiusque, ex vero admensura. Cum Octobri, vt breuissime rem complectar, coepit haec obsidio, magna et memorabili fiducia vrbis: quum satis liquido constaret, pro loco isto, quem tot annorum, ** tot sumtuum, tot laborum impendio hostis firmasset, et vnde toti Neringiae, omnique Vistulae leges dedisset, non segnius, quam pro aris et focis, pugnaturum. Sed animabat vrbem spes posita in Deo, qui vt ante inter summa discrimina, inter desperatas Prussiae,

* KOCHOVIVS loc. comm. pag. 405. REINH. CVRICVS in Chronico Gedanensi pag. 415 sq. et inprimis PETR. VOGETIVS in Commentar. de oppugnatione et deditione Haupti, (*Bericht von Belager- und Eroberung der Haupt-Schanze in der Dantziger Nachrung,*) Gedani, 1661. 4.

** Quippe iam anno MDCLVI. in hostium potestatem peruenerat.

ſiae, prope et Poloniae res, inter acciſas domi opes, inter aquarum ab hoſte immiſſarum diluuia, inter ignes et gladios circumfulgentes, breuiter vt dicam, inter malleum et ſaxum, inter Scyllam et Charybdin, fidem noſtram integram et animos imperterritos ſeruauerat, ita porro pro optima cauſſa, pro Regia Maieſtate, pro publico egregio, pro fide, libertate, fortuna noſtra pugnantibus bona conſilia, pectora maſcula, vires ſumtui laborique ferendo pares, proſperumque adeo arduorum moliminum largiturus eſſet ſucceſſum. Animabat praeterea S. Reg. Maieſtatis vtriusque fauor: qui ex inſita ipſis erga ſubditos fideles benignitate, nobis, in re maxime et ardua et honeſta et vtili verſantibus, minime defuturus credebatur. Animabat proxime Mareſchalli, eiuſdemque exercituum ducis, beneuolentia: qui cauſſam propriam publicamque agentibus, nunc vero Caput, vnde nerui et opes Reipublicae magnam partem dependerent, adſerere conaturis, manum auxiliarem et porrexerat iam benigniſſime, et deinceps non negaturus erat. Nec profecto illam vmquam nobis negauit. Nam et validam Caeſariani Polonique exercitus legionem, ſub praeluſtris Baronis Ratſchinii regimine, in ſubſidium miſit, et ipſe, qua in re cardo negotii totius vertebatur, hoſtem intra Mariaeburgum, Elbingam, et cetera ſepta ita fortiter concluſum tenuit, vt nullo poſtea incurſu inſtitutum noſtrum turbare, nulla ope praeſidiariis, intra Hauptum clauſis, ſubuenire potuerit.

Interim

* Georgius a Boemeln, Praeconſul Gedanenſis: de quo vid. VOGETIVS p. 233. vbi et collegae illius memorantur.

** Vir prorſus egregius, ac de republica praeclare meritus, PASTORII in primis amicus. Seruat Bibliotheca Zaluſciana, in pluribus cimeliis, IOACH. PASTORII AB HIRTENBERG ad virum illuſtrem, Dominum Adrianum von der Linda, Gubernatorem Mirachouienſem,

Interim vrbs quoque haec, tanto patrocinio freta, coepto ſuo, omni virium ſuarum niſu, incubuit. Nihil in ſe paſſi ſunt deſiderari vrbis Primores; nihil bellici Conſilii Praeſes; * nihil collegae eius: qui omnes ſane diu noctuque inuigilarunt operi, neceſſariaque omnia ſumma cura, dexteritate, et prudentia procurarunt: aliqui etiam eum in finem toto hoc obſidii tempore in caſtris verſati ſunt, variarum et incommoditatum et aerumnarum participes. Conſpirauit ad idem opus vniuerſa vrbs; ciuiumque alii miſſis ad Deum votis, alii ſumtibus et armis rem iuuerunt: plerique certe, ne miles ibi neceſſarius cuſtodiis vrbanis diſtineretur, ipſimet tot menſibus, directore vigiliarum Burggrauio Regio, Adriano de Linda, ** excubias diurnas nocturnasque pro moenibus ſuis, omnibusque vrbis munimentis, egerunt. Dignus eſt inſigni laudis adorea ſtrenuus tribunus vrbis, *** qui operas militares prudentiſſime diſtribuit, ipſe exemplum laboris, exemplum virtutis; qui tot acceſſuum ſuggeſtuumque bellicorum fabricas, ingenioſa machinatorum Martiorum ſollertia, exſtruxit; qui luſtrauit, direxit, vrſit omnia impiger et indefeſſus. Digni etiam gloria, qui a tribuno proximi; digni reliqui omnes ductores: quorum alii occupatis munimentis, alii aliis facinoribus editis, cuncti vero inſigni vitae contemtu de publico bene meruere. Digna praemiis militia vniuerſa, quae inter autumni et hiemis ingruentis aſpera, ſub pellibus, ſub dio, ſine murmure egit, nullumque vmquam laborem, nullum pericu-

uienſem, Proconſulem Gedanenſem, epiſtolas, necdum euulgatas. Vid. Specimen Catal. Manuſcriptorum Bibl. Zaluſc. p. 41. Scriptae ſunt grauiter et eleganter, pleraeque de rebus illorum temporum; dignae vniuerſae, quae in lucem conſpectumque producantur. Earum ego particulas quasdam teneo, indulgentia Illuſtriſſimi Maecenatis, mecum ab amico beneuole communicatas.

*** Valentinus Vinterus: de quo vid. PASTORII Flor. Polon. p. 634.

periculum recuſauit. Ad hunc modum potita eſt voto ſuo Respublica; hoſtis retibus propriis incluſus, captusque: ſuperata tot opera et munimenta; caſtrum denique ipſum in poteſtatem vrbis, ipſiusque adeo Sereniſſimi Regis, rediit: * quem ſingularis caeli fauor hoc ipſo tempore, non in hanc modo vrbem ſuam, ſed in ipſa quoque caſtra, feliciter deduxit: vt et terrore maturaret deditionem, et fauſtiſſima Maieſtatis ſuae praeſentia totum opus coronaret. Sic itaque magno magni Reipublicae Corporis Capiti minus Caput ** ſe ſubmiſit: idem hoc corpori ſuo reſtitutum eſt: reſtitutum ſimul Neringianae Inſulae aſylum ſecuritatis: ſoluta, quam hoſtes Viſtulae iniecerant, catena ſeruitutis: apertus Cereri Poloniae, datus commerciis liber curſus: reſeratum nobis veriſſimum Copiae cornu. Hoſti contra magnum militiae ſuae robur, magnum praedarum receptaculum, vberrimum annonae horreum, dîcam amplius, magnum cauſſae totius praeſidium, praecipuumque, quod in Pruſſia habuit, bonae ſpei Caput quodammodo praeciſum eſt. Non equidem paruo nobis conſtitit victoria: multis aerumnis, diſcriminibus, ſumtibus, multis etiam vulneribus, ſanguiniſque impendiis emta eſt. Interim non piget armorum, quibus ſuus conſtat fructus: non piget moleſtiarum, quas optati finis praemium ſolatur: non poenitet ſanguinis, quando terram, pro qua ſuſus eſt, tenemus. Haeret iam hoſtis intra duarum tantum vrbium

* Deditum caſtrum aequis conditionibus: quarum formulam, die viceſima Decembr. ſancitam, VOGETIVS p. 185 ſq. exhibet. Extat apud eumdem, pag. 227. numus in rei memoriam cuſus, ab Gedanenſibus, in cuius altera parte Hauptum conſpicitur, ſuperaddito carmine hoc: *Cauſa Deo placuit, ſed et arma tuentia cauſam:* in altera titulus legitur, quem et ipſum lubet hic repetere. *Deo Opt. Max. auſpice, Rege conatibus fidelium ciuium adſpirante, imminente propinquo exercitu Polono, ſub felici ductu Lubomirſci herois, in decus operis pariter et tutelam, Hauptum ad diuergia Viſtulae in Neringia ſitum, fama ac munitu celebre, ingens*

vrbium angustias, eo nimirum, quod praefiscini dixerim, felicibus Serenissimi Regis auspiciis, eo fortissimi exercitus Poloni armis redactus, vt viam se seruandi vix, nisi a pace, sperare posse videatur.

Sed mihi, ad proxima et nouissima Dei beneficia delapso, reflectere non nihil cursum necesse est, et quae eiusdem Dei benignitas in vicinis, Sociisque nostris, praestitit nobis, breuiter memorare. Ac primum in Curlandiam aliquantisper redeundum est. In qua equidem Moscus, Lithuanicas distinens copias, procliues aliquamdiu Duglasso fecit progressus, sed et ita tamen procliues, vt subinde eos aliqua cladium mixtura interpellaret. Possem, si tempus permitteret, memorare insignem iacturam, quam dudum fecit hostis, quum a magni generis nominisque ductore, Michaele Pacio, Palatinide, tum tribuno primario, nunc castrorum Magni Ducatus Lithuaniae praefecto, profligatus est Columba, tribunus hostilis; quum Vxelius vicetribunus captus, Vrangelius iunior caesus, et omnes illorum copiae aut prostratae, aut in fugam vel vincula actae sunt. * Possem referre, qua felicitate Libnicius tribunus alterum Vrangelium, vicetribunum, fuderit ad Ianiczky oppidum: qua item dexteritate et fortitudine celebratissimus ille nominati ante castrorum Praefecti decessor, Comorouius, postquam Mosco feliciter fugato inducias extorsisset, Duglasso ad Wurziana auxilia intercluserit viam; tum eumdem Columbam, quem ex priori cla-

 de

ingens in vtramque partem momentum, armis, labore, constantia Gedanensium pressum, fatigatum, subactum, deditionem fecit, die XXII. *Decembris, Ao.* CIƆIƆCLIX.

** Allusio ad nomen propugnaculi, *Haupt*: qualis est, per hanc ipsam occasionem, apud KOCHOVIVM l. c. p. 406. *Tentatus*, inquit ille, *vt in deditionem assentiretur Praefectus, primo minax recusauit, dein, vt mora eluderet, non alio consignandum Hauptum respondit, nisi ipso Rege Casimiro veniente, Caput Capiti suo redderetur.*

* Conf. PVFENDORFIVS de rebus Caroli Gustaui Lib. V. p. 505.

de superstitem fortuna seruauerat, vt iam demuo vinci posset, ceciderit. Possem adiungere oppressas a nobili illo Gosieuiano ductore, Suarzhosio, et Iohanne Lubeco, suppetias, quibus Duglassum Aderkasius tribunus, multis aliis ductoribus, et plusquam mille equitibus comitatus, subleuatum ibat, captus ipse tum ad Bauscum in conflictu, et vna cum plerisque comitibus suis, quotquot victorem gladium effugerant, Varsauiam deductus: non minus clementem ibi Regem experturus, quam inclementem belli fortunam fuerat expertus. Possem adtexere Mitauiam, primariam Curlandiae ciuitatem, quam eamdem a Comorouio duce missus Suarzhosius, et eius comes, Lubecus, admirabili celeritate occupauit: non vna dignus vterque laurea, quum eadem, qua plurimis hostium vincula tum iniecere, manu libertatem captiuis Curlandiae Proceribus restituerint. * Inprimis vero egregium nobis excurrendi campum praeberet Neuenburgum, quod generosissimae virtutis Palatinides, Alexander Polubinscius, exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Notarius, expugnauit: et mox Goldinga, tum temporis hosti cedenti praecipuus receptus. Sed ipsum equidem oppidum fortibus ductorum nostrorum, tum Electoralium, Schoenaichii, et Polensii, facile cessit armis. Arcem tot illi a Duglasso relicti ductores, et copioso milite, et magna vi impedimentorum spoliorum-

* KOCHOVIVS Climact. II. p. 408. laudat inprimis Polubinscii egregiam, in recuperanda Mitauia, operam. Et iuuat verba ipsa subiicere: *Hilarius Polubinski,* (quo eum praenomine et RVDAVSCIVS memorat,) *Notarius Campestris, cum mille equitatus agmine insperato veniens, non sine hostium caede Mithauiam nuper receperat, egregia praeda potitus, vbi ex ergastulis compedibusque vltra CC. nobiles Curlandos liberasset. Obsessa subinde arx, in qua mille ducenti praesidiarii defensionem agitabant, instituta nudis pectoribus oppugnatione, cum non pedes, non machinae, non missilis artificii ignes in promtu Lithuanis: adeo tamen strenue clausam indagine feram pressere, vt sine necessario in arcis munitae halosim apparatu, a mille equitibus, mille et ducenti Sueci pedites, moeniis clausi, armis instructi,*

ſpoliorumque, impleuerant, animis in extremorum omnium patientiam obſirmati. Neque vero machinis, vt ſolet, res acta eſt, quum nullae ad tantum opus idoneae adeſſent. Conſtantia noſtrorum obſeſſos ad famem, fames ad deditionem coegit: ita vt mille quingenti circiter homines, cum ductoribus ſuis, cumque vberrima praeda, venerint ibi in manus victorum. * Sed et durante obſidione, quum Duglaſſus, facta in Samogitiam excurſione, abſtrahere obſeſſores conaretur, populatrices eius turmae a non ſemel nominato Pacio, et Kmitzitzo, quem Polubinſcius miſerat, inſigni clade mulctatae ſunt. Exin nullo loco conſiſtere potuit hoſtis, perſequente illum ad ipſos Liuoniae ſines Pacio, aliis oppida Curlandiae liberantibus a manu hoſtili. Recepta Vindauia, Seronda, Lubauia. Nec niſi tres arces retinuit hoſtis, quas et ipſas tamen iam tum cingi coeptas duo militiae Lithuanae, poſt ipſos duces, decora, Polubinſcius et Pacius, in hunc vſque diem magna optimi ſucceſſus ſpe tenent obſeſſas. ** Tum vero inter alia Grubinum etiam, quod ad vim ſuſtinendam prae aliis armauerat hoſtis, ab Illuſtriſſimo Principe, Radziuillio, Pruſſiae Electoralis nunc Gubernatore, oppugnatum, atque intra dies quatuor, fortem inter alios operam adnauante Guilielmo Paterſonio, tribuno, expugnatum eſt. Qui idem dux, e Curlandia in Pruſſiam reuocatus, (huc enim oratio

 quoque

ſtructi, leuioris armaturae agmini dedere ſe cum XXXX *tormentis cogeretur: Spenſio tribuno locum tradente, multiſque encomiis fidem, et ſtrenuitatem, Lithuanorum efferente.*

* Conf. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 37.

** Quibus verbis PASTORIVS haec ſubiunxit: „Quum iſta publice dicerentur, „erat XIII Ianuarii. Quatriduo ante Mitauienſis arx, praecipua Ducum ſedes, „ab Illuſtriſſ. Polubinſcio, cui duo millia „peditum in auxilium miſerat Illuſtriſſ. „Michael Pacius, occupata eſt, depraedante eam, quum alteram ſibi imminere ad„greſſionem ſentiret, Sueccico Generali vi„gilum Praefecto atque inde vna cum du„centis octoginta validis militibus, aegris „centum quinquaginta, ita vt pactus erat, „Rigam tendente.„

quoque mea iam redit,) repentino in ipſa Elbingae ſuburbia inſultu, damna hoſti, et iuxta terrorem tantum iniecit, vt is, improuiſo aliquo dolo ſe proditum ratus, nec egredi moenibus auderet, nec intra moenia ſe tutum exiſtimaret. Paullo ante autem idem hoſtis, ab Illuſtriſſimi Regni Campique Mareſchalli equitatu, non leui ictu in fugam erat compulſus: quum egregius ductor Czaplicius, in Varmiam iuſſu ducis tendens, ſubmiſſis quinquaginta equitibus, omnem equitatum hoſtilem, ipſumque Gubernatorem militiae elicuiſſet; mox, omni vi eumdem adortus, conturbaſſet ordines, caeſiſque quam plurimis, captis non paucis, reliquis ad ipſa vſque moenia inſtitiſſet.

Sed eodem tempore rem inſignem, et ad ſummam belli haud parum profecto facientem, ipſe terror armorum Poloniae, ac ſola Mareſchalli auctoritas, ſine ſanguine, confecit. Brodniciam enim ad ſpontaneam deditionem coegit, oppidum ingenio ſitus validiſſimum, et iam ante bellis veteribus nobilitatum. * Nunc vero tribunus hoſtilis, ** iam dudum machinali ſcientia Sereniſſimo Regi et Regno, cui ſeruierat, notus, mirifice id contra Regem et Regnum permunierat, defenderatque ad hoc vſque tempus: ſed quum tandem longius ſe a ſuis, et a ſpe ſubſidii remotum, miſſas vero ab Illuſtriſſimo Mareſchallo turmas ſibi propius iam incubare videret, maluit tandem aequis conditionibus exitum paciſci, quam irrita obſtina-

* Germanice *Straſburg* vocatur, Polonis *Brodnitza:* oppidum antiquum, bellis inter Poloniae Reges et Teutonicos Equites geſtis ſaepius agitatum. Neque obſcura eius fama eſt, in hiſtoria belli ſuperioris Sueco-Polonici. Quippe ab Guſtauo Adolpho, Suecorum Rege, expugnatum fuerat An. MDCXXVIII. ſed a Polonis haud multo poſt recuperatum.

** Ioh. Pleitnerus: de quo vid. PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VI. p. 590.

* Recruducrat haud ita pridem Moſcicum bellum, aegre ferente Magno Moſcorum Duce vanam ſucceſſionis in Polonia ſpem, et Coſacorum defectionem. Id vniuer-

obſtinatione praeſtolari extrema. Ille igitur, habito colloquio cum illuſtri emeritoque tribuno, Iohanne Doenhoſio, Praefecto Stargardienſi, quem Magnus Mareſchallus ideo miſerat, locum eximium, locum inter firmiſſima Pruſſiae praeſidia numerandum, Sereniſſimi Regis noſtri obſequio reddidit.

Prope iam timere incipio, ne, prolixitate mea tanti Auditorii patientia nimis intemperanter videar abuti. Sed decurrit iam dictio noſtra, vna cum anno ſuo, ad finem, nec niſi pauciſſima reſtant ad imponendam propoſito noſtro coronidem. Ac primum leui admodum brachio adtingam ea, quae vltra Boryſthenem geſta ſunt. Vbi Coſaci, anno ſuperiore Reipublicae noſtrae reconciliati, ductore Vihouio, Palatino Kiouienſi, adiutore Chano Tatarico, noſtro etiam ſub ductu, illuſtrium virorum, Andreae Potocii, Iablonouii, aliorumque auxiliante equitatu, egregiam de Moſcis, ad Conotopum, victoriam reportauere. [o] Ad quindecim enim millia hominum, ac praeter ceteros omnis ordinis et farinae milites ductoresque, duo praecipui hoſtium duces, Pozarski et Leo, perierunt. Ipſe ſupremus dux militiae, Romadanouius, diu pro caeſo habitus, aegerrima fuga euaſit. Trubecius, alter dux, et paullo ante Conotopienſis oppidi, atque in eo Vlanouii, egregii Coſacorum ductoris, obſeſſor, copias perpetuis tam Scytharum, quam Coſacorum, incurſibus laceratas, cum ſummo diſcrimine Putiulum, primum

vniuerſum ab KOCHOVIO Climact. II. Lib. V. copioſe enarratum eſt: praelium ad Conotopum p. 380 ſq. Nec tamen audet caeſorum in eo numerum inire, quem in immenſum, vt fit, prima victoriae fama auxerat. RVDAVSCIVS p. 442. Moſcorum legiones ſex ad internecionem deletas ſcribit; captiuos omnes ab Tataris occidioni datos, diro ex voto. Verba haec ſunt: *Fertur Tatarorum Rex votum vouiſſe, ante conflictum, prophetae ſuo captiuos omnes trucidandi: quod et praeſtitit. Omnes enim Moſchos Tatari per ſummam barbariem peremere, ſanguine eorum in vaſcula ad id praeparata demiſſo, quo deinde illorum ſacrificuli primum inſignia, deinde equos, tandem vniuerſum exercitum, mira ſuperſtitione aſperſere.*

primum Moſcorum in illo tractu oppidum, fugienti quam dimicanti ſimilior, reduxit. Exin Coſaci in finitimas Moſcouiae ditiones, Tatari vero in penitiſſima vaſti illius Dominatus viſcera ſeſe infudere, ad ipſam vſque principis ibi vrbis viciniam ferro et igne longe lateque populati omnia, et denique cum incredibili praeda, et innumera hominum captiuorum multitudine, domum impune et ſecure reuerſi.

A Boryſthene ad Balthicum mare, magno quidem, ſed innoxio nec iniucundo ſaltu, traiicimus. Res, quae ibi nouiſſime geſta eſt, vt eſt maximi momenti, ita occupatos vſque tenet animos Orbis, et commemoratione eius omnia prope compita nuper perſonuere. Ingens profecto victoriae iſtic prodigium, ingens Orbi ſpectaculum, ſocia nobis Dania, et inprimis Fionia praebuit: quando inſula iſta intra triduum, a duobus Sereniſſimi Daniae Regis ducibus, ſed iuuantibus plurimum Confoederatis, occupata eſt vniuerſa: quando omnis exercitus hoſtilis ſeptem paene millium capitum, exercitus veterano milite, veteranis ducibus ductoribusque conſtans, ipſo die, qui Sereniſſimo Regi Daniae nominalis erat, [*] praelio victus, duo millia ſuorum deſiderauit; mox omnis vndiquaque circumſeſſus, deditione ſpontanea arbitrio victorum totus ceſſit. Obſtupuit iſta audiens nuper Orbis: ſed pariter eadem referens oratio ſtupeſcit quodammodo, neque par eſt digne euol-

uere

* Qui eſt, in Faſtis Danicis, dies XIV Nouembris. KOCHOVIVS natalem Friderici Regis fuiſſe, falſo tradit. De praelio ipſo legantur praeter KOCHOVIVM pag. 410 ſq. PVFENDORFIVS loc. comm. p. 565 ſq. item Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 34. AITZEMA Commentar. de rebus Foederati Belgii T. IV. pag. 431 ſq. BASNAGIVS Ann. Belgic. T. I. p. 563.

** Praecipuos eorum PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. loc. comm. et KOCHOVIVS pag. 412 memorant: in his Ioſiam, Waldeccae Comitem, Henricum Hornium, rei tormentariae magiſtrum, Konigſmarcum iuniorem, alios.

uere nomina captorum Principum, Comitum, aliorumque omnis generis ducum, tribunorumque celebrium. ** Strepit per tot annorum tractus commiſſa inter ſe Europa bellis fere continuis: at vix omnibus his bellis maiorem Suecorum cladem facile quiſquam meminit. Sed ad rem tantam, vt dixi, non modicum Bataui foederati, terra marique, ductu Reiteri, vicethalaſſiarchi, aliorumque fortiſſimorum virorum, contulere: contulere item reliqui auxiliares exercitus, et inter alios Polonicus noſter. Iam dudum is ſub illuſtriſſimis fortiſſimisque Palatinis Ruſſiae et Podlachiae, ceteriſque Comitibus, Aquilas Sarmaticas per campos et maria Cimbrorum proſperrime duxerat, poſitis vbique Virtutis Polonae victricibus laureis, et trophaeis gloriae. Nunc poſtquam maior eiuſdem pars in patriam, cum ducibus ſuis, remeaſſet, relicti iſtic fuere mille bellatores, qui ſub illuſtris tribuni, Caſimiri Piaſiecinii, regimine, bello Danico, cum Foederatis ceteris, colophonem forti et glorioſa manu, Deo volente, imponerent. Nauigarunt iſti cum aliis in Fioniam, et ipſo aduentu ſuo mirifice terruere hoſtem, adeo vt ad frameas Polonas, nondum tam in manibus, quam in ore ſe mutuo cohortantium ſonantes, inſula tremiſceret: et poſtea, quum ad pugnam ventum eſt, vix aliunde illa plus cruoris, quam ex manibus Polonorum, hauſit. *** Sed erat in fatis, vt generoſius ille bellator Piaſiecinius, dum ardentiſſime pugnat, morte ſua eamdem et inſulam

*** Quam Polonorum fortitudinem Fridericus III. Daniae Rex, et ipſe laudat in litteris, ad Ioh. Caſimirum Regem, necdum editis: quarum exemplum, ex tabulario Hafnienſi Regio, mecum indulgentiſſime communicatum, iuuat in praeſenti ſubiicere. Eſt autem tale: „Fridericus Tertius, D. G. Daniae etc. Rex etc. „Sereniſſimo Principi Domino Iohanni Caſimiro etc. Serenitati Vrae hiſce breuibus „ſignificamus, noſtros milites una cum „Confoederatis in noſtrum auxilium relictis, Fionia inſula occupata x i v. huius menſis, ipſo die Friderici, Suecos, „qui aperto Marte cum noſtris decertare „voluere, in acie profligaſſe, ac fugitiuos „prae-

insulam et victoriam nobilitaret: [°] militibus suis primo virtutis exemplum, postea stimulus vindictae: nam eo acrius praeliati sunt, postquam ducem suum amisissent. Toties vir nobilissimus, in patria contra Tataros, Cosacos, Suecos, dimicauerat: fortiter vbique, et tum hostili, tum suo sanguine non cruentus magis, quam decorus. Sed tot illis pulcerrimis vulneribus animam, in patria, effundere non potuit, non debuit: qui hostem patriae, longe extra patriam, persequi debebat; qui gloriam Poloniae ad intimos Cimbrorum recessus deferre, et trophaea Sarmatica in finibus illis renouare, in quibus olim a primo Poloniae Rege, Chrobraeo, erant locata. [**] Cecidisti igitur, fortissime Piasiecini, in terra, pro qua pugnasti: cecidisti victor, et victoriae pretium insulam, cum aliis gloriae tuae sociis, Regi foederato moriens reddidisti. Ceterum cum corpore tuo fama tua non cecidit: in ipsa illa, quae cadentem excepit, arena virescet. Sonabunt eam annales patrii; sonabunt peregrini: nec modicum nobilissimae familiae tuae decus erit, Fionicam Danorum victoriam, inter plurimas magnorum hominum caedes, et vincula, Piasiecinii quoque vita emtam esse. Ceterum, quod ad victoriam ipsam attinet, nolo nunc ea operose recensenda diutius morari tam Illustre Auditorium: quum res

istae

„praelio fractos in oppido Nyburg subi„to obruisse, illosque una cum tormen„tis, militaribus signis ac vexillis, diuino „auxilio in suam potestatem redegisse; „ut tantummodo Palatinus Sultzbacensis, „ac Campi Mareschallus. Steinbock, tan„tae cladis nuncii, scapha piscatoria in „Selandiam ad Regem Sueciae euaserint. „Enituit maxime Polonorum fortitudo „bellica in hoc praelio, quorum dux Piaf„sechmisky fortiter in acie occubuit. — „Fractis nunc ex parte tam hisce in lo„cis, quam in Borussia, Curlandia, Liuo„nia et Pomerania, hostium viribus, ad pa„cis uniuersalis Tractatus omnibus, quo„rum interest, eo maior spes affulget. De „quo pacis negocio plura Serenitati Vrae „in proximis litteris, die x huius mensis „scriptis, significauimus. Quam hisce di„uinae protectioni ad prosperos rerum „successus commendamus. Dabantur in „arce nostra Regia, die xxi Nouembris „Anno M. DC. LIX.„

iſtae iam ſint declamatiſſimae, et narratione earum vbique adhuc hominum linguae et aures caleant.

Vtinam, ſi bella dicenda erant, nter barbaras omnino gentes, citra ſanguinis Chriſtiani profuſionem, geſta dicere poſſemus. Sed nimirum rebellis ille Deo, ille hominibus inimicus Spiritus adeo bonam mentem excantauit Chriſtianis, vt in mutua et cognata viſcera ſaeuire, quam ſuis rebus contenti pacem colere, malint. Laceſſuntur Reges a Regibus: ſceptrum ſceptro illiditur: madent cruore Regna: vomit Oceanus cadauera: fumant vrbes incendiis, aut intra cineres ſuos iacent ſepultae: agri in vepreta, arces in rudera, templa in ferarum ſpelaea abeunt: pietas, iuſtitia, caſtitas vana nomina ſunt: vis, auaritia, crudelitas, libido, et omne ſcelerum genus ſuperbe et impune dominatur. O quam acerba, quam triſtia haec argumenta ſunt dicere vel ſcribere volentibus! Quanto glorioſius, quanto ſuauius foret, templis ſanctitatem, curiis et tribunalibus iuſtitiam, agros colonis, colonos penatibus, fora et portus commerciis, florem ciuitatibus, Muſis honorem, virtuti decus, meritis praemia, vel ſeruata, vel reddita memorare! Sed ſperari haec felicitas non poteſt, niſi bellis non neceſſariis, iniquis, impiis, bellum indicatur, publica Regum Principumque conſenſione; niſi pax

 bonis

* KOCHOVIUS p. 411. *Egregii hic bellatoris nomen, ſimul et glorioſam mortem tulit Caſimirus Piaſoczynski, Oſtrolecenſis Praefectus, tribunus Polonorum, ex prima aciei linea animoſe in Suecos inuectus, dumque ſeruente praelio latiorem foſſam equo ſuperare contendit, triplici globo ictus, demum in ipſis victoriae vlnis exſpirauit, exemplum ſuis, et incitamentum.*

** Sed vero Boleslaum Chrobraeum victricibus armis eo vſque penetraſſe, nullo idoneo auctore conſtat. Incertam DLUGOSSI et CROMERI fidem PASTORIUS, quamquam meliora edoctus, hoc loco ſequutus eſt, magis inſeruiendae ſcenae, quam vllum ipſius ob pretium. Ceterum Poloniae Regem primum eum fuiſſe adpellatum, propius verum eſt. Id quod data opera expoſui, in Recitatione Academica, de ortu Regiae dignitatis in Polonia, (Lipſ. 1754. 4.)

bonis legibus fundata, et rectae difciplinae regimini innixa redeat. Vir togatus hoc loquor, qui bella fcribere teneor, non teneor amare. Vnde adeo pacem animitus opto, quamquam non praecipitem, nec nifi gloriofam, nifi aequam, et fecuram. Ceterum quod Deus Opt. Max. felix et fortunatum effe iubeat, nouum iam et admirandum pacis aftrum nuper in Occidente emicuit. Aftrum ingens, et, fi quid iudicare poffum, inter diuina pariter anni, quem emenfi fumus, beneficia merito numerandum. Nec peccabo forfan, fi id aliquo modo fimile illi effe ftellae dixero, quae tres ab Oriente Reges, ad cunas Dei Seruatoris, exciuit. Nam et haec profecto ftella index fuit altiffimae pacis, quae fub Augufto Caefare illuxerat Orbi, duxitque Magos ad Dominum pacis, ad Regem illum, cui nuper nato angeli ipfi, caelitus delapfi, hymnum pacis coram paftoribus accinuerant. Omnium iftarum rerum memoriam templa vniuerfa, religione publica, celebrant his diebus: quibus ad condendum Pacis templum Vos, *Illuftriffimi Legati*, acceditis. Filii pacis bonum inde omen capiunt, aftrique illius nuper orti radios ad Septentrionem quoque noftrum pertinere exiftimant: et, quia magnae illae Occidentis Sphaerae procul vim fuam mittere amant, multi Augufteum fibi, in Europa, feculum polliceri audent. Non minus quoque laetum illis augurium Oliuenfe Coenobium, in quo pacis confilia agitantur, praebet. Quum olim Rex pacis, Dominus et Seruator Orbis, Hierofolymam, vrbem a pace nomen habentem, tenderet, prius ad montem Oliuarum venit. Inde ad peragendum pacis facrificium, inter laetas populi adclamationes, inter ftrata paffim veftimenta, verus Melchifedecus, verus Salomon, fanctam ciuitatem intrauit. Olim quoque, quum

quum Nehemias vrbem ſanctam, triſtiſſima Babylonica captiuitate euerſam, aut labefactam, inſtauraret, feſtum tabernaculorum inſtituit, et ad ſtruenda tabernacula exire populum in montana, atque inter alia ramos oliuarum adferre iuſſit. Vtrobique laetum illud Hoſianna, hoc eſt, Serua quaeſo, ingeminabatur. Nos bonis ominibus, vtcumque res ceciderit, nihil peccari poſſe rati, Deum Opt. Max. veneramur ſupplices, vt, quemadmodum olim ſuſpenſo caelitus aſtro Regibus domum oſtendit, in qua nouiter natus Euangelicae pacis Princeps iaceret, ita nunc illuſtrare animos, et dirigere oculos velit, quo videant, vbi et quomodo ſalutare illud, et diu optatum, pacis bonum inueniri queat. O! ex caeleſti tandem Oliuarum monte maximum propitii Dei munus, tranquillitas publica, ad nos deſcendat. En! manus piorum paratae ſunt ſubſternere veſtimenta ſua, ad molliendam tanto hoſpiti viam: paratae ſunt portare ramos oliuae ad ſtruendum illi tabernaculum. Parturiunt templa Dei altiſſimi, parturiunt templa Muſarum laetiſſimum Hoſianna. Tu, o Sancte Spiritus, qui olim in ſpecie columbae deſcendiſti ſuper aeternum Pacis Magiſtrum, deſcende ſuper Regum Orbis Miniſtros: fac, vt iidem iſti nobis nuncii pacis eſſe poſſint: et quemadmodum, tuo olim ductu, ſanctiſſimo Noae, inter aquas diluuii tot menſibus iactato, columba tandem ramum oliuae, in refloreſcentis terrae ſignum, adtulit: ita nobis, per tot annos, inter ſaeuiſſimas bellorum tempeſtates mirifice quaſſatis, tu, o germana, o aeterna Pacis Columba, adporta verum, ſalutarem et perennaturum felicis Oliuae ramum, Pacem!

DIARIVM PACIFICATIONIS OLIVENSIS

IN QVO

OMNIA A LEGATIS DICTA FACTAQVE

IN LOCO TRACTATVVM

CVM CVRA ADNOTATA SVNT

LECTORI

Si quis, purioris Latinitatis ſtudioſus, in hunc Commentarium inciderit, is ſciat, curioſae illi, qua verba ad Latii ſcrupulos examinantur, trutinae in talibus argumentis haudquaquam eſſe locum. Mens Legatorum religioſe, et, quantum fieri poterat, ipſiſſimis eorum verbis exprimenda fuit. Ab illa orbita dum in re tam ardua, et tot Regnorum prouinciarumque ſalutem continente, abire non liceret: periit ſermoni cultus, in illa praeſertim extemporali loquentium ſcribentiumque arena. Quod ita factum non mirabuntur, qui aut negotiis interfuere, aut ſaltem Latinitatis curae praecepta prudentiae non poſtponenda eſſe didicere.

Antequam

Antequam ad tractandum pacis negotium accederetur, * multae inter partes agitatae sunt controuersiae, circa praeliminaria: vti nimirum de saluis conductibus, ** de plenis item mandatis Legatorum, de comitatu eorumdem, de loco tractatuum, et securitate eius procuranda, de securitate item cursorum, seu postarum, de modo tractandi, et inprimis, an per

* Pacis consilia, inter Ioh. Casimirum Poloniae, et Carolum Gustauum Sueciae Reges, aliquoties ante tentata, coeperant ipso ab Sueco maximopere agitari, ex quo noua belli tempestas ex Dania, vnde minime crediderat, exorta. *Quum triplici bello Rex premeretur,* inquit PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Gustaui Lib. V. §. 84. *Austriacis insuper hostilia minantibus, leuandae oneris parti et auerruncando Regni sui periculo, consultissimum eidem visum, quod hactenus magno studio quaesierat, tractatus cum Polonis ante omnia prosequi. Nam his amotis, Dani validius premi poterant: tum et Mosci, ferocia posita, pacem amplexuri erant: simul Austriacorum machinationes praeuertebantur.* Sed vero consilia illa, multis ac grauibus difficultatibus impedita, testudineo gradu procedebant. Tandem adulto anno MDCLIX. laetior progressus fuit, adiuuantibus multo maxime legatis Gallis, Antonio Lumbrano, et Hugone Terlono: quorum ille in Polonia, hic apud Suecum versabatur. Et Terlonus quidem, quantum operae insumserit arduo negotio, ipse exposuit in Commentariis, de legatione sua, (*Memoires du Chevalier de Terlon, à Paris* 1681. 8.) T. II. p. 356 sq.

** Diu atque acriter disceptatum, in primis super diplomate Polonico, quod erat Thorunii die XVIII Ianuarii An. MDCLIX. perscriptum, ac dein iterum iterumque emendatum. Inerant enim, quae ferre Sueci non possent, magnam partem in se quidem leuia et inania, sed praetexendae iniuriae temporique, vt fit, extrahendo valde idonea. De quibus vid. Informatio Commissar. Suecicorum super praeliminaribus tractatus pacis, in DIAR. EUROP. P. II. p. 170. Rem omnem paucis complectitur PVFENDORFIVS loc. comm. Lib. VI. §. 75. cuius verba in praesenti addam: *Interim ne nihil agi videretur, circa diplomata tuti itineris, Legatis mutuo danda, disceptabatur: e quibus Suecica, pro Polonis et sociis dudum perfecta, Stetini iacuerant. — Sed a Polonis primum diplomata adferebat Akakia. In iis haec vitia notabantur, quod chartae, non pergamenae inscripta, ac simplici filo serico nigro consuta essent. Sigillum quoque ita compressum erat, vt non appareret, cuius esset. Eo redhibito, per semestre satagebant Terlonus et Lumbranus: quorum ille studio in Suecos, sine mandato sui Regis, in Poloniam iter paci promouendae susceperat, donec alia diplomata extunderent, quae et ipsa tum ob alia vitia, tum ob sigillum plane deformatum, a Suecis acceptari non potuerunt. Vnde quum Gallus ad alia exhibenda eos vrgeret, Poloni demum adnuerunt, additis tamen minis, nisi haec acceptentur, nulla alia se daturos. Sed nec haec ita formata*

per Mediatorem, an ſine Mediatore, vocene, an per ſcripta, agendum eſſet, de titulo denique, in his tractatibus, Maieſtatibus Poloniae et Sueciae dando, et id genus aliis. Nec de omnibus his, vno loco et tempore, conueniri potuit. Primo quidem Legati Polonici cum Foederatis, Thorunii, anno MDCLIX congreſſi ſunt, * de praeliminaribus acturi. Ac aliqua ſane complanata ibi ſunt. Nonnulla ſub vlteriore trutina manſerunt: circa mediationem inprimis Gallicam ſcrupulis ſubinde naſcentibus apud Foederatos, ** maxime autem apud Auſtriacos, qui eam oppugnare non deſtiterunt, eamdemque, ad ipſum vſque finem tractatuum, directe recipere abnuerunt: ita vt, quoties de negotio pacis conſultaretur, mentem illi ſuam Legatis Polonicis et Electoralibus aperirent, qui eamdem deinde Legato Gallico, Illuſtriſſimo Antonio de Lombres, Domino de Herbingen, Loos et la Cloye, Comiti Conſiſtoriano, Regiique Ordinis Equiti, (quo veniente Caeſarei abire ſemper ſolebant,) exponebant.

Menſe Decembri ineunte, ipſe Rex Sereniſſimus, cum Sereniſſima Regina, Derſauiam venit, praeſentia ſua maturando pacis negotio auctoritatis Regiae auſpicia commodaturus. Ibi Legatio Polonica Suecicae, per Dn. Legatum Gallicum, vltimariam

formata erant, vt Succis probarentur. Nam nec tituli legatorum Suecorum recte expreſſi, ac dies et menſis, quo data eſſent, omiſſus erat. Quin et inuſitatum ſigillum Poloni finxerant, in quo eques Lithuanicum inſigne clypeo, quo pectus tegit, Regni Sueciae inſignia haud obſcure praeferebat. Simul additum erat, eas litteras ſigillo Regio firmatas, quum in eiusmodi negotiis ſigillum Regni adhiberi debeat. Ita et tertium diploma, inſuper habitis Polonorum minis, Sueci reiiciebant. Ad extremum tamen quartum, de quo prope iam deſperatum erat, ab Akakia adferebatur: quod quum recte ſe haberet, cum Suecis permutatum fuit. Formulae diplomatum, et quae ſuper iis diſputata, inſunt DIARIO EVROP. P. II. p. 122 ſq. et LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 507 ſq.

* Conuentum Rex Poloniae ad menſem Martium eius anni indixerat: ad quem miſſi ab ipſo Leſcinius, Praſmouius, Pacius, ab Imperatore Colouratus et Liſola. Aderant

riam declarationem ſuper loco tractatuum, monaſterio nimirum Oliuenſi, ſuper praeſidio, item et annona, veredariis denique, et aliis nonnullis Suecorum poſtulatis, dedit, x Decembris. Quae declaratio inferius adpoſita inuenietur. * Alia omnium Legationum dubia Gedanum differri oportuit. Quam vrbem S. Regiae Maieſtates, XIII Decembris, feliciter ingreſſae ſunt. Sequuta deinde, XIX Decembris, Haupti Viſtulani occupatio eſt: quae tractatus iſtos haud paullo procliuiores reddidit.

MENS. IANVARIVS AN. CIↃIↃCLX

Legati Suecici, III. Ianuarii egreſſi Elbinga, poſtero die in vicinia vrbis Gedanenſis a Legato Gallico ſalutati, et in ipſius rheda, tranſitu per vrbem ciuibus pleriſque improuiſo, deducti ſunt primum in villam Langſur: deinde poſtea, alio curru, in pagum Czopot iuerunt, qui ad monaſterium Oliuenſe pertinet, et maiorem partem, iure emphyteutico, colitur a ciuibus Gedanenſibus, quos loci, ad Balthicum littus ſiti, amoenitas illuc trahit. Hic eadem Legatio Suecica, toto hoc tempore tractatuum, manſit: ſed ita, vt, quoties de pace negotiandum eſſet, in Oliuenſe monaſterium Legati excurrerent. In quo certa conclauia Legationi Polonae, certa item Suecicae adſignata erant, ea circumſpectio-

Aderant et Houerbequius atque Somnitius, legati Brandeburgici, et Ianus Iulius, (*Iens Iuel*) Danus. Praeter hos Lumbranus, pacis procurator. Reperio inuitatos et Belgas fuiſſe. Actum potiſſimum de loco ac tempore ſanciendae pacis: de diplomatibus exhibendis: de rebus Danicis. Vid. Poſtulata Commiſſar. Polon. porrecta Chriſtianiſſimi Regis Legato, Thorunii, m. Martio: quae, necdum euulgata, inferius in Actis Pacificationis No. I. ex egregio Codice Bibliothecae Zaluſcianae edidi. Sed tum quidem multa agendo, nihil magnopere expeditum. Demum Varſauiae, qua in vrbe Comitia celebrabantur, ſententiae Foederatorum de loco pacifero, Monaſterio Oliuenſi, coiere. Vid. PVFENDORF. Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 45. 47. 49.

** Vid. infra Obſeru. VI.

* At non erat huic Diario adpoſita. Ego vero illam, praeter alia ad rem pertinentia, aliunde ſuppeditaui, in Actis Pacific.

ſpectione, vt vtraque haec Legatio ſeparatum, in monaſterium, haberet aditum, neque altera alteri obuia fieri cogeretur. ° Ceterarum pariter Legationum ſuis quaeque peculiaribus, in eodem monaſterio, domiciliis excipiebatur. Quoties autem inter Polonicam et Foederatorum Legationes, de re communi, deliberandum erat, in conclaui Legationis Polonicae conueniebant tres iſtae Legationes, nempe Polonica, Caeſarea, Electoralis. Atque hoc ipſum fiebat Gedani quoque, antequam Legati Poloni ſedem caperent in pago Striſs, qui Oliuenſis pariter ditionis eſt, et eodem prope interuallo, quo Suecicorum ſedes Czopot, a monaſterio diſtat.

Ceterum totius huius tractatus acta quam ſimpliciſſime narraturus, recte et ordine me facere arbitror, ſi nomina Legatorum omnium, qui hoc tempore negotium iſtud arduum tractarunt, praemittam: ne iis quidem praeteritis, qui, etſi ad tractandum non admiſſi ſunt, a Dominis tamen ſuis tractandi mandata habuerunt. Primo autem partium principalium Legatos nominabo. °° Ex parte Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithuaniae, *Iohannes Comes a Leſzno*, Palatinus tum Poſnanienſis, S. Reg. Maieſt. Mareſchallus, Generalis Poloniae Maioris, Mariaeburgenſis et Corſunenſis Praefectus,

cific. No. IV. vnaque addidi No. VI. reſponſionem Legationis Suecicae. De loco, auſpicato ineundae paci, ſigillatim egi Obſeru. VII.

° Quod erat prudenter praecautum atque prouiſum, illa in Polonorum Suecorumque acri aemulatione. Cuius documentum inſigne aliud, ab Saluio commemoratum, refert CAR. OGERIVS Ephemerid. p. 223. *Dicebat etiam,* (Saluius) *moris eſſe in colloquiis, quae inter Suecos ac Polonos intercedebant in Boruſſia, vt in tabernaculo, in quo conueniebant, duae menſae adponerentur, quas tapes aliquis, ſiue velum interiectum, diuideret, atque hinc Suecos ſuae menſae, Polonos item ſuae conſidere, ac deinde velum trahi, ita vt e regione ſe inuicem intuerentur, manuſque pileis eodem momento adhiberent.* Conclauia autem, in coenobio Oliuenſi, Polonicis Legatis alia, alia item Suecicis conceſſa erant, inprimis Reginae

Praefectus, postea Regni Procancellarius a Rege creatus: *Georgius Comes in Visnitz*, S. Rom. Imperii Princeps, supremus Regni itemque Campi Mareschallus, Generalis Minoris Poloniae, Cracouiensis, Sczepusiensis, Chmielnicensis, Nisinensis, Pereaslauiensis, Olstinensis, Casimiriensis Gubernator: *Nicolaus in Prazmow Prazmowski*, Supremus Regni Cancellarius, nominatus tum Episcopus Luceoriensis, Abbatiae Siecechouiensis perpetuus Administrator, Praepositus Cracouiensis: *Christophorus Pac*, Supremus Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarius, Vilkouiensis, Koriericensis, Clesczelensis, Ostrinensis Gubernator: *Iohannes Andreas Morstin, de Raciborsco*, Referendarius Regni, Coualiensis, Zauichostensis Gubernator: *Vladislaus de Naglowice Rey*, Thesaurarius Curiae Regni, S. Regin. Maiest. Cancellarius, Neocorcinensis, Libussiensis Gubernator: *Iohannes in Gnin Gninski*, Succamerarius Palatinatus Pomeraniae, Gnesnensis Gubernator.

Legati Suecici erant: Dn. *Magnus Gabriel de la Garde*, Comes in Lecko et Arensburg, Liber Baro in Eckolmen, Dnus in Habsal, Magnushoff et Hoyentorp, Regis et Regni Sueciae Senator, et Thesaurarius, Generalis Gubernator Liuoniae, et Locumtenens per Estoniam, Liuoniam et Ingriam, Militiae Generalis,

G 2 Iudex

Reginae consilio: neque illa ab se inuicem longe remota, quo facilius inter ipsos Gallus, sequester pacis, commearet. Vid. DIAR. EVROP. P. VIII. App. pag. 104.

* Recensentur in ipso Pacis Oliuensis prooemio, verbis ac titulis honorum fere iisdem, quibus hoc loco celebrantur. Ego quaedam quasi elogia, rudi penicillo adumbrata, infra in Obseru. addidi. Adsuere autem et aliorum Principum oratores: quos quidem singulos *vt tunc de nominibus*, inquit KOCHOVIVS Climact. II. p. 424. *cognoscere difficile fuit, sic nunc prolixam inserere nomenclaturam paginae onerosum foret.* Syndicum quoque Gedanensem CVRICVS in Chronico p. 382. memorat: neque dubitauerim, Vincentium Fabritium indigitari, cuius, per ea tempora, non infrequens mentio fit ab idoneis rerum auctoribus. Vir sane memorabilis, litterarum doctrina ciuilisque prudentiae vsu conspicuus. Exstant illius orationes ciuiles, epistolae, poemata.

Iudex Prouincialis Weſtergothiae et Daliae, nec non Academiae Vpſalienſis Cancellarius: Dn. *Benedictus Oxenſtierna,* Comes in Korsholm et Waſa, Liber Baro in Moreby et Lindholmen, Dnus in Coporium et Roſersberg, Regis Regnique Sueciae Senator, et Cancellariae Conſiliarius: *Chriſtophorus Carolus Schlippenbach,* Comes in Schoveda, Liber Baro in Liuſula, Dnus in Salinge, Regis Regnique Sueciae Senator, et Conſilii Bellici Praeſes: *Andreas Guldenklau,* Dnus et heres in Schoneſa, Ekeby, Hylinge et Hulterſtadt, Reg. Maieſt. Conſiliarius Status, et per Pomeraniam Regiminis ac Conſilii Status, vt et Supremae Curiae Iuſtitiae Praeſes.

Legati Caeſarei erant: *Franciſcus Carolus S. R. I. Comes Collowrat,* Dnus in Reichenau, S. Caeſar. Maieſt. Conſiliarius, Camerarius, Maioris Iudicii Prouincialis Adſeſſor, Regius Locumtenens, Regiarumque Adpellationum Praeſes in arce Pragenſi: *Franciſcus de Liſola,* Liber Baro a Thiſe et Marienfeld, S. Caeſareae Maieſt. Conſiliarius Cameralis Aulicus.

Legati Sereniſſimi Electoris Brandeburgici erant: *Iohannes ab Hoverbecke,* in Eickmedien, Baranow, Geierswalde, Domkow heres, Electoralis Conſiliarius Status intimus, et Electoratus Dapifer hereditarius, Praefectus Hohenſteinenſis: *Laurentius Chriſtophorus*

* Chriſtophorus a Parsberg, (ita enim illius nomen adcurate ſcribendum,) hereditarius in Iernit, Regis Daniae tum Aulicus. De eo curatius expoſui Obſeru. IX Acta diurna legationis ſuae ipſe patrio ſermone diligenter perſcripſit: quae, ex Regio tabulario Hafnienſi, Illuſtriſſimi BERNSDORFII, Maecenatis optimi, ſumma benignitate mecum communicata ſunt, et Latine reddita inferius legi poſſunt.

** Atque eam Poloni quoque tacite auerſabantur: rati duntaxat, Belgas magis Daniae rebus ſtudere, quam intentos eſſe Poloniae commodis. De qua re, atque item de Honerto ipſo, diligentius commemoraui Obſeru. X.

*** De iis vid. Obſeru. XI.

**** Ita enim Poloni iam, in praeliminaribus

ſtophorus a Somnitz, in Grumſdorf et Drenow heres, Electoralis Conſiliarius Status intimus, et Orientalis Pomeraniae Cancellarius, eiuſdemque Ducatus Camerarius hereditarius, Lauenburgenſis et Bitouienſis Praefectus: *Albertus ab Oſtaw*, in Narpken heres, Electoris Brandeburgici in ſupremo Pruſſiae Ducalis Appellationum Iudicio Conſiliarius.

Ad Sereniſſimi Regis Daniae res agendas miſſus erat Magnif. Dn. *de Pasberg.* ° Sed is, a Suecis, ad tractatuum iſtorum conſortium non eſt admiſſus. Ab Ordinibus Foederati Belgii aderat *Iohannes Honertus*, vrbis Dordracenae Senator. Sed nec is tractatibus manum admouere potuit: Suecicis Legatis Ordinum Foederati Belgii, quod belli tum Danici participes eſſent, Mediationem accipere nolentibus. °° Negotiis Principis Neoburgici °°° inuigilabat miſſus ab ipſo Conſiliarius intimus, *Ioh. Erneſtus a Rautenſtein.* Captiui tum Ducis Curlandiae et Semigalliae cauſſam agebat *Melchior Felkerſam*, Cancellarius Curlandicus. °°°°

Die VII Ianuarii An. MDCLX. — Legatus Mediator difficultates, circa commutationes ſaluorum conductuum et plenipotentiarum ortas, componere nitebatur. Commutari enim inſtrumenta nolebant Legati Suecici, niſi poſt viſa et examinata eorum exempla, ſeu apographa. Tandem tamen iis perſuaſum eſt, vt

 ipſa

naribus Thorunienſibus, poſtulauerant, captiuo Duci Curlandiae vt liceret *alloqui aliquem ſuorum Miniſtrorum, quocum de rebus ſuis conferre poſſit, informationemque neceſſariam dare*, rel. Erat autem Felkerſamius, praeter virtutes reliquas, ſpectatae dexteritatis, ſtudioſiſſimus Principis ſui, rerum patriarum peritia inſtructiſſimus. Supereſt in ſcriniis Diarium ipſius Dantiſcanum, quo dicta factaque ſua, in Pacificatione Oliuenſi, Theodiſce expoſuit. Illius copia quum mihi quidem liberaliter facta ſit, gratia et indulgentia Viri magni, cuius nomen, quando ita vult, tacita veneratione colam: operae pretium duxi, vniuerſum in Latinum ſermonem, quo et ab exteris legatur, translatum infra producere.

ipſa genuina inſtrumenta ad fidas manus Legati Mediatoris deponerent.[*]

Die VIII. — Quum Mediator, praemiſſa Suecicae facilitatis praedicatione, Legatis Polonicis ſignificaſſet, inſtrumenta Suecica penes ſe eſſe: Magnus Regni Polonici Mareſchallus, Lubomierſcius, conuentum Legatis indixit. Conuenere noſtri et Foederatorum Legati in Camera Regia: vbi Palatinus Poſnanienſis de Suecicis tam ſaluorum conductuum, quam plenorum mandatorum inſtrumentis retulit, eſſe ea in manibus Legati Mediatoris, nec cauſſae quidquam, quantum cognoſci hactenus poſſit, reſtare amplius, quo minus eadem, qua tradita eſſent, promtitudine recipiantur.[**] Adfuturum mox Mediatorem: cui quale dandum ſit reſponſum, deliberandum iam eſſe. Seceſſere Legati Caeſarei, deliberaturi de reſponſo. Interim ſuperuenit Legatus Mediator, et, occupato loco primario,[***] differere mox coepit de conſpicua Suecorum ad pacem alacritate. Sperare eos, intra menſem confici negotium poſſe, ſi inania diſceptationum, ex voto ipſorum, amputentur: nec vtique eſſe, cur a tracta vlterius mora partes vllum exſpectent fructum. Haec praefatus, inſtrumenta ſaluorum conductuum, quae ſecum adtulerat, depromſit: vnum pro Legatis Polo-

* Addam explanandae rei verba PVFENDORFII, Commentar. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VII. §. 4. quae ſic habent: *Primo congreſſu Lumbranus procuratorium Suecicum, cum Polonis, Caeſare et Brandeburgico, coniunctim tractandi inſpicere cupiebat: et quum in eo nihil, quod deſideraret, inueniret, quaerebat, num Sueci procuratoria permutare, an deponere, et num exemplum, an autographum, ſibi conſignare malint? Sueci oſtentandae promtitudini ipſum autographum tradebant, idque permutare, quam deponere malebant, accepta a Lumbrano ſyngrapha, ne id aduerſae parti porrigat, niſi ab eadem omnibus viciſſim procuratoriis exhibitis, aut, vbi non acceptetur, ipſum reſtituendum.*

** Quippe, teſte PVFENDORFIO loc. comm. *quod Sueci ſua procuratoria ſtatim ederent, id Polonis valde placebat.* Caeſarianis contra videbatur. *Ac dixerat Liſola,*

Polonicis, duo pro Foederatis. Plenipotentiarum item tum autographum vnum, tum exemplum eiusdem, adtulit: atque hoc quidem cum autographo tum illico collatum, atque apud Legatos Polonos relictum est. Quum deinde abiisset Legatus Mediator, rediere Caesarei. Simul mox ad examen Suecicorum instrumentorum accessum est, et in iis defectus aliqui adnotati. Qui quum non adeo magni momenti esse viderentur, consensum tandem est, vt plenaria mandata (plenipotentiae) mutuo tradantur, recipianturque, sic tamen, vt postea etiam in iis liceat defectus, qui deprehensi fuerint, corrigere, eorumque correctionem mutuo vrgere. Sic itaque porrecta sunt Legato Mediatori plena mandata, seu procuratoria, omnium partium. Quae omnia in fine Protocolli huius adnexa legentur, Deo volente. Iuxta vero cum plenis mandatis commutata sunt instrumenta saluorum conductuum. *

Die IX. — In consessu Legationis Polonicae et Foederatorum Caesariani Legati defectus, in Suecicis instrumentis adnotatos, porrexere. In iis maxime vrgebatur omissa mentio duarum vocum, *belli socios:* quas Caesariani, Regis Daniae caussa, additas volebant. Quae res quum moram tractatibus iniectura videretur, non

Lisola, nimiam Suecorum humanitatem sibi suspectam videri.

*** Illum Caesarei oratores ante tenuerant. Qui ne cederent Gallico, interesse eo praesente consultationibus recusabant. Et Gallicam opem, in pace concilianda, Leopoldus diserte reiecerat, *quod sui legati Gallis priorem locum concedere non possent.* Vid PVFENDORFIVS loc. comm. Lib. V. §. 87 Quippe ab antiquo Imperator Romanorum habitus fuit primus inter Christianos Principes, et Caput totius populi Christiani. Humanitate autem gentium, atque etiam ratione, inualuit, primae vt dentur pacificatoribus. Vid. WICQVEFORT de l'Ambassadeur Lib. II. Sect. XI. item, HENR. COCCEII Diss. de officio et iure Mediatorum pacis, §. 25 sq.

* At vero saluum conductum pro Caesarianis, et Polonis, PVFENDORFIVS l. c. refert, remissum fuisse: *illum, quia*

non nihil certatum eſt, num adeo efflictim poſtulandum ſit a Suecis, vt eas voces addant. [*]

Die x. — S. Regia Maieſtas conuocauit Senatum: vbi de neceſſitatibus et periculis Regni ampliter diſſertatum eſt, iniunctumque Legationi Polonae, vt Legatos Foederatorum moneant, ne multis et non neceſſariis ambagibus pacem Poloniae maxime neceſſariam morentur, [**] atque ideo ad Principes ſuos mature de iis, quae hic in diſquiſitionem ventura putent, ſcribant, quo de omnibus rebus plene inſtructi, tanto pronius in coepto pacis negotio progredi cum noſtris Legatis poſſint, nec, ad quaeuis emergentia dubia, reſponſum Dominorum ſuorum exſpectare cogantur. Quodſi enim moroſiores ad pacem fuerint Foederati; neceſſitate adactam Poloniam vel particulari tractatu rebus ſuis, (id quod tamen abominetur, et longiſſime amotum Sua Maieſtas cupiat,) conſulturam. Legati Polonici, cum Legatis Foederatorum, ſententias

quia totus titulus Caeſaris non exprimebatur: hunc, quia ſigillum totum Regis Sueciae titulum repraeſentabat: quem per etceterationes, quas vocant, inciſum Poloni vellent. Id quod etiam Auctor anonymus Diarii, ſermone Polono perſcripti, in Zaluſciano Codice teſtatur. Ceterum neque procuratoria, neque diplomata, ad me ſimul cum Diario PASTORII perlata ſunt: ne tamen deſiderarentur ab talium ſtudioſis, aliunde quaeſita exhibui in Actis Pacific. No. VII - XVII.

[*] Poſtulatum autem fuiſſe, vt adderentur, aut omiſſae ne fraudi eſſent Daniae Regi, adparet ex Legationis Sueciae, ſuper negotio Danico, declaratione, quae incluſa eſt DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 29. et LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 653. Sufficerit, hoc loco verba praecipua repetere: *Proteſtatio, occaſione praetenſae omiſſionis, ratione Confoederatorum, de non praeiudicando vel derogando negotio Danico, ſuperflua eſt, quandoquidem conſtet et S. R. Maieſt. Sueciae, et ſuis Plenipotentiariis, Regem Daniae non eſſe Confoederatum Poloniae: quod nec Miniſter Sereniſſimi Regis Poloniae in Dania aliter profitetur.* Sed vero haec ne Poloni quidem, quamquam tum Danicis rebus haud ſatis aequi, tacita ferebant, Legatumque Danum pacis negotio admouendum rebantur, *quocumque ille nomine Rex conſideratus, ſiue vt Confoederatus, ſiue vt belli ſocius, aut certe amicus et vicinus veniat.* Vid. Reſponſum Commiſſariorum Polonicorum, ad declarationem Suecicorum, de negotio Danico, in DIARIO EVROP. atque LONDORPII Actis loc. comm. Certe foedus aduerſus Suecos Rex Daniae An. MDCLVII cum Polonis contraxerat: ſed euanuiſſe videbatur,

tias et confilia fua conferre coeperunt, in aedibus Ampliffimi Petri Hendreichii, viri in ciuitate Gedanenfi primarii, et in Aula Regiis Maieftatibus, ac Senatoribus plerifque, iam dudum ob fingularem ingenii dexteritatem, foliditatem iudicii, et rerum, quae in Orbe geruntur, peritiam dilecti. Aedes has, in medio vrbis foro, focer ipfius N. Spemannus magnifico fumtu ftruxerat, ornaueratque. Sed non exiguus iifdem cultus ac fplendor, a genero, acceffit. Nunc vero velario et tapetibus Regiis fplendide inftructae, confultationum fedes fuere, quoties Gedani de pace actum eft. Quum, in iifdem his aedibus, Legati etiam Foederatorum omnes comparuiffent, porrecta illis lectaque eft proteftatio Legationis Polonicae, ratione titulorum et infignium: qua declarabatur, quidquid, ea in re, Sua Maieftas in hoc tractatu, publicae tranquillitatis ftudio, gratificetur, * id, fi pax forte non coaluerit, nullum S. Regiae Maieftati praeiudicium adlaturum.

Poftea,

batur, pace inter Suecos ac Danos Rotfchildiae fancita. Inter haec Parsbergius cauffam Danorum, ipfum apud Poloniae Regem, non modo fermonibus agebat, de quibus vid. ipfius DIARIVM ad diem x Ianuarii, verum etiam fcripto exponebat: cuius exemplum, ex tabulario Regio Hafnienfi, adtuli in Actis Pacificationis No. XVIII.

*** Pacem Poloni maximopere maturabant, non folum pertaefi bellorum, fed vero etiam confiliis obnoxii Ludouicae Mariae, Regiae Coniugis: quam Artemifiam Polonam, Zenobiam Sarmaticam, Bellonam, Mineruam, belli pacifque arbitram adpellant: ego quidem alterum Vlyffem ftolatum. Regina autem incitamenta pacis priuatas cauffas plures habebat, de quibus infra Obferu. III. commemoraui. Adhaec Poloni ipfi morae omnis tunc certe impatientiffimi erant, inprimis quod Mofcus, induciis cum Sueco initis, impune per Lithuaniam graffaretur. Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 55.

* Quippe poft acres difceptationes, longafque moras, Benedictus Oxenftierna demum inter tractatus, fuper deditione Thorunii, peruicerat, vt titulis et infignibus Regni Sueciae Iohannes Cafimirus, in diplomatibus, abftineret. Vid. PVFENDORF. Commentar. de rebus Caroli Guftaui Lib. V. §. 119. pag. 502. fq. Qua de re fibi omnino gratulatur ipfe Oxenftierna, in Narratione rerum, ad eum pertinentium, inclufa AVG. LVDOV. SCHLOEZERI Biographiae Suecicae, P. I. p. 492. Conf. Memoires fur la Litterature

Poſtea, quae Regia Maieſtas, praeſentibus aliis, Legationi Polonicae iniunxerat, in conſeſſu iſto Magnus Regni Cancellarius Legatis Foederatis propoſuit, in hunc circiter modum: Sua Regia Maieſtas de prouinciarum ſuarum ſalute, ita vt par eſt, ſollicita, nihil magis in votis ſeſe habere profitetur, quam vt pacem reſtituat Regno ſuo, aut, ſi bellum a lateribus eius omnibus propulſare nunc vniuerſim nequeat, id ſaltem non cum tot hoſtibus manu, vt hactenus, diſtracta gerat. Quo in periculo Lithuania verſetur, non modo nobis, quorum conſilium et opem ingens ille, ſed iam miſerrimus, Principatus implorat, ſed et Excellentiis Veſtris iam dudum pernotuit. Certe ad deſperationem paene redacta iſtic Nobilitas, quas iugo Moſcouitico ſubducere laborauit, ceruices tandem, niſi propere ſubleuetur, ſubmittere cogetur. Et idem periculum vicinae etiam Podlachiae Maſouiaeque imminet. Summatim dicam: Eo res noſtrae, diuerſorum vndique hoſtium ſimul ingruentium vi, redactae ſunt, vt iis nullum praeſentius, niſi in pace hac, quam molimur, ſancita, ſupereſſe remedium videatur. Quocirca S. Regia Maieſtas ab Excellentiis Veſtris per nos, Legatos ſuos, iam enixe contendit, vt ſequeſtratis omnibus ambagibus, ac modo ſeriiſſimis ſtudiis coeptum negotium agant, et ſociata nobiſcum opera fideli, intra duos menſes, ſi fieri vlla ratione poterit, ad exitum perducere connitantur: atque inprimis etiam a Dominis ſuis, neceſſitate Regni quam citiſſime illis expoſita, plenam ſibi facultatem ad ſubita etiam caſuum impetrent, ne nouorum, ad ſingula, mandatorum exſpectatione, pacificationis curſus ſufflaminetur.

terature du Nord, P. I. p. 107 ſq. Formulam proteſtationis, cuius hoc loco mentio fit, infra in Actis Pacific. No. XIX. ex laudato Bibliothecae Zaluſcianae Codice protuli.

netur. Ne ſimus in hac re inferiores Suecis, quos Chriſtianiſſimi Regis orator ita inſtructos acceſſiſſe memorat, vt neceſſe non habeant Regis ſui reſponſa, in hoc negotio, praeſtolari. Pollicetur ſibi S. Regia Maieſtas ab Excellentiis Veſtris promtiſſimam ac ſollicitam, de rebus tam noſtris, quam ſuis, adeoque et morae omnis omniumque tricarum impatientem curam. Si autem S. Regia Maieſtas, id quod fata prohibeant, praeter omnem ſpem atque opinionem noſtram, moras non dedito ſtudio praeſcindi, ſed nimia ſcrupuloſitate necti, animaduerterit: modos alios rebus ſuis, Regnique ſui, conſulendi, quantumuis inuita, Maieſtas ſua quaerere, ac, ſi aliter fieri non poſſit, diuiſim etiam pacem inire cogetur. Id haudquaquam equidem ſibi gratum, nec niſi ineuitabili neceſſitate excuſandum conſilium ſincere, ac leuato iam velo, Excellentiis Veſtris aperit, vt, quam rem omnibus damnoſam fore videant, eius neceſſitatem a nobis amoliri, alacribus animis ſtudiiſque conentur.

Audito hoc ſermone, Legati Foederatorum non nihil ſecedebant. Paullo poſt autem reuerſi, per Baronem Liſolam, * prorſus inſperatam ſibi eſſe hanc propoſitionem, et inprimis de pace particulari mentionem: quumque ex tempore, ad rem tanti momenti, reſponderi non poſſit, diem vnum ad deliberandum poſcebant. Addebant idem Baro, non eſſe vllam cauſſam de Caeſareae Maieſtatis, ad pacem, promtitudine dubitandi. Vbi ad rem deuentum fuerit, adparituram, ex parte ſua nullam fore remoram. Vtrinque deinde poſtulatum eſt, vt iſta, quae inuicem nunc dicta eſſent, ſcripto comprehenderentur. Nec temperatum eſt a verbis

 acrioribus.

protuli. Controuerſiam autem ipſam, ſuper titulis iis, tanto animorum motu agitatam, expoſui Obſeru. XII.

* Deeſſe videtur verbum, *declarabant*, aut aliud quod ſimile. Certe ſine hoc aut tali oratio mutila.

acrioribus. Nam et Comes Colouratus, animo non nihil commotus, dixit, quod vni parti licebit, idem licebit alteri: et D. Houerbequius memorabat, Sereniſſimum quoque Electorem a Miniſtro Gallico aliquando ad tractatus particulares inuitatum quidem eſſe, ſed eum minime vmquam aures commodare voluiſſe. [c] Speciatim etiam deinde, dum digrederentur Legati, Baro Liſola coram Cancellario Magno querebatur de propoſitione, ab ipſo facta, et porro de ſuſpicione, qua pars Caeſarea apud ſocium Poloniae Regnum laboraret. [cc] Cras, inquit, patebit, quanto ſtudio, et quibus ſtimulis Auguſta Domus Auſtriaca ad pacem, inter Reges Septentrionales, conciliandam feratur. Legatio Polonica emollire conabatur, quae durius a Foederatis accipi videbat: verba ſua non alio, quam in ſtimulum maturandae pacificationis, verti volentes.

Ac

* Conf. PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 58.

** Caeſariani autem tum maximo ſuſpecti, quod pacem impedire modis omnibus ſtuderent. Erat enim ſine auctore ſparſus rumor, conueniſſe inter Imperatorem et Moſcum, de diuidundo Regno Poloniae. *Nam inter Caeſarem et Moſcum,* inquit PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VII. §. 4. *conueniſſe dicebatur, vt iſte Poloniam vſque ad Viſtulam, hic, quae vltra id flumen ſunt, haberet.* Quod quidem ex vano hauſtum, vulgatumque odio aduerſus Auſtriacos fuiſſe, idem teſtatur Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 48. Conf. FRANC. WAGNERI Hiſt. Leopoldi Imp. T. I. pag. 70.

* De ea conf. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 55. Formulam ipſam, in Actis Pacific. No. XX. ex Codice Zaluſciano depromtam exhibui.

** Pace Pyrenaea. Fuerat autem iam in Hagenſi conuentione Gallis juxta et Britannis ac Belgis conſtitutum, id maximopere agere et curare, vt inter Polonos et Succos bellum quantocyus componoretur. Sed enim illa quum non ſatis ſuccederet, repetitum ſalutare conſilium ab Galliae Hiſpaniaeque Regibus fuit, Pace Pyrenaea. Atque ita ſancitum Art. CI. — *Mittere ſuos Legatos ſine mora, ac curare, vt id, quod in Imperio prae manibus eſt, communi conſilio peragatur: quo nomine et per interpoſitionem ipſorum bona promtaque tam omnium controuerſiarum, quae Imperii quietem turbare poterunt, quam illarum, quae ab aliquot retro annis bellum in aliis tractibus Septentrionalibus excitarunt, compoſitio maturetur.* Quod

ſtudium

Ac tandem a Referendario Regni concepta eſt declaratio, ° qua factae propoſitionis mens placidioribus verbis explicata eſt.

Die XI. – Quod eſſet Dominicus, a deliberatione abſtinuere Legati. A prandio tamen Legatio Caeſarea S. Regiae Maieſtati ſcriptum exhibuit, quo ſignificabatur, inter Hiſpaniae et Galliae Reges proxime inito tractatu, °° concluſum inter alia eſſe, vt apud belligerantes in Septentrione partes, earumque Foederatos, vterque ſeſe ad conciliandam pacem honeſtam interponat: eamque Mediationis operam a S. Caeſarea Maieſtate optatam. Scriptum ipſum infra adponetur, datum XI Ianuarii anno MDCLX.

Die XII. – Non fuit ſeſſio publica, quia ad Polonicae Legationis declarationem, factam X Ianuarii, reſponſum parabant Legati Foederatorum: quod etiam poſtea exhibitum eſt. Id inferius

 ſuo

ſtudium promouendae pacis Imperatori optabile iucundumque accidiſſe, potiſſimum ex ipſius ad Regem Hiſpaniae litteris, in DIARIO EVROP. P. III. p. 99. prolatis, intelligitur. Initium tale eſt: *Diligenter et diffuſe nobis retulit Serenitatis Veſtrae orator ad aulam noſtram Reſidens, Marchio de la Fuente, quo ſtudio et affectu eadem Ser. Veſtra ſe in reſtaurationem pacis non magis inter ſe et Regem Franciae Chriſtianiſſimum reconciliandae, quam in toto Chriſtiano Orbe ſtabiliendae et aſſecurandae, tum inprimis in ea, quae ad aſſerendas quoque in illa rationes noſtrae quietis et ſecuritatis pertinet, impendat: nec poterat ſane ad implendam plene fiduciam de affectu erga nos Ser. Veſtrae quicquam accidere iucundius, quam quod ab eadem vota ac deſideria aeque totius Chriſtianitatis, e tam diuturnis et calamitoſis bellis ad vniuerſalem et ſtabilem tranquillitatem anhelantis, ac noſtra non ſecundari, ſed praeueniri videmus. Sicut igitur eo nomine Ser. Veſtrae immortalis ab vniuerſis bonis debetur laus et gloria: ita nos inprimis pro tam pio ſanctoque zelo eidem immenſas habemus gratias, optime ſperantes, quandoquidem memoratus Chriſtianiſſimus Rex eundem ſe quoque ſcopum ſpectare tam ſancte profitetur, iamque adeo communi inter Veſtr. et modo dicti Chriſtianiſſimi Regis Ser. conſilio ſtatutum eſt, eo fine inita opera per ſuos, apud partes in regionibus borealibus belligerantes, eorumque peraeque Foederatos, ſe interponere, fore, vt diuina bonitas optimam hanc intentionem ſua clementia felicitet.* Scriptum autem Legationis Caeſareae, quod, cum ceteris rerum monimentis, ab hoc Diario aberat, atque item Reſponſum Regis Poloniae, Actis Pacificationis No. XXI et XXII addidi, ex Codice Zaluſciano.

ſuo loco legi poteſt, * tali initio: „Inprimis quidem in nupera con-„ferentia„ rel. Exin dati aliquot dies defectibus, quos Legati Polonici, Caeſarei, et Electorales, in plenis mandatis et ſaluis conductibus Suecicis adnotauerant, qui infra ſuo loco exhibentur. **

Die xv. — Legatio Suecica Mediatori tradidit defectus, quos in plenis mandatis et ſaluis conductibus Polonicis, Caeſareis, et Electoralibus adnotauerant, qui itidem infra exhibentur. *** Interim etiam propoſitionem ſuam, Suecis poſthac dandam, Legatio Polonica Foederatis exhibuit, poteſtatem faciens monendi, quae putarent monenda. Simul etiam Dn. Mediator de inchoandis Oliuae conuentibus, cum Legatis tam Polonis, quam Suecicis, agebat. Simul et de modo tractandi, qua ſcripto, qua voce, conciliare partes tentabat. Et inter haec aliquot iterum dies conſumti. ****

Die xviii. — Legatus Mediator, propoſitiones Suecicas Polonicae et Foederatorum Legationi oblaturus, ex Oliuenſi monaſterio Gedanum venit.

Die xix. — Loco ſolito Commiſſariorum noſtrorum, cum Foederatorum, h. e. Sacrae Caeſareae Maieſtatis et Sereniſſimi Electoris

* In Actis Pacific. No. xxiii. quibus ex eodem Codice inſerui. Praecipua capita refert PVFENDORFIVS loc. comm. Id quidem, die xiii Ianuarii, traditum fuit in priuato Legatorum Polonicorum conſeſſu: de quo Auctor anonymus Diarii ad h. d. expoſuit. Veniſſe Legatum Mediatorem, iiſque, inter alia, commendaſſe praecipue haec, vt, ex inſtituto maiorum, voce ageretur, non ſcripto; ac propoſitiones pacis, quam fieri breuiſſime planiſſimeque poſſit, expedirentur. Actum deinde, inter ipſos, fuiſſe de ſimultanea Hiſpani mediatione; item de rebus Ducis Neoburgici.

** At neque illi a PASTORIO exhibiti: nec mihi, quamquam non defuit ſtudium, explorare datum eſt, praeter eos, quos ab Electoralibus notatos infra in Actis Pacific. No. xxiv adtuli.

*** In Actis Pacific. No. xxv.

**** Apud Auctorem anonymum Diarii reperio, per idem tempus cum Gedanenſibus actum, de rebus ſuis, fuiſſe: conſultatum de admiſſione Legati Belgae, ad

Electoris Brandeburgici Commiſſariis, fuit conſeſſus. Initio conſeſſus, Palatinus Poſnanienſis propter aliud negotium aberat. Magnus Regni Cancellarius breuiter finem inſtituti conuentus expoſuit: agi nimirum de propoſitione tractatuum, Legato Mediatori quam primum reddenda. Sed audire paratos Commiſſarios Polonicos, numquid prius circa eam monere velint Commiſſarii Confoederatorum. Caeſareus Legatus, Dn. Comes Colouratus, reſpondebat, in ſe quoque et collega ſuo non fore moram, quin propoſitio ſubſcriptione nominum firmetur, et poſtea exhibeatur: vnum tamen adhuc deſiderare ſe, vt, quo loco in propoſitionis Caeſareae Articulo mentio ſit *periculi*, * ibi vocabulum *extremi* addatur. Cancellarius Magnus reponebat, iam ante de hoc Articulo actum conſenſumque eſſe, quomodo exprimendae ſint cauſſae, quibus S. Caeſ. Maieſtas impulſa ſit ad ferenda auxilia. Et eſſe toto Orbe manifeſtum, quid Maieſtas Sua in gratiam Poloniae fecerit. Nunc verba propoſitionis mutari non poſſe amplius, nec tempus permittere, quia Legato Mediatori iam exſpectanti reddenda ſit propoſitio. Referendarius Regni pleniorem cauſſarum belli auxiliique lati expoſitionem ad manifeſtationem, non ad propoſitionem,

ad pacis negotium; item, praeter alia, de ſubſcriptione propoſitionum.

* Illius mentio facta ipſo in Caeſareae propoſitionis prooemio: in quo omnino inerant, quae concoquere Poloni haud poſſent. Eos nimirum *enixe flagitaſſe* auxilium Imperatoris, in eoque *vnicum periculi remedium* poſitum fuiſſe. Atque haec in ſuperiore conuentu diſceptata, et a Polonis tamquam ſeruilem circumlocutionem, (vtar enim illorum vocabulo,) reiecta eſſe Auctor anonymus, ad diem XVII Ianuarii, memorat. Iam vero Colouratus inſeri etiam iſtis, aut certe in margine addi illud *extremi* cupiebat: Polonis multo maxime indignantibus. Necdum enim imminuiſſe ſibi extremum periculum, nec in Imperatore vnicum auerruncandi remedium fuiſſe. Poſt acres concertationes, demtis verbis, *periculi remedium*, res tandem inter eos compoſita. Sed quod ſubſtitutum eſt vocabulum *exitii*, vim tamen poteſtatemque *extremi periculi* in ſe continet. Iuuat autem verba ipſa retractati prooemii, ex DIARIO EVROP. P. IV.

positionem, pertinere dixit. Magnus Cancellarius rursum aliquid de verbo *Vnici*, quod Caesarei Legati inseri voluissent, monuit: sibi et collegis suis videri, id verbum Regno Poloniae non parum fore praeiudiciosum. Et post Deum Opt. Max. non paucos etiam alios, tum Principes, tum populos, laboranti Poloniae subuenisse. Adquieuerunt Legati Caesarei. Sed mox quum in propositione [o] mentio fieret securitatis et exsecutionis pacis, specialiter et separatim faciendae, pertenderunt Legati Confoederatorum, securitatem, et exsecutionem pacis, vt praecipuum punctum tractatuum, non separato et speciali, sed vni eidemque actui includi debere. Post aliquas vltro citroque factas obiectiones et solutiones conclusum, vt verba propositionis ita concipiantur: „Communis securitas et exsecutio „pacis simul determinetur, et firmetur cum debitis cautelis.„ Dein Legati Caesarei de defectibus saluorum conductuum agere coeperunt. Circa illos certa a se exhibita postulata. Ad haec vero tacere Suecos, sed vicissim tantum sua adferre. In ista igitur re vrgendam omnino satisfactionem: etiam rursus se, ad postulata sua, requirere responsum. His peractis, Caesarei Legati abiere.

Paullo post a Secretario Legationis adductus Legatus Mediator, locum Caesarei occupauit. Ad quem conuersus Palatinus Posnaniensis aiebat, propositiones ipsi exhibendas a prandio paratas fore: nunc enim eas, vltima manu addita, munde describi. Post prandium fieri posse earumdem propositionum permutationem, si ità visum fuerit Legato Mediatori. Idem Palatinus postulata

P. IV. pag. 149. et LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 652. subiicere. Ita habent illa: *Cum Sacrae quondam Caesareae Maiestati. diuae memoriae Ferdinando tertio, dum Imperii gubernacula moderaretur, nihil antiquius fuerit, quam vt exortum in Polonia bellum mediis suauibus, et amica officiorum interpositione, sopiret, nec inclyti Poloniae Regni, suppetias vi foederum antiquorum enixe flagitantis,*

lata Caeſarianorum Legatorum proponebat, ad ea reſponſum et ſatisfactionem a Suecis tandem dari requirens. Legatus Mediator reſpondit, promiſiſſe Suecos reſponſum, et ſatisfactionem, circa deſideratam ſaluorum conductuum reformationem. Sed quoniam Rex ipſorum trans mare iam degat, non poſſe certum tempus vel nominari, vel, ſi nominetur, ſeruari. Poſtea lecta eſt charta, in qua ſcrupuli quidam, a Suecis propoſiti, et iuxta in margine addita reſponſa continebantur. Electorales Legati, inter alia, ſaluos conductus vrgebant, eos ſine defectibus ſibi dari a Suecis volentes. Mox de ſecuritate tabellarii publici multis actum eſt. Legatus Mediator poſtae Elbingenſi eam ſecuritatem, qualis antehac fuerit, nomine Suecorum poſtulabat: hos adeo cordi ſibi eam rem habere adfirmans, vt, niſi compotes voti fuerint redditi, abitum omnino minentur. Aliqui ex Commiſſariis noſtris regerebant, bello hoc Suecico nullos Gedano tabellarios Elbingam commeaſſe, poſtamque iſtam penitus interim ceſſaſſe. Quum diuerſum ab aliis referretur, iuſſum eſt inquiri, an tabellarii Elbingam Dantiſco commearint, aut quo tempore commeare deſierint. Compertum eſt, XXVI Septembris circa initia obſeſſi Haupti poſtam illam intermiſſam. Magnus Mareſchallus aiebat: Poſito, commeaſſe ante Mariaeburgi et Haupti obſidionem tabellarios Elbingenſes, nunc tamen liberum illis curſum permitti non poſſe, nec debere. Nulla enim iam commercia cum Elbingenſibus haberi mercatoribus: cum Generali de Linda rationem belli nulla permit-

tantis, voto prius condeſcendere voluerit, quam ſaepius oblata reiectaque penes Suecos, belli ac rerum alienarum ſemper auidos, praeter ſpem Caeſarea mediatione, tentatiſque fruſtra compoſitionis aditibus reipſa comprobaſſet, & vnicam exitii, quod vicino foederatoque Regno hoſtibus vndiquaque irrumpentibus proxime impendebat, auertendi rationem in armorum ſuorum cum Polonicis coniunctioneupereſſe.

* Artic. I.

permittere. Electorales Legati aiebant, non habere Suecos, cur de Sereniſſimo Electore, ratione poſtae, conquerantur: habere Sereniſſimum Electorem, cur conqueratur de Suecis. Permittere Electorem, vt Sueci vtantur liberrime poſta ordinaria: ſed eam a Suecis hactenus infeſtari. Huius itaque ſecuritati, ante omnia, conſulendum eſſe.

Iſta quum ex occaſione ſcrupulorum Suecicorum, qui, vna cum refutatione adiecta, ex charta legebantur, agitata vtrimque eſſent: Legatus Mediator ordiebatur dicere, Suecos, quantopere ad pacem inclinati ſint, etiam eo oſtendere, quod his diebus ineuntes tractatus pacis, ſollemni precum religioſitate, auſpicati ſint; * tum quod primi propoſitiones pacis offerre occupent. Quum hoc diceret, expediebat ſimul chartam, quam ſibi memoriae cauſſa, non vero vt partibus eam offerret, a Suecis datam eſſe aiebat. Magnus Cancellarius Lithuaniae dicebat: A nobis primum exhibendae ſunt propoſitiones, quia nos primum ſumus laeſi. Regni Referendarius: Si dare voluerunt Sueci propoſitiones ſuas, dandae erant ſcripto, et apud nos relinquendae. Palatinus Poſnanienſis: Concluſum eſt antehac, inquit, ſimul et eodem tempore vtrim-

que

* Neque vero Poloni, ea in re, quidquam Suecis conceſſere. Adeo parem, in illis, religionem laudat KOCHOVIVS loc. comm. p. 425. *Quia*, inquit, *ab inexhauſto bonorum fonte, Deo, procedunt omnia, pax vel maxime,— hinc eo nomine per omnes baſilicas ſollemnes indictae ſupplicationes, feruebantque votis templa et pulpita tam Catholicorum, quam quae ſibi Auguſtana Confeſſio vindicat.*

** Extat formula in DIARIO EVROP. P. VIII. App. pag. 21. item apud LONDORP. T. VIII. p. 631. RUDAVSCIVS Hiſt. Polon. Lib. IX. pag. 446. parte aliqua truncatam dedit: ſumma capita KOCHOVIVS loc. comm. p. 424 ſq. et PVFENDORFIUS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 56.

* Adeo ſane, quod vinculum amoris eſſe debet, quemadmodum SENECA ait, odii cauſſa fuit, idem velle. Res autem ipſa ex ſcriptoribus ſuperiorum temporum, praeſertim LAETO et VARILLASIO, nota etiam iis, qui nihil aliud norunt. Ceterum Carolus V. quam recte id fecerit, alii viderint. Galli quidem ſua in ſe exempla aequius ferant.

** Vid. in DIARIO EVROP. loc.

comm

que dandas, et accipiendas esse propositiones: ni hoc fiat, Suecicas istas audiri non posse. Magnus Cancellarius: Nostrum non est cedere hac in re: prior audienda est propositio nostra. Consentientibus itaque omnibus, audita est propositio nostra, legente eam Regni Referendario. ** Legatus Mediator aiebat, admodum longe distare inter se partes, et prorsus hic idem euenire, quod olim inter Carolum V. et Franciscum I. contigerit. Quum enim Carolus V. Galliam transiens, de promissa Mediolani inuestitura admoneretur, *se quidem*, dixit, *velle, quod Rex Galliae velit:* ceterum rem differendam, donec e Regno alieno, in suum solum, peruenisset. Flandriam ingressus, quum iterum a Gallo admoneretur promissi, negauit aliud se dixisse, quam *velle se id, quod Rex Galliae velit. Velle ipsum Mediolani possessionem: se eamdem non minus velle.* * Adplicabat idem Legatus historiam ad rem praesentem, quod nimirum Suecia, et Liuonia etc. etc. etc. vtrimque petantur, sed diuerso modo. Postea coepit is legere propositiones Suecicas. ** In iis propositionibus, quum circa finem earum memoraretur, aliquas istarum rerum, quas Sueci postulent, iam antehac in Oldenslo, et Wismariae, ex parte concessas esse: ***

comm. p. 26. et apud LONDORP. p. 651.

*** Verba sic habent: *De hisce conditionibus ante sesquiannum actum, ac fere conuentum fuit Oldeslauiae et Wismariae, cum spe data, Poloniam iis praestandis non magnas difficultates moturam esse.* Quae tum Wismariae, inter Regem Sueciae, Legatumque Gallum atque Belgam, fuerunt actitata, late exposuit PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Gustaui Lib. V. §. 58. cuius verba in praesenti adponam: *Nec recusaturi erant* (Poloni) *partem Borussiae, hypothecae titulo, Suecis relinquere, postquam tota ea prouincia carere non possent, quae vitalis quasi eius Regni spiritus sit. — Ast sequestres intellecta Polonorum sententia Wismariam profecti sunt, vt Carolum Gustauum ad planiorem declarationem permouerent. Qui et Lumbrano testabatur, vt Moscum ad pacem impelleret, ac Danico negotio eo acrius incumbere posset, se quinque vncialium millionibus contentum fore, imo et tribus, modo Legati congressum accelerent: cui summae etiam detrahendum sit, quantum Ragozius Polonis ex pacto debebat. Pro qua summa Mariaeburgensem Palatinatum hypothecae loco*

quid eo velint Sueci, et quo respiciant, explicare coepit Legatus Mediator: et inprimis de millionibus, in redemtionem Prussiae, ex parte Poloniae concedendis, aut concedi visis, non pauca dixit. Mentionem nimirum aliquando et a se, et a Legato Ordinum, Isbrando, factam quinque, aliquando duorum millionum: sed mox iterum controuersiam fuisse, quales milliones intelligendi essent, an librarum Polonicarum, an thalerorum? Commissarii nostri regerebant, fieri posse, de istis rebus in discursu aliquando mentionem incidisse, sed a nullo vmquam Commissario seu Plenipotentiario Polonico, serio de his tractatum. Ceterum de his et aliis rebus, in propositione comprehensis, fore locum dicendi, vbi ea recepta fuerit. Postremo conclusit Palatinus Posnaniensis, propositionem Suecicam nunc vtique recipi non posse: sed prius super tota hac re colloquium et consultationem, cum Colligatis, haberi oportere. Ita finita est haec sessio, et indicta alia sessio, in horam quartam pomeridianam. Propositionem Suecicam etsi non requirerent Com-

retinere velit. Qua Regis declaratione Lumbranus contentum se ferebat. Idem negotium Vismariae agi · ·t Isbrantius. — Vnde petebat, vt Rex extremam sententiam circa pretium pro reddenda Borussia panderet: spe facta, non praeuiam solum conuentionem, sed et ipsum tractatum ocyus successurum, dummodo summa sit moderata, et praesentibus Poloniae viribus accommodata. Quo fine vnam millionem vncialium proponebat: super quo, si Regi videatur, cum Polonis acturus sit. — Cui Rex respondebat, — dignitati suae rerumque suarum praesenti conditioni haud congruere, petitam declarationem edere. Nec vlla se necessitate vrgeri, vt Borussia decedat; eoque par esse, talia sibi offerri, quae istam cessionem solari queant. Quod propositam millionem spectet, se quidem tres milliones daturum, si Borussia sibi relinquatur. Vtrisque tamen id responsum scripto tradebatur, — pro Borussia extremum redhostimentum, quod acceptari possit, quinque milliones fore: vt tamen hoc postulatum de satisfactione, pro cessione Borussiae, vim obligandi non habeat, priusquam ad tractatus accessum sit, et quidem his legibus, vt successio Regni Poloniae neque Austriacis, neque Moscis detur, ne Borussia in manus tam potentium Principum Sueciae infestorum incidat, ac ne ipse Borussia teneatur excedere, quoad conuenta pecuniae summa soluta sit. — Ad haec Isbrantius regerebat, — quinque milliones exsoluere supra vires Polonorum esse, et Polonos ad desperata consilia impulsum

Commiſſarii noſtri: ſponte tamen, quaſi non animaduertentibus illis, reliquit eam Legatus Mediator; relictam accepit Secretarius Legationis.

Hora quarta, conuenere Commiſſarii Poloni, cum Commiſſariis Confoederatorum. Palatinus Poſnanienſis breuiter, quid inter Commiſſarios Polonos, Electorales, et Legatum Mediatorem actum ſit, repetiit. Intellexiſſe ſe ex illo, Suecos non per ſcripta agere velle. Lectas illi eſſe propoſitiones Polonicas, et Confoederatorum. Legiſſe et ipſum Suecicas: quas tamen ſibi, memoriae tantum cauſſa, non vero vt eas partibus exhiberet, redditas eſſe dixerit. Nec receptas illas a ſe, quia non erant authenticae, et multis modis imperfectae, quum praeſertim nulla, in iis, mentio Colligatorum fieret: interim tamen ab illo ſeu ſponte, ſeu caſu, relictas. Conſultandum nunc de modo accipiendi et commutandi propoſitiones. Lecta igitur primum propoſitio Suecica, quam, loco Memorialis cuiusdam, datam ſibi dixerat Legatus Mediator.

pulſum iri, vt cum Moſco tranſigant. Neque vero res compoſita tum fuit: licet promittente Legato Gallico tricies centena florenûm Polonicorum millia. Id quod PVFENDORFIVS loc. comm. Lib. VI. §. 74. refert in hunc modum: *Lumbranus, Legatus in Polonia Gallicus, ſuperiore anno* (1658) *Viſmariam accedens, confirmabat, Polonos ſerio in pacem inclinare. — Tantum ſuper Boruſſia difficultatem ſupereſſe, cuius nullam partem Suecis relinquere poſſint, aut velint. — De Boruſſia Polonos pronuntiaſſe, ſi obſtruatur guttur, quid de vita futurum? Pro eius tamen reſtitutione duos milliones florenorum Polonicorum offerre. Quae ſumma Suecis aſpernanda videbatur, quum Polonici Legati iam Holmiae tres vncialium milliones, praeter totam Liuoniam, obtuliſſent. Sed Lumbranus non niſi de tribus florenorum Polonicorum millionibus ſpem faciebat. Contra Sueci hanc ſummam augendam contendebant.* Conf. LEONIS AB AITZEMA Commentar. de rebus Foederati Belgii T. IV. p. 263. Ceterum Legatos Polonos eos, quorum ſupra mentio facta, Ioh. Leſcinium, Lencicienſem tum Palatinum, ac Danielem Naruſſeuicium, (RVDAVSCIVS et PVFENDORFIVS Alexandrum Naruſſeuicium adpellant,) Lithuaniae Referendarium, fuiſſe ſatis conſtat. Cuius legationis Diarium PASTORIVS, ab Leſcinio inter conſcios arcanorum adſcitus, perſcripſit: quod necdum editum Bibliotheca Zaluſciana adſeruat. Vid. PASTORII Flor. Polonic. Lib. VII. pag. 533.

diator. Quum ad verba illa, de actis in Oldenslo, et de pecuniis, in pretium amissorum dandis, deuentum esset: retulit Palatinus Posnaniensis, quales discursus illis temporibus, de hoc argumento, alicubi habiti sint, sed a nullo tali, qui potestatem tractandi habuerit. Et fuisse, eodem tempore, multos etiam discursus in contrarium. Ipsam Serenissimam Reginam tum dixisse: Plures milites, quam aureos, iam esse in Polonia. Dixisse alium magni nominis Senatorem: Facilius nobis, per duos annos bellum gerere, quam dare duo millia thalerorum: et similia.

Postea ad rem ipsam ventum, et facta a Palatino Posnaniensi propositio: Per scripta omnino agendum. Si noluerint Sueci, quid tum agendum? Itum est per suffragia. Omnes Poloni Commissarii, praeter unum, qui aegre adductum iri Suecos aiebat, vt scripto agant, consensere, vt per scripta agatur: sequuti fere primam, et nempe proximam a proponente Palatino, sententiam Magni Mareschalli. Eamdem acerrimis rationibus propugnabant Caesarei, inter alia hoc quoque adseuerantes, S. C. Maiestatem nolle, vt sui Legati aliter agant, quam per scripta. Electorales pariter omnes, vno ore, eamdem sententiam defendebant. Rationes et argumenta, quae tum a diuersis prolata sunt, in ordinem et numerum relata, peculiaris charta sub lit. --- exhibebit. ° Solutae etiam

° KOCHOVIVS Climact. II. p. 423. *Per scriptas schedulas vt partium desideria proferant, conclusere: seu vitandis verborum offensionibus, vt fit inter suspicaces, ac necdum amicos, seu quod effata oris interpretando eludi, aut retractari negando possint: quae vero stilus paginae inarasset, inficiari nequeunt, manetque indubitatum semel placiti documentum.* De Caesareis autem et Brandeburgicis, speciatim PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 58. ait: *Nostri praecipue ingerebant, per colloquia facile ansam diuisioni inter Foederatos praeberi posse. Caesareis peculiaris ratio erat, quare scripto agere vellent, quod Gallum sequi-strem nollent agnoscere, nisi Hispano iunctum. — Ast Electori haud visum scriptis abstinere*

etiam obiectiones: Male videri, plus temporis hunc per ſcripta agendi modum abſumere. Et ſi plus etiam temporis requireret: penſari tamen hanc impenſam temporis ea vtilitate, quod ſolidiori fundamento innixum opus tractatuum felicius procedere poterit, et facilius finiri. His actis, propoſuit Palatinus Poſnanienſis, an et quomodo reddendum Memoriale Suecicum, à Legato Mediatore relictum? Mareſchallus dixit: Memoriale illud penitus pro non recepto habendum, reddendumque eſſe, quia ſoliditates nullas habet, et quia in eo nulla eſt mentio Colligatorum noſtrorum. Cancellarius Magnus conſenſit. Et ſic porro reliqui omnes etiam Colligati. Concluſum, vnum ex Commiſſariis noſtris deputandum, qui Legato Mediatori referat, quid in praeſente ſeſſione*, de ratione agendi per ſcripta, item de ratione Memorialis Suecici non recepti, actum definitumque ſit. Inuitatus comiter, deſignatusque ad eam rem eſt Dn. Rey, Theſaurarius Curiae, et Cancellarius Sereniſſimae Reginae. Qui voluntati totius Collegii cedens, die ſequenti, xx Ianuarii, Oliuam ad Legatum Mediatorem abiit.

Die xxii. — Hora decima antemeridiana, conuenere Commiſſarii noſtri, apud Regni Campique Mareſchallum, graui catarrhi in dentes et gingiuas decubitu laborantem. ° Hora vndecima, iidem loco ordinario cum Confoederatorum Legatis, Caeſareis

abſtinere, vitandae cauillationi. Atque haec mihi propiora vero videntur, quam quae idem prorſus contraria tradit, Commentar. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VII. §. 4. ſequutus Suecorum narrata. Praeterea alias quaſdam cauſſas PASTORIVS paullo inferius refert, ex ſcripto, cuius exemplum, hoc loco promiſſum, ad me quidem cum hoc Diario non peruenit.

* In eo conſeſſu, ſingulis praecipuum aliquod propoſitionis argumentum, quod ab dubiis vindicarent, commiſſum eſſe, Anonymus in Diario prodidit: ſibi vindicias obtigiſſe Lithuaniae, Liuoniae, Curlandiae. Quem locum haud praetermittendum putaui, quod, in indagando eius Diarii auctore, coniecturam mihi quidem non vanam alibi praebuit.

reis nempe, et Electoralibus, sessionem habuere. Ibi Palatinus Posnaniensis dixit, conuentum hunc more solito, quum dies Iouis ordinariis sessionibus publicis, consensu omnium Legatorum, destinatus sit, indictum, audiendoque inprimis D. Rey, Thesaurario Curiae Regni, et Serenissimae Reginae Cancellario, dandum esse, qui, quid apud Legatum Mediatorem effectum, relaturus sit. Dn. Thesaurarius Rey, quid actum ibi sit, exposuit. Venisse se nomine Legatorum omnium ad ipsum, tum vt pacis studium etiam sic ostenderent Dni collegae sui, tum vt ipsi Legato Mediatori labor in vrbem veniendi remitteretur. Scopum vero aduentus sui esse, indicare, Commissarios collegas suos, vt et Colligatorum legatos, modum per scripta agendi deserere nec velle, nec posse, ob rationes multiplices: 1) morem et vsum communem, inter omnes bona fide agentes vsitatum: 2) quia ita Varsauiae iam coeptum sit agi: 3) quia Caesarei et Electorales de modo isto, ad Principes suos, scripserint, ab iisque mandatum acceperint ei insistendi: et sic porro rationes ceterae, quae in scripto peculiari exstant, decente facundia adlatae. Hoc quoque Mediatori Legato se nomine Collegii totius significasse, scripta omnia authentica mutuo adferenda atque exhibenda esse. De propositionibus Suecicis monuisse, eas ideo

* De quo passim ADAM. ADAMI in Hist. Pacificationis Osnabr. Monasteriensis. Conf. Negotiations secretes, touchant la paix de Munster T. II. P. II. p. 4. sq.

** Velut in pangendis induciis sexennibus: item in Stumdorfianis, quarum tum diserte Legatum Gallum meminisse comperi. Et in his quidem vsurpatam rationem eam CAR. OGERIVS, qui ipse interfuit, adcurate eleganterque descripsit in Ephem. p. 268 sq.

*** In Bromsebroensi quidem pacificatione, scriptis inter se agere constituerant, commendante hoc tale consilium ipso conciliatore pacis, Casp. Coignetio Thuillerio, Legato Gallo. De quo BOECLERVS, in Hist. belli Sueco-Danici. Lib. III. p. 265. ita refert: *Post salutationes litteris nunciisque factas, Legatus Gallicus,*

ideo non receptas, quia nec authenticae fuerint, nec mentionem Colligatorum contineant. Legatum Mediatorem gratias egiſſe pro honore: eumdem ad aliqua reſpondiſſe ex tempore: cetera ad colloquium cum Suecis referuaſſe. Ex ſuo ſenſu, quaſi in arena, ita ad quaedam ipſum reſpondiſſe: Monaſterii quidem per ſcripta tractatum eſſe: [*] ſed id ideo factum, quia ibi diuerſi Status, Principes, Ciuitates tractauerint. Alibi, vt inter Polonos et Suecos antehac, [**] item inter Danos et Suecos, [***] Gallos et Hiſpanos, [****] ſine ſcriptis tractatum. Itaque optare ſe, vt declarationes praecipuae, et concluſiones, tantum ſcripto dentur. Quod ad Caeſarianos adtineat, quia illi Mediationem non recipiant, ſcripto cum illis agendum eſſe, Suecos ipſos concedere. Talis fuit relatio Dni Rey: cui gratiae actae a Caeſarianis, et toto Collegio, pro labore. Porro autem, quia Legatus Mediator ad Suecos detulerat a D. Rey propoſita, concluſum eſt, eius reditum et reſponſum exſpectandum eſſe.

Die XXV. — qui eſt Conuerſionis Paulli, hora quarta conuenere Legati Polonici cum Brandeburgicis. Adfuit Legatus Mediator, et a Suecis ſcripta aliqúa adtulit. Primum erat de poſtis. Secundum continebat propoſitiones Suecicas, manu Secretarii

Gallicus, antequam congrederentur, cum Suecis egit de modo et conſuetudine tractandae pacis: atque, ex ſententia Danorum, ſcripturam et ſequeſtrium operam colloquiis praetulit, in quibus ad aſperiora verba poſſet deueniri. Conf. LOCCENIVS Hiſt. Suecanae Lib. IX. pag. 682. Sed mox adparuit, magis intricari res ſcriptis, atque negotium pacis optatae diſtrahi. Igitur ſatius viſum fuit, opera tantum vti ſequeſtrium, inprimis Thuillerii.

**** Velut in pacificatione Pyrenaea. Vid. GVALDVS PRIORATVS p. 35 ſq. Praeterea et Belgicos, cum Hiſpanis, tractatus Lumbranum adlegaſſe, reperio. Perperam profecto. In his enim pleraque per ſcriptiones fuiſſe expedita, tot earum exempla teſtantur apud AITZEMAM, in Hiſt. pacis a Foederatis Belgis tractatae. (Lugd. Batau. 1654. 4.)

tarii Legationis ipſorum ſubſcriptas. Tertium, Reſponſum ad defectus. * Quartum, Memoriale continens certa poſtulata. ** Omnia haec lecta clara voce, a Dno Cancellario Regio. Mox de receptione, et commutatione, propoſitionum deliberatum. Noſtri commutationem ſtatim fieri volebant, quia, vt id fiat, concluſum ante fuerit, ſimul atque authentica a Suecis adlata foret propoſitio. Ab ea concluſione non recedendum. Electorales exemplum ſibi propoſitionum dari volebant, et moram aliquam temporis, vt recte perlegere atque examinare poſſent, quia probroſae vellicationes et acerba dicta contineantur, in ipſo propoſitionum exordio. *** Legatus Mediator negabat, licere ſibi dare propoſitiones Suecicas, niſi ſimul recipiat alterius partis propoſitiones. Electorales non deſinebant inſtare, vt differretur commutatio propoſitionum, donec collatio cum Caeſarianis facta fuerit. Noſtri moram nullam admittebant, **** identidem factam ante concluſionem vrgentes. Illi vſque rem ad craſtinum differri petebant. Quum diu vltro citroque diſputatum eſſet, et ipſa etiam S. Regia Maieſtas conſulta, tandem poſt horam octauam concluſum eſt, vt in craſtinum differretur commutatio.

Die XXVI.--Hora decima adfuerunt Commiſſarii noſtri, (excepto Palatino, qui minus bene habebat.) vna cum Legatis Colligatorum. Cancellarius Regni referebat, propoſitiones Suecicas a Media-

* ſ. Declaratio ſuper adnotatis defectibus. in ſaluis conductibus Suecicis. pro Commiſſariis Polonicis et Caeſareis. Formulam ipſam in Actis Pacific. No. XXVI. ex Codice Zaluſciano protuli: itemque Reſponſum ad Declarationem—N. XXVII.

** Quod vid. ibidem No. XXVIII.

*** Tali exordio propoſitiones Suecicae in negotio pacis, cum Legatis Caeſareis et Brandeburgicis, inſtituendo exſtant in DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 34. et 38. et apud LONDORP. T. VIII. p. 654. ſq. Illud inprimis aduerſus Electorem contumelioſis verbis, acerbiſque exprobrationibus refertum eſt: velut qui fidem

a Mediatore Legato heri adlatas: debuiſſe fieri commutationem: ſed quia non omnes Legati Colligatorum adſuerint, (Caeſariani enim abſuerant,) dilatam eſſe illam in diem hodiernum. Nunc autem paratos ſe, propoſitiones iam ſubſcriptas tradere Mediatori Legato. Ceterum cum ipſo Mediatore diſceptari adhuc, an omnia, quae in poſterum commutaturae ſint partes, authentica eſſe debeant, an Copiae, ſeu exempla, ſufficiant? Copias equidem facilius olim, ſi res ita tulerit, a Mediatore Legato repeti poſſe, quam authentica a Suecis. Et deinde in Copiis amputari, per Mediatorem, poſſe aculeata et laeſura. Caeſariani per authentica ſcripta potius agendum exiſtimabant. Neque tantum Mediatori permitti volebant, vt, quae vellet, amputaret, et circa ſcripta partium diſponeret, ex arbitrio ſuo. Poſtea tandem propoſitiones commutatae ſunt, [*] ſubſcriptae manibus Secretariorum Legationis. Redditum item Memoriale, in Originali; Declaratio etiam ſuper Adnotatis. Ante diſceſſum, monuit Mediator denuo de modo per ſcripta agendi: ſed ſi inter partes tandem conuenerit per ſcripta agere, ſaltem ſe, Mediatorem, ad iſtum modum adſtringi non poſſe, nec debere. Satis fore, ſi declarationes ſcripto comprehenſas tradat. Alia, quae quaſi ex ſuo ſenſu proponat, aut quaerat Mediator, antequam partibus perſuadeantur, mutabilia eſſe, nec ſcribi ſtatim debere. Et nimium Mediatoris laborem fore, ſi omnia eius-

fidem venalem haberet, ac contra ius faſque Suecos armis eſſet proſequutus.

**** Cauſſam reddit PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 58. hanc: *Quod iidem metuerent, ne Caeſarei prius in aulam referre, ac forte proteſtationem interponere velint.* Rem autem omnem Auctor Anonymus ad h. d. copioſius enarrauit.

* Volentibus Caeſarianis, inuitis Brandeburgicis: de quibus ait PVFENDORFIVS l. c. *Conſultus Caeſaris primarius Legatus, Franc. Carolus Colobratus reſpondebat, ſe ob iniurioſa dicta permutationi propoſitionum haud interceſſurum,*

modi scribere cogeretur. * Electorales vereri se aiebant, ne, hac in re, a Caesarianis Legatis separarentur: a quorum methodo quam minimum secerni vellent.

Die XXIX. — Debebat haberi conuentus ordinarius, cum Colligatis, et iam tum nostri, tum Electorales, aderant. Caesariani pariter adfuissent, nisi iussu nostrorum Legatorum moniti essent, exspectari Legatum Gallicum. Sed et hic, frustra aliquamdiu exspectatus, non venit. Ita hoc die nihil effectum. **

Die XXX. — Nostri soli, apud Mareschallum Regni, secretum habuere consilium. Vesperi denuo apud ipsum Serenissimum.

Die XXXI. — Hora vndecima conuenere nostri Legati, cum Caesareis, et Electoralibus. Palatinus Posnaniensis, ex calculo laborans, absuit, pariter Cancellarius Lithuaniae. Magnus Regni Cancellarius Colligatos adloquens, nomine Collegarum suorum, dixit, conuentum,

rum, quam sat spatii futurum sit responso reponendo, ac nil noui esse, Caesarem a Gallicis ac Suecicis Ministris inani criminatione adspergi. At nostri, ante commutatas propositiones, iniuriosa dicta aboleri vehementer cupiebant, velut rem mali exempli, et inter colloquia pacis absurdam, nec nisi irritandis animis inseruientem. Sed Poloni, vt commutatio fieret, instabant: quibus Caesarei contradicere nolebant, quod Suecis isthaec agendi ratio, apud Germaniae Ordines, ingentem inuidiam paritura esset.

* Inter haec ille multa de prudentia, item de dexteritate Mediatorum: inprimis Thuillerii. Per hunc in Bromsebroensi pacificatione plura Danis, quam pro rerum temporumque ratione, seruata fuisse. Quippe ex pluribus prouinciis, quas cedere Suecis constituissent, pauciores eum proposuisse, atque in propositis Axelium Oxenstiernam, quamquam inuitum, adquieuisse. Ita vero de sua quoque voluntate, et prudentia, bene sperare Legatos iussit. At cum Brandeburgicis orta acris disceptatio, super modo agendi: qua mox a Polonis sopita, discessum est. Haec quidem inter alia Anonymus ad h. d.

** In conuentu publico. Enimuero Poloni, vt Anonymus in Diario ad h. d. auctor est, inter se primum de responsis, ad propositiones reddendis, consultauere: deinde de Mediatione Belgica: decretumque, differendam hanc esse, ceterum consilia actaque, cum Legato Belga, communicanda. Post haec atque talia habitum cum Lumbrano, in aula Regia, colloquium. De quo et PASTORIVS paullo inferius commemorat.

* Reddi

uentum, qui d. XXIX Ianuarii, more ſolito, haberi debuerit, dilatum fuiſſe propter Legatum Gallicum: qui tamen fruſtra tum exſpectatus ſit. Sed cum eo poſtea apud S. Reg. Maieſtatem in colloquium noſtros veniſſe, et ex ipſo haec potiſſimum intellexiſſe: Suecos, lectis propoſitionibus noſtris, cohorruiſſe, inprimis illa, qua Sereniſſimus Rex noſter reſtitutionem Regni Sueciae vrgeat. Adfirmaſſe eoſdem, ſibi expreſſe interdictum a Rege ſuo, ne talia etiam audire ſuſtineant. Abſtinendum itaque ab eiusmodi conditionibus. Ad alia puncta ipſos reſpondere paratos, ſuo loco et tempore. Eumdem Mediatorem addidiſſe, praeciſam omnem ſpem tractatuum fore, niſi iſta de Regno Sueciae conditio omittatur: neque ſuas mitigationes, quibus duritiem propoſitionis emollire conatus ſit, hactenus apud Suecos valuiſſe. Ideoque etiam ipſas propoſitiones ſibi ab illis redditas eſſe. * Ceterum, quod nuper a noſtris et Colligatis propoſitum ſit, de prooemiis propoſitionum

 reci-

* Reddi eas curauerant ab Godofredo Schroero, qui Legationi Suecicae ab epiſtolis erat. Vid. Memoriale a DD. Legatis Suecicis, pro D. Secretario Legationis *von Schroer*, Sobothi ſcriptum d. 28. 18. Ianuar. 1660. item Litterae DD. Plenipotentiariorum Suecicorum ad D. Legatum Gallicum Mediatorem, in DIAR. EVROP. P. VIII. App. p. 31 ſq. et LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 654. At non ſuperuacaneum fuerit hoc loco ſubiicere, quae, ſuper ea re, PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VII. §. 5. memorat. *Quum Sueci obſeruarent, exoleta recoqui de reſtituenda Suecia, ac bonis auitis, ac abolitione decretorum contra Sigiſmundi progeniem, non ſolum interloquendo proteſtabantur, ſe talia audire nolle, ſed et chartam Sequeſtri, per Secretarium Legationis, ſolemniter remittebant. Sed reponebat Lumbranus, ſi circa reliqua conuenire queat, Iohannem Caſimirum renunciaturum; et hoc dicis cauſſa duntaxat factum, nec vlterius a Polonis vrgendum. Sed negabant Sueci, ſaluo Regis ſui honore talia ſe ad aures admittere poſſe. Reuerſus inde Lumbranus Suecis referebat, Polonos iudicare, Iohannem Caſimirum non poſſe, quin id poſtulatum proponat, quum, ſi renunciatio facienda ſit, vtique eius iuris mentio declinari nequeat: eoque petebat, vt Sueci ſaltem pure negando reſponderent. Sed Sueci per horam amplius repugnabant; nec per fidem ſuam iurato datam, ac citra capitis periculum, in eam ſe diſceptationem deſcendere poſſe, aut velle. Contra Lumbranus conſtanter declarabat, non id agi, vt ea quaeſtio iam ventiletur: ſed quia ipſi renunciationem tituli*

recidendis, in id, ſpem ſibi eſſe, Suecos conſenſuros. Haec a Mediatore adlata. Super his igitur deliberandum eſſe.

Finito Magni Cancellarii ſermone, feceſſere nonnihil Caeſarei et Electorales Legati. Poſtea, praemiſſis curialibus, reſpondit D. Liſola primo omnium ad ſecundum punctum, de prooemiis: Si ſtatim, antequam propoſitiones redderentur, prooemia fuiſſent praeciſa, rem iſtam nihil habituram fuiſſe difficultatis. Nunc propoſitiones cum prooemiis, et cum tot iniuriis redditas, receptas, et haud dubie etiam cum multis communicatas eſſe: ſe etiam de iis iam ad S. Caeſaream Maieſtatem ſcripſiſſe. Itaque iſta prooemia non omitti iam ita poſſe, quin prius ad ea reſpondeant laeſi. Neque permittendum, vt infixo, nec retuſo, aculeo elabantur Sueci. Agi de honore S. Caeſareae Maieſtatis. Interim quia talibus principale etiam negotium morari nolint, petere ſe conſilium, qua via et Domini ſui honori, et coepti negotii tractatuum continuationi progreſſionique conſuli poſſit. Electorales querebantur, ° multa iniurioſa a Suecis immixta propoſitioni eſſe: quum longe aliam ſpem fecerit Mediator, pollicitus, ſeſe talia non acceptaturum. Itaque monendum hunc, ne in poſterum ſaltem talia ſuſcipiat. Velle Mediatorem, vt, quae inter partes iniurioſa aut laedentia interuenerint, amputata et ſeparata a ceteris maneant apud ipſum. Si hoc concedendum videatur: concedendum iuxta eſſe, vt reſponſiones, ad iniurioſa illa, oblatae penes eumdem deponantur. Sed optimum

li et praetenſionis poſtulent, id, cui renunciandum eſt, vtique praeſupponi debere. Ad quae Sueci: ſi hoc admittant, tacite ſe agnituros eiusmodi quaeſtionem ſibi propoſitam, cuius ne vmbram quidem tolerare velint; ac Polonis nullum ius competere, quod praeſupponi debeat. Lumbi anus negare, poſtulatum inuoluere ius, ni aduerſae partis conceſſio accedat. Prioribus tractatibus idem petitum atque reiectum fuiſſe.

optimum omnium fore, vt omnia eiusmodi aculeata et probrosa prorsus eliminentur. Caesarei denuo vrgebant, vt propositiones et scripta omnia integra, citra amputationem Mediatoris, offerantur. Cancellarius Regni, istas propositiones recipiendas, prout a Suecis scriptae sint: sed ad eas, prout e re esse videbitur, respondendum, quo sic scribentium audacia libertate respondentium retundatur. Electorales vsque emendationem, et eliminationem dictorum iniuriosorum, vrgendam apud Mediatorem contendebant. His actis abierunt Caesarei.

Venit paullo post Mediator Legatus, a Secretario Legationis adductus. Cui Magnus Cancellarius Regni: Nihil ex parte nostra omitti, quod ad promotionem tractatuum pertineat: etiam propositionum commutationem nolle se, et collegas suos, amplius morari. Interim, quia multa in propositionibus Suecorum iniuriosa sunt, recepturos quidem se illas; sed optare tamen, a Mediatore adduci Suecos, vt prooemia ista iniuriosa omittant. Multum temporis, in refutatione talium, periturum esse. Refutationis vero necessitatem remittet eliminatio, aut omissio talium. Legatus Mediator respondit, se, quidquid ad pacem, et partis vtriusque bonum pertineat, lubenter facturum. Ceterum inter partes belligerantes vix quidquam ita modeste scribi solere, quin interpretando trahatur in offensam. Vti pictae quaedam imagines, pro diuersitate loci, vnde adspiciuntur, diuersas facies habent: ita verba pro diuersitate inter-

se. Vnde ipsos, non facta mentione, quomodo id sibi innotuerit, commode respondere posse, sibi non integrum esse aliquam propositionem recipere, in qua quaestio de Regno contineatur, quod haud agnoscant Iohanni Casimiro vllum ius, in Sueciam, competere.

* Conf. PVFENDORF. Rer. Brandeburgic. Lib. VIII. §. 57.

interpretantium. De modo per ſcripta agendi ſe cum cura egiſſe. Illis tractatus facilius proceſſuros videri, ſi praecipuae res tractatuum, e. g. propoſitiones, et declarationes, in ſcripto tradantur, reliqua agantur oretenus. Exemplum adferebat Dni *de la Thuillerie*, qui ita inter Danos et Suecos rem tranſegerit. Et ſemper, vbi Mediatores fuerint, ita factitatum: vti et in prioribus tractatibus, inter Polonos et Suecos. Caeſareis, quia Mediatorem non agnoſcant, concedi a Suecis, vt ſcriptas propoſitiones et declarationes dent, recipiantque. Mox iterum a noſtris Legatis iniecta eſt mentio, de praefationibus Suecorum iniurioſis, quas propoſitioni praefixerint. Magnus Mareſchallus dicebat: Nos realiter laeſi ſumus a Suecis: ſi reali iniuriae etiam verbalem adiicere volent, parati ſint audire reſponſa noſtra.

Qui dicunt, quod volunt, quod nolunt, audient.

Porro nec pro dignitate Mediatoris eſt, adferre aculeata, et honorem laedentia. Referendarius Regni: Sopiendae ſunt tales animorum exacerbationes in principio, et Colligatis praecipue, qui ſe maxime laeſos eſſe arbitrantur, ſatisfaciendum. Alioquin multa incommoda ſequutura. Magnus Cancellarius concluſiue dixit: Reſecent Sueci prooemia propoſitionum ſuarum. Nos etſi prooemio vtamur minime iniurioſo: tamen et ipſi ſine prooemio dare propoſitionem malumus, quam laeſionibus eiusmodi locum permittere. Si hoc impetrari a Suecicis Legatis non poteſt, vt ab iſtiusmodi prooemiis abſtineant: paratus ſit Mediator, ſimiles aculeos a nobis ad Suecos deferre, et quidquid iſtiusmodi ſcriptorum bilioſorum, ab vtrauis parte, acceperit, pari fide reddet, et ſeruare tenebitur. In eumdem paene ſenſum loquebatur Dn. Houerbequius, vrgens pariter honorum Principis ſui, cui aliter

conſuli

confuli nequeat, quam dato ad prooemia illa iam propalata legitimo refponfo. Ad alterum punctum refpondebat Dn. Lifola, gratias fe agere, quod Legati Polonici fuum requirant confilium. Sefe autem, quid velint Sueci, nondum fatis capere. Neque enim illos fibi conftare. Velle eos in fuis propofitionibus, vt Sereniffimus Rex Poloniae renunciet omnibus praetenfionibus, ad Regnum Sueciae: adeoque renunciationem iftam inferi tractatibus cupiunt. Quomodo igitur eifdem tractatibus omitti poffint ipfae praetenfiones Sereniffimi Regis, fibi non liquere. Electorales addebant, praetenfiones Suae Maieft. Poloniae et Sueciae ante et citra tractatus omitti, atque eliminari, non fore e dignitate Maieft. Suae. Et quid? fi tractatus ifti fine optato exciderent, tum ifta eliminatione factum praeiudicium in pofterum Sereniffimo Regi obfuturum foret. Renunciationem fortaffis tandem, propter Regni et fubditorum fuorum commodum, a Sua Maieftate fieri poffe, fed cum certis modificationibus: de qualibus et ante iam fermo fuerit, et porro futurus fit. Dn. Lifola expediens iftud propofuit, in propofitionibus ad tempus omittendam illam renunciationem, fed viciffim quoque a Sereniffimo Poloniae Rege reftitutionem Regni Suecici pariter omitti poffe, faluo tamen et integro iure manente, fi tractatus optato fine caruerint. Idem expediens paratum iam quoque habebat Referendarius Regni, adeoque iam id, poft D. Lifolam, expreffius idem deducebat.

His dictis paullum feceffere noftri Legati. Quum rediiffent ad menfam, prior Magnus Cancellarius aiebat, circa prooemia non meliorem poffe fatisfactionem requiri, quam recantationem. Veram autem recantationem futuram, fi prooemia illa, femel iam data, omitterentur. De fuis nihil tale metuendum, quia nihil ha-

beant iniuriarum: adeoque recantationem ſapere non poſſe earum omiſſionem. Si Colligati ad ſuos Dominos prooemia perſcripſerint, poſſe iam ad eoſdem quoque ſcribi, omiſſione et quaſi recantatione eorumdem prooemiorum ſatisfactum eſſe laeſis. Propoſitiones Suecorum ſtatim quidem Mediatori reddi potuiſſe, tamquam iniurioſas in ſe, in Colligatos: ſed interim maluiſſe ſe prius, ea de re, cum Colligatis conferre. Addebat Magnus Mareſchallus: Malumus temporis, quam confidentiae, iacturam pati. Dn. Houerbequius nomine Electoralium reponebat, ſe quidem illo tempore, quum primum adlatae eſſent, dilationem commutationis valde vrſiſſe. Nunc quia ſuſceptae ſint propoſitiones, non occurrere aliud melius remedium, quam vt idem Mediator, qui propoſitiones cum prooemiis adeo aculeatis et iniurioſis adtulerit, reſponſa quoque, in ſcripto peculiari, deferat ad Suecos. Referendarius Regni quaerebat: Quid ergo de propoſitionibus Suecorum concludendum? An reddendae, quum et ipſi noſtras remiſerint? Liſola: Reddantur, ſed cum proteſtationibus additis, vt tamen aliquo monimento conſtet, nos iniurias Dominorum noſtrorum non ſilentio aut incuria tranſmiſiſſe, aut ne diſſimulatione adprobare videamur obiecta. Magnus Mareſchallus prooemiorum eliminationem vrgebat: reſponſionem ad illa eſſe quidem in arbitrio Colligatorum, ſed tales reciprocationes plerumque non facere ad pacem, et multum temporis abſumere. Interim, ſi reſponderi omnino debere videatur, facere id illos praecipue poſſe, qui Mediatorem non habeant. Concluſio facta, reſtituendas Suecis propoſitiones ipſorum, ſed ita,

vt

* Reſponſum, ad Memoriale Commiſſionis Suecicae, vid. in Actis Pacific. No. xxix. Reliqua ſcripta, quorum hic mentio fit, ne in Zaluſciano quidem Codice reperiuntur. Illud inprimis, *de Etceterationibus*, abeſſe nollem.

vt exempla earum maneant in manibus Secretarii Legationis. Caesarei et Electorales consentire se aiebant in eliminationem prooemiorum, sed ita tamen, vt scripto separato protestari liceat, quae in prooemiis contineantur iniuriosa, in nullum praeiudicium Dominorum suorum cedere debere.

Alterum punctum adsumens Magnus Cancellarius, gratias agebat Colligatis, quod S. Regiae Maiestatis tam sollicitam gerant curam, ita vt nil in praeiudicium eius fieri velint: se equidem existimare, S. Regiam Maiestatem maxime omnium populi sui bonum ac salutem respicere, atque ideo etiam de iuribus suis aliquid remissuram tandem. Interim tamen, quia istis de rebus nihil, sine Maiestatis Suae scitu, agi debeat, aut possit, consulendam sibi illam videri. Adnuere omnes. Postea Colligati aliqua responsa ad Memoriale, * et alia scripta Suecorum, monstrabant, de saluis conductibus, de etceterationibus, et id genus aliis. Illa scripta, apud Secretarium Legationis, mansere.

MENS. FEBRVARIVS

Die III Februarii. Adsuit Legatus Christianissimi Regis, referens, se Suecis expediens illud, circa renunciationem Regni Suecici, proposuisse, atque, vt id illi reciperent, suasisse. Suecos respondisse, rem in idem recidere. Si maxime res ista ad finem tractatuum reiiceretur, nihilominus iam tum ad hunc scopulum elisum iri totum opus tractatuum, et fore in fine, quod nunc ab initio metuatur. Interim tamen illos a se persuasos, ** vt de hoc puncto,

non

** PVFENDORF. de rebus Caroli Gustaui Lib. VII. §. 5. *Sueci igitur, ne negotium in primo limine haereret, propositum a Lumbrano temperamentum hactenus admittebant, vt separata charta id facere vellent. Idque hoc modo factum: A se*

non in ipſis propoſitionibus quidem, mentio fiat, ſed in peculiari ac ſeparato ſcripto, de eo, agatur. Quod ad prooemium adtinet, fore Suecos contentos, vt propoſitiones mutuo dentur, recipianturque, ſine prooemiis. Praeterea magnam Suecorum, ad tractatus maturandos, promtitudinem idem Mediator ſignificabat, addens, illos parem promtitudinem a noſtra parte exſpectare, et requirere. Paratos illos dare propediem reſponſa ad propoſitiones: viciſſim quoque exſpectare reſponſa a noſtris, vt et a Colligatis, quo, ſequente ſeptimana, ad reſponſionum examen accedi poſſet. Adtulit idem reſolutionem ad duo Memorialia. Circa poſtas conuentum eſt, vt vtrimque tabellariis peculiariter miſſis ſalui dentur conductus. De libertate, Suecicis tabellariis inter Viſmariam et Stralſundam danda, ſcriptum a ſe ad Sereniſſimum Electorem dicebant Legati eius: inde reſponſum exſpectari. Iidem Electorales legebant ſcriptam a ſe reſolutionem, ad Legationis Suecicae poſtulata. Abiit Legatus Mediator.

Poſtea venere Legati Caeſarei, quibus Magnus Cancellarius ea, quae paullo ante a Mediatore adlata eſſent, propoſuit, ipſorum ſimul iudicium et conſilium requirens, nomine Legationis Polonicae. Caeſarei, quod ad punctum reſignationis pertineat, eam rem mere dependere a Regia Maieſtate Poloniae. Interim gratias ſe agere, quod conſilium ſuum requiratur, etſi praeter neceſſitatem. Magnus Cancellarius reſpondit, teſtandae bonae fiduciae, quam Sua Maieſtas habeat ad Colligatos, hoc fieri. Caeſarei aiebant: Quidquid circa reſignationem fiet, non niſi conditionaliter fieri

A ſe recipi non poſſe vllam propoſitionem, in qua de Regno quaeſtio contineatur: ſe quippe haud agnoſcere, Iohanni Caſimiro vllum ius, in Sueciam, competere, vtpote quae ad Carolum Guſtauum iure pertineat, et iure ab eo poſſideatur. Exemplum harum

fieri debet. Quod autem ad hoc punctum, peculiari ſcripto, reſpondere velint Sueci, metuendum eſſe, ne aliquas ſeparationes, in tractatibus, ſic inuehere Sueci incipiant. Poſtea de propoſitionibus, ſine prooemio dandis, actum: et quod, ſequente ſeptimana, circa reſponſa ad propoſitiones punctatim diſcutienda accedere velint partes, inuitantibus ad id ipſis Suecis. Tempus itaque ad propoſitiones, poſt praeciſa prooemia, mutuo monſtrandas determinandum. Hinc ſtatim prooemia reciſa. Electorales propoſitiones ſuas, prooemio ſuo deminutas, alio ſcripto tradere volebant: ſed diſſuadebant noſtri, quia, ſuper iſta re, nouos ſcopulos moturi eſſent Sueci. Itaque priores propoſitiones retentae: ſed prooemium amputatum eſt. Exin Caeſarei ſuam proteſtationem, ad prooemium Suecicarum propoſitionum, * praelegebant toti conſeſſui, et per noſtros inſinuari petebant, quum Mediatorem ipſi non habeant. Suam itidem Electorales, ** per noſtros, porrigi volebant: ſed noſtri recuſabant, quum ipſi Mediatorem Gallum agnoſcant, ac proinde huic tradere poſſint ſcripta ſua. Denique concluſum, vt omnes Legationes, ad diem Sabbathi proximum, parata habeant reſponſa ad propoſitiones Suecicas, vt eo tempore, de iis, inter ſe conferre poſſint. Poſtea Memorialia Suecorum, et ad ea reſponſiones perlectae, et emendatae. Sequentibus diebus habiti conuentus, et conſilia ſecreta, apud S. Regiam Maieſtatem.

Die VI. — Magnus Cancellarius referebat in conſeſſu Legatis Colligatorum Principum, Suecos propoſitiones ſuas, ſine pro-

 oemiis,

harum litterarum vid. in DIAR. EVROP. P. VIII. App. p. 41. et in LONDORPII Actis Publicis T. VIII. p. 656.

* Illius exemplum infra ſcriptum eſt, in Actis Pacificationis No. XXX.

** Vid. ibidem No. XXXI.

oemiis, Mediatori tradidiſſe authenticas. Eaeque lectae ſunt publice. Conuentum, vt ſequenti die Sabbathi, (VII Februarii) hora prima pomeridiana, conueniatur. Quum abiiſſent Legati Colligatorum, noſtri reſponſa ſua ad propoſitiones Suecicas, inter ſe, examinabant: vbi multa vltro citroque dubia mota et diſcuſſa ſunt.

Die VII.—Poſt meridiem fuit ſeſſio omnium Legatorum Colligatorum, cum noſtris. Propoſuit Magnus Cancellarius: Conſtitutum nuper inter nos, vt hodie reſponſa, ad propoſitiones Suecicas, adferamus, atque inuicem examinemus. Primum igitur praelegemus noſtra. * Ipſe igitur Magnus Cancellarius legere coepit reſponſa, ad ſingula puncta. Circa primum punctum ** nulla fuit controuerſia. Circa alterum punctum *** mouebantur dubia, ab Electoralibus: et nimirum addi aliquid volebant ad cautionem iuris, quod ad Elbingam habeat Sereniſſimus Elector, per pacta Bidgoſſiana. **** His enim pactis ſatisfieri non poſſe, ſi, in hoc tractatu pacis, ciuitatibus omnia priuilegia et iura, quae ante habuerint, integra relinquantur. Inter priuilegia et iura quippe ſua, ciuitates

* Quae vid. in DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 52. et in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 658.

** De pace perpetuo ſeruanda.

*** De amneſtia.

**** Quibus Bidgoſſiae, (oppidum eſt in Polonia Maiore, Germani *Brombergam* vocant,) die VI Nouembris, Anno MDCLVII ſancitis, Velauienſia confirmata ſunt, ac quibuſdam capitibus aucta. Vtraque exſtant in DVMONTII Corp. Dipl. T. VI. P. II. pag. 191. ſqq. et apud PVFENDORFIVM Rer. Brandenb. Lib. VI. §. 78. ſq. In pactis autem Bidgoſſianis Rex Poloniae Electori Brandeburgico concedit, *propter armorum coniunctionem, — ciuitatem Elbingenſem cum toto eius diſtrictu, et territorio, pleno dominii iure ſibi habendam poſſidendamque, vna cum reditibus, qui inde ad Regem Regnumque Poloniae olim deferebantur:* promittitque ſimul, *quod, quam primum ex poteſtate Suecorum erepta aut recuperata fuerit, nemini, quam Suae Serenitati Electorali, vacua illius poſſeſſio tradi debeat, citra vllas praetenſiones vel dilationes, praeſidio Suae Serenitatis munienda.* Sed, de redimenda vrbe, cautum eſt aliis tabulis: in quibus Elector diſerte meminit *declarationis, nomine Suae Reg. Maieſt. factae, quod muri atque fortificationes omnes dictae vrbis Elbingenſis, ante retraditionem, per praeſidiarios deſtrui debeant.* Cuius declarationis occultas cauſſas,

tes numerare ſolere ius praeſidii, et ius munitionum. Hoc vtrumque autem ius, ſi relinquatur Elbingenſibus, vim paſſura pacta Bidgoſſiana, in quibus cautum ſit, Sereniſſimo Electori permiſſum fore, praeſidium iſtic habere, quamdiu Rex et Regnum Poloniae non redemerit vrbem ab Electore: et quum redimere volet, dirutum iri munimentum ciuitatis. Commiſſarii Poloni reponebant, non eſſe opus, vt, per hos tractatus, pactis Bidgoſſianis caueatur. Fore haec per ſe firma, et ſecundum horum tenorem Elbingam, vt pignus, traditum iri Sereniſſimo Electori, eo iure et modo, quo nunc eam per tractatus receperit S. R. Maieſtas. Puncto hoc ſecundo implicite contineri Elbingam. Si explicite ea ponenda eſſet, tanto maiores difficultates moturos Suecos. Hos propoſitionem ſuam, quoad ciuitates, generalibus verbis complexos eſſe: nobis pari generalitate ad eam reſpondendum eſt. * Reſpondebant illi, melius eſſe, vt nunc explicite fiat Elbingae mentio, vt difficultates, ſi quas mouere voluerint Sueci, nunc promi et ſolui poſſint.

Quum

cauſſas, praeter RVDAVSCIVM, loc. comm. p. 358. an alius vllus prodiderit, neſcio: et pretium operae videtur, verba adſcribere. *Actum vero*, inquit, *ſecreto de Elbingenſis ciuitatis diruendo per Brandeburgicum propugnaculo, vrgente id ipſum toto pectore Brandeburgico per Electricem, quae Polonae perſuadebat Reginae, a marito inſtructa, expedire omnino tam propter Auſtriacam in vicinia conſiſtentem potentiam, quam etiam Gedanenſium ſuſpectam fidem, diruere Elbingenſium munimenta. Facile enim fieri poſſe, vt, ſi Auſtriaci Elbinga potirentur, paullo poſt vniuerſae Pruſſiae efficerentur domini. Nec Gedanenſibus ſe adeo fidere, qui in illo Balthici maris angulo, ſi aliqua arte Elbingae iungerentur, Rempublicam ſibi formare poſſent, grauem deinde Ducali Boruſſiae. Haec Electrix Reginae ſecreto proponebat: illa vero Polono Regi, qui vxoris mandata exſequebatur. Igitur Elbingae munimenta, Electori Brandeburgico diruenda, committit Rex.* Quibus conſeruandis pactis Electorales Legati capiti, de amneſtia ciuitatum Pruſſicarum, addi volebant potiſſimum hoc: „Saluis „foederibus, cum Sereniſſimo Electore „Bidgoſſiae initis. „

* Praeter has rationes, etiam alias Anonymus in Diario, ad diem VII Februarii, memorat, in hanc fere ſententiam: Non eſſe neceſſariam talem pactorum Bydgoſſianorum cautionem, quorum ne meminiſſent

Quum diu vltro citroque diſceptatum eſſet, feceſſere noſtri Commiſſarii. Vbi redierant ad menſam, dixit nomine omnium Magnus Cancellarius, ſe, de hac re, ad S. Regiam Maieſtatem relaturos. Poſtea reſponſiones, ad alia puncta, denuo legi coepere. Ad punctum religionis quum lecta eſſet reſponſio, addebat Magnus Cancellarius: Nolumus Suecos apud nos, et in Regno noſtro, habere Apoſtolos. * Palatinus Poſnanienſis: Nolumus, vt ſint Dii tutelares Diſſidentium apud nos. ** Protectio externorum Principum nobis eſt ſuſpecta. Ipſe Sereniſſimus Rex per ſe, et ex obligatione ſua, *** paratus eſt ſeruare religionem liberam. Hoc ipſo bello durante, nouis diplomatibus libertatem iſtam confirmauit. Vnum diploma generale, quod ad Diſſidentes omnes pertinet,

niſſent quidem Sueci. — Nec tam Electori eam expedire, quam Reipublicae, ad quam dominium Elbingae pertineat. — Inutilem eſſe confirmationem pactorum, in tractatu Suecico: neque enim tali auxilio indigere, adprobata ab Republica. Erat etiam arcana cauſſa, qua moti Poloni eorum commemorationem tum recuſarent. Quippe Electorem armis occupare Elbingam debuiſſe: quod quum factum ab eo non eſſet, viderie iur ſuo excidiſſe.

* Quippe quos opprimendae, in Polonia, religionis Romanae Catholicae dudum agitaſſe conſilium intellexerant. Idque ipſis ab Suecis vulgo iactatum. Inuenio apud quosdam, flagrante bello eo, numos circumlatos fuiſſe Suecicos, quorum altera facies imaginem Caroli Guſtaui Regis praetulerit, altera tiaram Pontificiam et claues, igne ſuppoſito, cum hoc titulo: *des Pabſtthums End*, i. e. Papatus finis. Et ſane armis Suecorum late per Polonos victricibus, fere conclamatum videbatur. Igitur Oliuerius Cromuellus, Protector Angliae, in litteris ad Regem Sueciae ſcriptis, quarum exemplum legi poteſt, in IOH. MILTONI Opp. Hiſt. T. II. p. 511. (ed. Lond. 1753. 4.) et apud RVDAVSCIVM loc. comm. p. 237. ſummopere laetatur, *Poloniae regnum ab imperio Papano quaſi cornu quoddam auulſum.* Quod quidem haud diuturnum gaudium fuit. Iam vero, in negotio pacis peragendo, Regi Poloniae curam tuendae religionis auitae Legatus Pontificius ſtudioſiſſime commendarat: de quo KOCHOVIVS Climact. II. pag. 425. *Sedis Apoſtolicae Nuntius*, inquit, *ſane veritus, ne, Pacis Monaſterienſis in Germania exemplo, etiam hic religioni Catholicae ac Romanae Sedi aliquod praeiudicium emergat, aliquoties Regem adiens, obnixe precabatur, vti pro recepto nuper Orthodoxi Regis titulo, eum ſe praeſtaret Monarcham, qui quaerere, quae Dei ſunt, quam quae ſua, malit.*

** Diſſidentium nomine, apud Polonos ac Pruſſos, hodie Lutheri et Caluini adſeclae veniunt. Olim id latius patebat. Omnes, qui de religione Chriſtiana diſſidebant,

pertinet, publicatum est Gedani typis: ° alterum speciale habent Fraustadienses, etc. Nos Dissidentes, in Regno nostro, fraterne tractamus: gaudent iisdem, quibus nos, priuilegiis: Deo committimus, et precibus nostris commendamus illuminationem eorum. Ceterum tutelam ipsorum si exteris pateremur dari, magis ambitioni istorum, quam nostrae securitati, consuleremus. Dn. Houerbequius reponebat, posse medium inueniri, vt patrocinium religionis, quod sibi Sueci sumunt, excludatur, et iisdem tamen simul praecidatur occasio et praetextus, in posterum etiam religionem in velum iniquitatis suae trahendi. °° Posse ita concipi responsum: „Ad religionem cuiusquam, in Regno Poloniae stabiliendam, „non opus esse alieno patrocinio, nec vllum admitti, quia S. Regia Maiestas

debant, ipsique adeo Romani Catholici vocabantur Dissidentes. Vid. LENGNICHII Commentar. ad Pacta Conuenta Augusti III. Regis p. 7. sq. Eiusd. Ius Publ. Poloniae T. II. Lib. IV. c. 14. item Prussiae §. 118.

*** i. e. Pactis Conuentis, sollemni sacramento confirmatis. Ita iam olim Henricus Rex, tuiturum se pacem ac tranquillitatem inter Dissidentes, conceptis verbis iurauerat. Cuius iuris iurandi carmen exstat, in Vol. Constitutionum Regni p. 226. Idque ab insequutis Regibus repetitum. Vid. Anonym. de iuribus et libertatibus Dissidentium, in Regno Poloniae: item GRATIANI SEVER. LIPINSKI (Io. Ernst. von der Linde, Cons. Gedan.) Demonstratio iurium, quibus pax inter Dissidentes innititur, edita Stargard. 1714. f. et inter Eiusd. Sicilimenta ad ANDR. CHRYSOST. ZALVSCII, Episc. Varmiensis, Epistolas p. 79 sqq.

° Vniuersalia Ioh. Casimiri de tolerandis, neque vllo modo violandis, Dissidentibus in religione, die XI Maii MDCLVI Samosci publicata sunt, et Gedani quoque, vt late innotescerent, portis adfixa. Exstant in LONDORPII Actis Publ. T. VII. p. 1142. Theodisce in DILGERI Disqu. an Status Euangelici — a Ioh. Casimiro, Rege suo legitimo, ad Regem Sueciae deficere debeant? quae Gedani anno insequuto prodiit.

°° PVFENDORF. loc. comm. Lib. VIII. §. 68. *Contra Poloni disserebant, se haudquaquam Hispanicam Inquisitionem toleraturos, ac neminem, ad amplectenda Romana sacra, vi compulsuros. Enimuero non e dignitate videri, Suecos huic negotio sese ingerere. Tutelam sacrorum, ab exteris Principibus professam, valde suspectam ac periculosam. Nec in hoc ab exteris sibi praescribi velle. Nostri censebant, verba, quibus Dissidentibus caueatur, ita ponenda esse: „Suecis haud „necessarium fuisse, Dissidentium caussam „agere,*

„Maieſtas ſatis iam illi cauerit, et in futurum cautum eſſe velit. etc.„ Referendarius Regni: In genere iam apud nos concluſum eſt, nihil penitus permittere, quod religionis protectionem, apud nos, exteris relinquere videatur. D. Liſola reſpondebat ad rationem D. Houerbequii, qua Suecis ſuſcipiendi in poſterum patrocinii religionis, nouo eiusdem ſtabilimento in his tractatibus comprehenſo, praetextum et occaſionem eripi poſſe dixerat: Atqui, inquit, nulla ratione Suecis patrocinii religionum ſpes et praetextus eripi melius poteſt, quam ſi etiam nunc oſtendatur et palam fiat, nihil, in eorum gratiam, religionis libertati acceſſiſſe. Magnus Cancellarius: Incipiant ordinem Dni Electores Proteſtantes a ſe ipſis: ne opprimant Catholicos in ſuis ditionibus: permittant his exercitium. ° Referendarius Regni addebat: In Anglia nulli non ſectae libertas datur: ſola Catholica religio excluditur. Magnus Mareſchallus: Oportet, vt in poſterum ſimus cautiores. Nos non niſi noſtra, quae a maioribus noſtris templa condita ſunt, requirimus. Aliena non ambimus. Dn. Houerbequius: Sereniſſimus Elector, vbi Catholicos reperit in ſuis ditionibus, tolerat, nec premi patitur, vt in Cliuenſi, Halberſtadenſi etc. ditione. Magnus Cancellarius: Sed videamus maiores Sereniſſimi Electoris, qualis ab illis libertas relicta eſt Catholicis? Facta etiam aliqua mentio

„agere, quum Regi et Reipublicae, etiam „nemine monente, vi praeſtiti iuramenti „conſtans propoſitum fuerit, et adhuc ſit, „iſtis conſcientiarum et aliam ipſis competentem libertatem conſeruare.„ Sed Poloni reponebant: Quum Sueci, inter cauſſas belli, ne verbo quidem de religione mentionem fecerint, non opus quoque eſſe, de hac, in pace tangi.

° Haec et talia dicta paullo acerbius. Aegre enim Legati Poloni Houerbequium ferebant, pro Diſſidentibus dicentem, qui, *nouus indigena Regni*, quemadmodum Anonymus loc. comm. adpellat, videretur eorum gratiam aucupari.

** Ariani, aut quemadmodum alias vocantur, Sociniani, in Polonia Pruſſiaque nec nominé, nec pace et ſecuritate Diſſidentium comprehenſi. Sub Ioh. Caſimiro aut ſectam eiurare intra ſtatutum tempus,

mentio Presbyteri Lauenburgici occiſi. Reſpondere Electorales, caedem illam vindicatam eſſe. Palatinus Poſnanienſis: Quidquid in religione facimus, in gratiam fratrum noſtrorum nobilium, cum quibus confoederationem habemus, facimus. Externis pro cura religionis non neceſſaria gratias agimus, eam prorſus et in ſolidum ipſis remittentes. Referendarius Regni ridens dixit: Sueci volunt, vt nulla in religione fiat mutatio apud nos. Et quid? ſi nos vellemus Lutheranam amplecti; conſtricti his tractatibus, non poſſemus. Deinde illi ipſi Sueci forſan Arianis conſultum eunt iſto puncto, propoſitioni ſuae inſerto. ** Sed verba ita concepta ſunt, vt magis noceant illis. Poſitum enim ſibi eſt: *Qui lege publica* etc. His finitis, perrexere noſtri reſponſa ſua, ad alias propoſitiones Suecorum, perlegere. Poſtea etiam Caeſarei ſua reſponſa, ad propoſitiones ipſis datas, legere.*** Legere denique etiam reſponſa ſua Electorales.**** Poſtremo, vt Copiae, ſeu exempla reſponſionum mutuo darentur perlegenda, conuentum eſt.

Die XI. — Conuenit Palatinus Poſnanienſis, Succamerario Pomeraniae et Secretario Legationis comitatus, Legatos Caeſareos, qui moniti ambo, in domo D. Comitis Colourati, exſpectabant aduentum. Primum excuſabat Palatinus, quod, per aliquot dies, nullae habitae cum Legatis Colligatorum conferentiae. Varia

M 2 quippe

pus, aut excedere Regno iuſſi erant, velut haeretici, aduerſus quos in Comitiis An. MDCLVIII. graue edictum Vladislai Iagellonis renouatum confirmatumque. De quo vid. Vnitariorum exſulum Epiſtola, in STANISL. LVBIENICII Hiſt. Reformationis Polonae Lib. III. c. 18. item Ampliſſ. LENGNICHII Hiſt. Pruſſiae P. VII. p. 198 ſq. et Commentar. ad Auguſti III. Regis pacta conuenta p. 16. His ita conſtitutis, Ariani ſeſe tutelae tradiderant Suecorum: quos adeo cauſſam eorum, et in hoc conciliandae pacis negotio, maximopere egiſſe, diſerte teſtatur KOCHOVIVS Climact. II. p. 427.

*** Quae vid. in DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 55 ſq. et in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 659.

**** Vid. in DIARIO EVROP. p. 58. apud LONDORP. p. 660.

quippe intercessisse negotia. Quia enim S. Reg. Maiestas hic adsit, consultationes etiam super Republica huc sequi Regiam Maiestatem, quibus identidem Commissarii detineantur. Postea ad responsa, propositionibus Suecicis reponenda, conuertit sermonem. Actum de iis iam nuper, in sessione publica, et pleraque puncta vltro citroque tum examinata. Ceterum post sessionem, etiam a se et collegis suis, vlterius expensa esse Colligatorum responsa: ac facto examine, in id consensisse Legationem Polonicam, vt nullum equidem responsum a Caesareis Legatis, ad propositiones Suecicas, datum expungatur, aut eliminetur. Tradi quippe omnia ita posse, prout iam concepta sint. Interim tamen eidem Legationi Polonae videri, a Caesareis Legatis, punctum securitatis ita conceptum esse, vt pacis tractatum nimis diu morari posset. * Esse in eo quaedam valde perplexa, et quasi inextricabilia. Vi autem foederis, in id a Colligatis suscepta esse arma, non vt pacem longius arceant, sed vt promoueant. Vi eiusdem foederis, teneri Colligatos aeque commoditatibus Poloniae, quam suis, consulere. His a Palatino dictis, secessere nonnihil Legati Caesarei. Postea, praemissis curialibus, respondit D. Comes Colouratus: Gratum equidem sibi et collegae suo futurum fuisse, si, proxime elapsis diebus, congressus haberi potuissent, quum hi inprimis etiam indicti iam aliquando, postea tamen dilati, ipsos frustra exspectatione suspensos tenuerint. Quod ad punctum securitatis adtineat, quia id Legationi Polonae nimis late sese extendere, adeoque pacem remouere magis,

* Verba Responsi, ad Art. XII. haec sunt: *Cum S. C. Maiestas neminem turbauerit, nullo iure ad cautionem, de non turbando, potest obligari, sed etiam potius praetendere. Quia tamen eius intentiones eo praecipue collimant, vt modus instituatur securae ac perpetuae pacis, quae nec facile nec impune conuelli possit: ideo penes Legationem Caesaream nulla erit difficultas, de iis, quae ad securitatem reciproce*

magis, quam promouere posse, videatur: de eo se amplius cogitaturos, et, vt desiderio Polonicae Legationis satisfaciant, operam daturos. Primos hos esse responsorum conceptus, de quibus, prout res et ratio iusserit, remitti possit. Neque responsa Polonica, quae propositionibus Suecicis reposuerint, ita concepta esse, quin, pro re nata, moderationem admittant. Pacem bonam esse scopum communem: eo omnia consilia a se etiam dirigi: tantum abesse, vt eam morari scientes velint. Postea iidem Legati Caesarei de nonnullis etiam monuerunt, quae propositionibus Polonicis addenda esse putabant: inprimis puncto, quo de renunciatione foederum agitur. * Id ita concipiendum esse, ne in posterum etiam Poloniae facultas foedera defensiua ineundi, aut auxilia contra Suecos quaerendi, praecludatur, si iterum ad bellum prouocarent Sueci Polonos. Deinde in puncto, vbi Serenissimus Rex Poloniae de titulo Regis Sueciae, sibi ad dies vitae in omnibus diplomatibus, litteris, sculpturis etc. vsurpando, cauet, ** addendum putabant, vt eumdem titulum, ab aliis etiam Principibus, recipere Serenissimus Rex possit: ne pacta violata dicant Sueci, si e. g. Imperator Serenissimo Regi daret titulum Regis Sueciae. Repositum quidem est Caesareis, iura et titulos Regum non adeo quidem stricte, ad apices legum, aut praescripta, exigi posse: interim tamen haec monita, ad considerationem ceterorum collegarum, reiecta sunt.

reciproce stabiliendam spectant, postquam intentio Legationis Suecicae ipsis, quoad hoc, specifice innotuerit, tractandi et conueniendi.

* Vid. Responsum Legat. Polonicae ad proposit. Suec. Art. I. in DIARIO EVROP. et in LONDORPII Actis, loc. supra comm.

** Vid Responsum Legat. Polonicae ad Art. III. propositionum Suecic.

*Itum deinde eſt ad Legatos Electorales. Pariter apud hos Palatinus Poſnanienſis excuſauit intermiſſos aliquot diebus, ob varia negotia et impedimenta, congreſſus. Deinde de reſponſis ad propoſitiones Suecicas, ab Electoralibus, datis actum eſt. Ea nimirum interim, a Legatione Polonica, rectius penſitata eſſe. Ceterum in iis limites ſecuritatis nimis late extendi. ° Equidem minime Sereniſſimo Electori accrementa fortunae inuideri: immo ſe omnes eidem impenſiſſime gratulaturos eſſe, ſi, etiam hoc bello, nouis prouinciarum hoſti extortarum acceſſionibus res ſuas augere poſſit. Sed interim, vi foederis, Sereniſſimus Elector noſtris quoque commodis et vtilitatibus conſulere tenetur. Si ſecuritatis terminis adquiſitiones vrbium et prouinciarum comprehendi debeant, difficile et perplexum reddetur pacis negotium. Interim Articulum hunc ſecuritatis, prout a Legatis Electoralibus conceptus eſt, eliminari quidem nolumus: attamen praecautum etiam cupimus, ne idem ille Articulus noſtris rebus atque commodis impedimentum adferat.

Poſtquam haec dixerat Palatinus Poſnanienſis, digreſſi non nihil Electorales inter ſe contulerunt capita. Poſtea reſpondit D. Houerbequius, ſe et collegas ſuos agnoſcere aequanimitatem Legationis Polonicae, quod, etſi ſcrupulum ſuper Articulo ſecuritatis habeat, et aliqua in eo quaſi inextricabilia contineri credat, nihilominus tamen eumdem Articulum, ita vt a ſe poſitus ſit, relinqui atque

* Verba Reſponſi ad Art. IV. propoſitionis Suec. ita habent: *Vbi ad hoc caput peruentum, et Sereniſſ. Rex Sueciae paratus ſit a ſua parte Sereniſſ. Electori reſtituere, quae iuſte deſiderat, ſimulque veris propriiſque dominis ac poſſeſſoribus reddere et euacuare omnia et ſingula loca, quae tum in Pruſſia Regali, tum in Dania, et alibi, praeſidiis ſuis inſeſſa tenet, Ducemque Curlandiae cum Conſorte, Liberis et tota Celſiſſima Familia priſtinae libertati quoad omnia reſtituerit: alte memorata*

atque exhiberi velit. Ceterum non ea mente, nec eo ſenſu, illum a ſe poſitum, vt commoditates Poloniae, multo minus vt pacem impediat, vel moretur. Sereniſſimum Electorem ad commune bonum promouendum longe eſſe proniſſimum: et, quantumuis occaſiones diuinitus iam habeat commoda ſua augendi, nolle tamen haec, cum incommodo Poloniae, augere. Eſſe equidem nunc in eius poteſtate loca quaedam, quae in Suecorum manibus non eſſe, interſit ipſius Poloniae. Et ideo glorioſiſſimae memoriae Vladislaum IV. quum in tractatibus Monaſterienſibus, de relinquenda Suecis Pomerania anteriore, deliberaretur, ne id fieret, per Legatum ſuum interceſſiſſe, * quia, id non fore e re Poloniae, cenſebat. Hanc quippe ſecuram eſſe non poſſe, ſi Suecos habeat adeo vicinos. Non ſolius igitur Sereniſſimi Electoris, ſed ſimul Poloniae ipſius, ſecuritati illo ipſo Articulo proſpici. Repoſuit Palatinus: Intelligimus hoc quidem, ſecuriores nos fore, Suecis quam longiſſime remotis. Sed quia nunc cum aliis etiam hoſtibus bellum, magno Regni et Lithuaniae damno, gerimus: res non patitur, ſecuritatem nunc nimis exactam poſtulando, pacem morari. ** Excellentiae Veſtrae non ad Pomeraniam tantum reſpiciunt: ſed Regis etiam Daniae ita agunt cauſſam, vt ipſi loca omnia erepta velint reſtitui. Equidem Sereniſſimum illum Regem nos quoque deſerere nolumus: certe, quid hactenus eius cauſſa fecerimus, ſatis in luce eſt. Subuenimus ei in Holſatia,

memorata Sua Serenitas nihil intermittet, quo vniuerſalis pacis promouendae ſingulare ſtudium et ardorem publice et reipſa, etiam circa hoc caput, teſtetur.

* Vid. Dn. a MEYERN Acta Pacis Veſtphal. inprimis T. III. p. 775 ſq. vbi exſtant Matth. de Cracouia, Legati Poloni, litterae ſuper ceſſione Pomeraniae. Sed nulla, in his quidem, diſerta mentio Pomeraniae anterioris.

** Conf. PVFENDORF. Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 69.

tia, * aliisque prouinciis et insulis. Si, quos illuc misimus, duces et exercitum domi habuissemus: facilius Moscorum progressus, et nouam Cosacorum rebellionem, impedire potuissemus. Res iubet, vt mutuae consulamus vtilitati, ne, dum alios iuuamus, ipsi periclitemur: considerantes, quantum amiserimus, et quantum porro amittere possimus, nisi nobis cum cura prospexerimus. Dn. Houerbequius: Bello illo, quod iuncti nostris exercitus Polonici gesserunt, multum decessit hosti communi, adeo vt tanto minus etiam Polonicis rebus nocere potuerint. Et tandem eo redactus is est, vt non nisi duo loca habeat in Prussia. ** An, ob duo loca, derelinquetur Rex Poloniae? Serenissimus Elector, quidquid belli reliquum est in Prussia, confectum dare, cum bono Deo, pollicetur, si non nisi tria millia militum sibi, a Serenissimo Rege Poloniae, addantur. Respondit Palatinus: Ad bellum, diutius in Prussia trahendum, deficiunt militi alimenta. *** Regem Daniae deserere nos nolle, toties diximus: sed sic tamen, ne res nostras magis implicari patiamur.

Die XII. — Horis vespertinis, conuenere nostri Legati, cum Legatis Colligatorum. Palatinus Posnaniensis ordiebatur dicere: Credeba-

* Misso in auxilium Stephano Czarnecio, fortissimo belli duce, cum insigni numero equitatus. De quo KOCHOVIVS Climact. II. p. 319. *Conuolauere*, inquit, *ad opus incunctanter sex millia equitatus Polonici, sub Czarnecio Russiae, ac Opalinio Podlachiae Palatinis, in Holsatiam destinati, studio gloriae sequutis ex primaria nobilitate proceribus: quorum praecipui Adamus Dzialynski Bratianensis, Franciscus Czarnkowski Osiecensis, Casimirus Piasoczynski Ostrolecensis, Michael Woynilowicz Krosnensis, Nicolaus Kozubski Litinensis praefecti: Wladislaus Skoraskowski, Hieronymus Pagowski, Ioannes Polanowski, Paullus Borzecki, aliique cohortium optiones.* Et Czarnecii inprimis studio, atque virtuti, quantum pretium Poloni statuerint, adparet ex illo Legatorum Polonorum dicto, apud PVFENDORFIVM loc. comm. §. 64. *Siquid beneficii Poloniae, a Dano, exhibitum sit, id misso in auxilium Czarnecio pensatum.* Conf. §. 69. Nec Danis ipsis eius in

Credebamus difficultates circa reſponſa, Suecicis propoſitionibus reponenda, priuata mea cum Excellentiis Veſtris collatione finiendas eſſe: quum inprimis Articulos Excellentiarum Veſtrarum, qui nobis ſcrupulos mouerant, nollemus expungi, ſed tantum praecauere vellemus, ne res noſtras illa nimis remota, et nimis exacta, ſecuritatis cura implicemus. Interim quia Excellentiae Veſtrae viciſſim aliquos ſcrupulos obiecere, viſum eſt publica adhuc collatione, ſi quid reſtat difficultatum, reſoluere. Caeſariani, quod heri in priuata, cum Palatino et Succamerario Pomeraniae, collatione monuerant de foederibus, repetebant. Et ne Poloniae in poſterum poteſtas praecludatur faciendi foedera, addi volebant haec verba: „Ne per hoc foederibus noſtris quidquam detraha„tur.„ Palatinus: Iam ab initio vereri coepimus, ne, dum per ſcripta agimus, infiniti ſcrupuli circa formalitatem, inter nos, oriantur. Nondum formam ſuam vltimam habent ſcripta haec: ſaepius adhuc, durante hoc tractatu, mutari poſſunt. Itaque non tanta ſcrupuloſitate, circa illa, opus nunc eſt, quanta opus erit, quum tamquam conſummata tradi debebunt partibus. Houerbequius in primo Articulo, * loco verbi *acceſſere*, poni volebat, *pertinent:*


in ſe egregia merita illaudata fuere. Exſtat Friderici III. Regis ad eum epiſtola, ſingularis beneuolentiae clariſſimum documentum, apud PASTORIVM Flor. Polon. Lib. VII. pag. 610. et KOCHOVIVM loc. comm. p. 331. At vero Poloni, in Fionia quoque recuperanda, Danis inſignem operam praeſtiterant: quam Fridericus alia epiſtola celebrat, ad ipſum Poloniae Regem perſcripta. Cuius nondum euulgatae exemplum ſupra, ad Auroram Pacis, p. 41. not.*** adtuli.

** Elbingam et Mariaeburgum.

*** Conf. PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 67.

* Verba ſic habent: *Recipitur primus hic Articulus, — in quo nihilominus ipſo haec obiter adnotantur, ne omiſſio fiat Confoederatorum Poloniae, qui iunctim et indiuiſim, uti Confoederatae Partes Poloniae, ad praeſentem tractatum acceſſere, neque per hoc quidquam noſtris foederibus detrahatur.*

N



tinent: vt ita fibi Poloni liberas manus relinquerent adponendi, quando res feret, Daniae Regem et Hollandos. Ita Suecis praecidetur occafio cauillandi, quafi Rex Daniae, itemque Hollandi effent exclufi. Palatinus: Hollandi tractant fine nobis. Miffus ad illos Legatus nofter * nihil effecit hactenus. Qui hic eft, Deputatus extraordinarius vult intereffe tractatibus. Neque per nos ftat, quo minus interfit: fed Sueci eum pro Mediatore acceptare adhuc renuunt. Mecum ille egit de loco, quem habiturus effet inter nos, in confeffu. Quum Electoralibus nolit cedere, nec hi velint cedere ipfi, poftulat locum aliquem medium, neutri parti praeiudiciofum. ** Quod ad Regem Daniae adtinet, ille quidem fine nobis tractare non vult: fed quia is fere aliunde iam dependet, fieri facile poffet, vt concludat pacem fine nobis, parato excufandi praetextu, coactum fe feciffe. Cancellarius Reginalis: Sueci Racocium et Cofacos includi voluerunt tractatibus. Nos illos exclufimus. Verendum, ne denuo, quos volunt, includi poftulent, fi nos includi aliquos, non Foederatos, velimus. Magnus Cancellarius: Articulus nofter, de quo agitur, non nifi ad Foederatos

* Hieronymus Pinoccius, gente Italus, poftea Regni indigenatum, quem vocant, promeritus: de cuius legatione compluribus infra narraui, Obferu. XIII.

** Nimirum Belgae, aemulati Venetorum exemplum, et ipfi dignitate fuperiores fe Electoribus ferre haud dubitabant. Qua de re, inter Brandeburgicos Belgicofque Legatos, aliquoties ante difceptatum fuerat: primum, in conuentu Stumdorfenfi, cui ad promouendam pacem intererant. Vid. OGERII Ephemerides p. 375. fq. PVFENDORF. Rer. Suecic. Lib. VII. §. 157. AITZEMA loc. comm. T. II. p. 257. Relatum inuenio in LINACI VAVCENNAEI, (*de l'auciennes*) Commentariis, de rebus Suecicis, T. II. p. 209. Legatum Brandeburgicum, (erat is Sigifmundus, e Brandeburgi Marchionibus, Electoris patruelis,) adeo ira in Belgam exarfiffe, vt vix manibus temperaret. Ita habent verba: *Le Sieur Clef,* (Kleuft) *Ambaffadeur en Suede pour cet Electeur, dit un jour au Sieur Chanut, — qu'en la Negociation de le Treve, où le Comte d'Avaux eftoit pour le Roi, un Marquis de Brandebourg, Ambaffadeur de*

ratos noſtros pertinet: Rex Daniae, poſt pacem Rothſchildianam, *** non eſt Foederatus. Palatinus: Monui ab initio, pugnas verborum et legis vitandas nobis eſſe, ne in infinitum procedant ſcrupuli. Satis aperte declarauimus mentem noſtram, nos deſerere Regem Daniae nolle; ſed ita tamen, ne, ipſi auxiliando, res noſtras implicemus, aut in periculum adducamus. Ille alienis nexibus ita obſtrictus eſt, vt iam fere non agat, quod vult, ſed quod volunt alii. Dns Houerbequius: Accedimus ad punctum, quod nos proprie tangit, nimirum, vt caueatur, ne amneſtia quidquam praeiudicet foederi, quod inter Reg. Maieſtatem Poloniae, et Sereniſſimum Electorem, initum eſt Bidgoſſiae. Palatinus Poſnanienſis: Si vnius foederis ſpecialis mentio fieret in punctis, facienda etiam foret aliorum. Mallemus abſtineri potius a nimia ſcrupuloſitate. Superfluae iſtae cautiones, et dubitationes, poſſent nobis quoque dubitationes iniicere. D. Houerbequius: Propter Suecos mouemus hunc ſcrupulum, ne, vi iſtius Articuli, ſi non bene limitaretur, Elbingam quoque in priori ſtatu velint relinqui. Cancellarius Pomeraniae: Bonam intentionem, quam vtrimque habe-

 mus

de l' Electeur, avoit fait quitter le pas à au Bourguemeſtre d' Amſterdam, Ambaſſadeur des Eſtats, l' ayant menaſſé de lui donner un ſoufflet, ſ' il ozoit le conteſter. Cuius rei ſit penes auctorem fides. Recruduiſſe autem controuerſiam eam. An. MDCLII. in conuentu Lubecenſi, praeter LINACVM VAVCENNAEVM T. III. p. 88. ſq. teſtantur PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. IV. §. 36. atque AITZEMA l. c. T. III. Neq; in Oliuenſi pacificatione prorſus inter vtramque partem conueniebat: quamquam Brandeburgici Hoenarto Belgae, ſi ad pacis arbitrium admoueretur, locum concedere digniorem conſtituerant, *quod ſequeſtri delatus honos nil huic praerogatiuae det, reliquorum dignationi nihil deroget.* Vid. PVFENDORF. loc. comm. §. 36.

*** In tabulis pacis. Art. II. apud DVMONTIVM Corp. Dipl. T. VI. P. II. p. 205. diſerte cautum: *Ab vtraque parte tollantur et reiiciantur omnes confoederationes cum aliis Poteſtatibus, Regibus, Principibus, Statibus, ac Rebuſpublicis quibuſcumque, in alterutrius partis detrimentum aut noxam initae et ſancitae.*

mus de foedere ſeruando, bonis etiam et conuenientibus verbis exprimamus. Magnus Cancellarius: Si adeo ſpeciales et expreſſas declarationes ſuper foedere, quod tamen iuramento firmatum eſt, poſtulant, poterimus et nos mouere ſcrupulos, et poſtulare declarationes. Palatinus Poſnanienſis aiebat: Declarent ſe viciſſim Excellentiae Veſtrae, primo, nolle Sereniſſimum Electorem includi ſe Elucidationi tractatus Elbingenſis, quum illum Hollandi expreſſe incluſerint.* Declaret ipſe Sereniſſimus Elector, ſe nolle huic tractatui Elbingenſi in Dania iterato includi, prout priori tractatui Elbingenſi includi ſe nolle declarauit. Secundo: tractatur iam in Dania, de pace. Quodſi iidem Hollandi pariter iis tractatibus Suam Serenitatem includi vellent: declarare ſe Sua Serenitas deberet, ſe iis includi nolle. Habet Sua Serenitas cum Rege Daniae foedus. Rex Daniae nobiſcum non habet. Metui itaque forſan poſſet, ne is, excluſis nobis, illum includeret ſuis tractatibus. Tertio: actionum equidem alienarum rigidi cenſores eſſe nolumus, multo minus fortunae Sereniſſimi Electoris inuidere. Sed interim tamen ſecuritatis Articulum ita declarari cupimus, ne pacem noſtram impediat. Bellum, vi foederis noſtri, in Pomeraniam translatum eſt, non ad adquirendas prouincias, ſed promouendae pacis cauſſa. Ergo declarent ſe, an, ſi ita neceſſitas pacis requirat, Pomerania cedere velit Elector."

Digreſſi

* Adſcribam verba, ex formula Elucidationis, apud LONDORPIVM T. VIII. p. 667. *Cum autem de voluntate ciuitatis Gedanenſis circa negotium hoc incluſionis conſtare debeat, promittunt Deputati Plenip. uniti Belgii, ſe Contenta huius Articuli explicatorii Senatui dictae ciuitatis primo quoque tempore perſcripturos, quo quantocyus incluſionem acceptare poſſit: quam acceptationem, vt eius fructum percipere queat, ſignificare tenebitur, et quidem intra ſpatium menſis proxime inſequentis eum diem, prout ipſi in legitima et debita forma notificatum communicatumque fuerit. Intra quod temporis ſpatium et Elector Brandeburgicus mentem ſuam ſuper incluſione declarare obſtrictus erit, vt eius commodis ac bene-*

Digreſſi aliquantum ſunt Electorales. Quum rediiſſent ad menſam, D. Houerbequius reſpondit: Noſtri ſcrupuli nullam penitus diffidentiam, erga Sereniſſimum Regem et Regnum Poloniae, ſpirarunt: ſed omnes difficultates, quas mouimus, motae ſunt propter Suecos, vt illis praecludatur facultas et occaſio exceptiones poſtea aliquas faciendi. Contra autem tres illae quaeſtiones aliquam diffidentiam ſapere videntur. Quae vtique non poſſet non magno moerore adficere Sereniſſimum Electorem: et in ignominiam eius quodammodo cederet eiuſmodi dubitatio. Rogamus itaque, vt nihil, niſi optima, exſpectare a Sereniſſimo Electore velint, et perſuadeant ſibi firmiſſime, nihil facturum Sereniſſimum Electorem in Sacrae Regiae Maieſtatis et Regni Poloniae damnum. Palatinus: Non fuit nobis animus, eiuſmodi ſcrupulos aut ſuſpiciones mouere, etſi habeamus cauſſas mouendi. Fit enim in Elucidatione tractatus Elbingenſis expreſſa mentio Sereniſſimi Electoris. *** Magnus Cancellarius: Si in primo tractatu Elbingenſi declarauit ſe Serenitas Sua, nolle ſe illo includi, nunc circa Elucidationem idem faciat. Et vt ea in re nobis declaratio fiat, rogamus. D. Somnitz: Faciunt hoc noſtri Sereniſſimi Electoris Miniſtri, in Hollandia: reclamant ibi iſti incluſioni. Deinde non includetur Sua Serenitas Electoralis iſti Elucidationi, niſi ſi etiam tractatus noſtri fuerint concluſi. Palatinus Poſnanienſis: Quan-

beneficio gaudere ac frui poſſit, idque praeuia tractatione, et reconciliatione, cum Sac. Reg. Mai. Sueciae facta. Erant autem Polonis pacta Elbingenſia, ſuper commerciis et vectigalibus, in mari Balthico, omnino inuiſa, quod iuribus illorum atque commodis nimium quantum officerent.

** Haec tum ore prolata, deinde et ſcripto expoſita ſunt: cuius formulam habet Anonymus, ad diem XIII Februarii. Minae etiam additae de reſcindendis pactis Velauienſibus, Pruſſiaque Ducali in priſtinum ſtatum vindicanda, ſi pergerent Electorales maturandae pacis negotium extrahere. Quae quanto magis inexſpectata, tanto grauiora iis viſa ſunt.

*** Verba ſupra exſcripſi not. *

doquidem reclamant isti inclusioni Ministri Electorales, nos bono adfectui eorum credere, et eo contenti esse debemus. Sed quod ad Elbingam adtinet, ad eam recuperandam Serenissimus Elector arma ipsa sua, cum cura sufficiente, adplicare debebat. Dns Hobequius: Offert Sua Serenitas arma sua, nec nisi tria millia a Rege et Regno iungi sibi postulat in auxilium. Cancellarius Magnus: Rebus Danicis ne nimium nostras implicare velint Electorales: nos in vsum et commodum nostrum conciliauimus nobis Serenissimum Electorem, data illi superioritate Prussiae, Elbinga oppignorata etc. etc. Quum iterum, de Pomerania, mentio iniiceretur, et quam* Poloniae intersit, ipsius etiam Diui Vladislai IV. iudicio, eam a Suecis non possideri, respondebatur a Magno Cancellario, talia facilius locum inuentura fuisse, nisi Moscus totam prope Lithuaniam nobis eripuisset. Iam compassionem meremur. Ad hunc modum, quum inter se nostri et Electorales Legati disceptassent, tandem Secretarius Legationis Polonicae legere iussus est correctio-

* Quae exstant in DIARIO EVROP. loc. comm. p. 32 sq. et in LONDORPII Actis T. VIII. p. 656. Praeterea Anonymus ad h. d. acrem super restituenda Liuonia disceptationem, quam ipse esset cum Legato Mediatore ingressus, exposuit. Hunc ita professum, si iure contenderetur, litem, secundum Polonos, datum iri: enimuero Regibus ius esse in armis situm: his se tuituros Suecos, his Liuoniam repetituros. Cui grauiter, et pro rei Suecicae, quae tum erat, conditione responsum. — Sed nihil opus est singula in praesenti commemorare. Conf. DIARIVM CVRON. ad h. d. Vindicias autem Liuonicas, (*Defensa Liuoniae*) ex Codice Zalusciano depromtas, in Actis Pacific. No. XXXII. reddidi. Insequutis diebus, quamquam publici conuentus nulli habiti, non tamen intermissae a Polonis sunt priuatae consultationes, et cum Legato Gallo colloquia: de quibus secundum Anonymum praecipua, quando non vacat vniuersa, summatim tradam. — Die XIV — in consessu, apud supremum Regni Mareschallum, consilia agitata sunt longe grauissima, de pacis negotio maturando; de cessione Liuoniae; item de modis, (Anonymus *gradus* vocat,) in ea tenendis: quales is ipse plures proposuerat: ante omnia, quinam praeferendi tractatus, Moscici, an vero Suecici, viderentur. Et rationibus subductis, pro his quidem sententia valuit. In Consilio Regio, quod habitum

correctionem Articuli, de amnestia, quam paratam iam adtulerat, talem nempe: *Saluo foedere perpetuo, Bidgoſſiae concluſo, et in Comitiis generalibus confirmato.* Ita ſoluta ſeſſio eſt. Poſtea, aliquam multis diebus, nulla ſeſſio habita eſt.

Die XIII. — Adtulit Legatus Mediator replicationes Suecorum, ad reſponſa noſtrorum.

Die XIX. — Habuerunt noſtri Legati, cum Legatis Electoralibus, conuentum. In quo Legatus Mediator primum de ſecuritate, ad tria milliaria, mutuo procuranda egit. Secundo, idem Mediator reſponſum adtulit ad Memoriale, antehac oblatum. Reſponſi titulus erat: *Acceptatio et reſpectiue Remonſtratio*, etc. °° In eo de ſaluis conductibus, de Richardo, tribuno Suecico, in Pruſſia Ducali detento, °°° de hoſpitiis, extra Dantiſcum capiendis, de praeſidio Brodnicenſi, °°°° de Racocio et Coſacis, ad tractatus admittendis, item de ciuitatum Nunciis non excludendis, agebatur. Tertio, de tardiore tractatuum progreſſu queſtus, accelerationem poſtulabat.

habitum fuerat horis antemeridianis, de Schlippenbachio, Legato Sueco, relatum eſt, petiiſſe eum, ſibi vt liceret, cum Polonis, ſecreto congredi, expediendis difficillimis pacis conditionibus. Id quod datum illi fuit: quamquam talis petitionis occulta cauſſa facile intelligebatur, aduerſa ea Foederatis. Conf. PVFENDORF. Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 72. — Die XVIII. — Legati Poloni cum Legato Gallo ſunt colloquuti. Quae tum vtrimque dicta, maximam partem ipſe PASTORIVS, ad diem inſequentem, retulit. Igitur actum agere nolim. De rebus Curonicis, per hos dies agitatis, vid. DIARIVM CVRON. ad d. XV — XX.

** Formula ipſa legi inferius poteſt, in Actis Pacificationis N. XXXIV.

*** Is, ad Carolum Guſtauum miſſus perferendis Legatorum Suecicorum epiſtolis, in itinere interceptus Pillauiae fuerat, ac dein Regiomontum abductus. Cuius de captiuitate Legati iam ante queſti in Grauaminibus, ſuper non praeſtita ſecuritate poſtarum et litterarum: quae in Codice Zaluſciano legimus. Et lubet inde verba haec adponere: — *Effectus eius rei adeo nullus, vt potius Colonellus Reichart, eo quod quendam litterarum noſtrarum ad S. R. M. faſciculum rogatu noſtro ſecum tuliſſet, primum in Pillauienſi portu arreſtatus, deinde Regiomonti captiuus detentus ſit, nec adhuc vel ille liber dimittatur, vel litterae noſtrae inuiolatae reſtituantur.*

*** ſ. Strasburgenſi: de quo paullo inferius commemoraui.

poſtulabat. Quarto, ex ſua parte aliqua, quae ad promouendos tractatus facerent, proponebat, in hunc circiter ſenſum: Poſt inſumtam temporis moram adeo magnam, non minus longe adhuc diſtare partes, et fere implicari magis tractatus hactenus, quam explicari. Potiſſimum vero per ſcripta laedi atque acerbari magis animos. Magnas moleſtias primis mox propoſitionibus, non minores datis ad eaſdem reſponſis, concitas. Et pares difficultates in poſterum quoque metuendas. Scripta igitur eiuſmodi ſe non amplius recepturum: et per ſcripta nolle amplius agere Suecos. Ceterum ſe, de inueniendis temperamentis, quibus tractatus promoueri poſſit, ſollicitum, ea, quae in mentem ſibi ea in re venerint, nunc propoſiturum. Primum, ex parte Poloniae, vrgeri poſſe et debere reſtitutionem omnium bonorum in Pruſſia et Curlandia; reſtitutionem item Ducis Curlandiae, item omnium Actorum, Archiuorum, aliarumque rerum ablatarum. Ex parte Suecorum, vrgendam ceſſionem et reſignationem iuris, quod Sereniſſimus Rex Poloniae habeat, in Regnum Sueciae, item in omnia bona hereditaria, paterna et materna; ceſſionem porro Liuoniae, iis limitibus determinatae, quibus eam Suecia, ante hoc poſtremum bellum, poſſedit; ceſſionem denique Pomeraniae, et aliorum locorum, a Foederatis occupatorum. Addebat idem Mediator,

* Satis conſtat, in induciis, Anno MDCXXIX inter Guſtauum Adolphum et Sigiſmundum Reges ſancitis, permiſſam Suecis Liuoniam, quam late occupata victricibus armis eſſet. In conuentu Stumdorſiano, poſtulatum quidem ab Vladislao IV. Rege, ea vt reſtitueretur Poloniae; *vel certe arx, vel vrbs, vel inſula aliqua in Liuonia illa relinqueretur; vnde fides Liuonibus fieret, Regem Poloniae illorum recuperandorum ſpem non abieciſſe.* Vid. OGERII Ephemerides p. 322. Sed nihil eorum quidquam impetratum eſt. In pactis enim ipſis conſtitutum: *Liuoniam vtraque pars, vti praeteritis ſexennalibus induciis poſſedit, ita hiſce quoque poſſideat.* Similiter in Lubecenſibus, ſuper pace, tractationibus, denegata Polonis reſtitutio

diator, fateri ſe, ſi ſecundum ius ſtrictum agi debeat, habere Sereniſſimum Regem et Regnum Poloniae, cur in reſignationem Regni Sueciae non adeo facile poſſit, aut debeat, conſentire. Ceterum pluſquam ſexaginta annis ius illud nullo fere profectu vindicatum, Regnumque repetitum eſſe. De Liuonia etiam, in prioribus iam tractatibus ſollicite ſatis actum: rem tamen, ad impetrandam reſtitutionem, perduci non potuiſſe.[*] Nunc rem eamdem ab aliis perſonis pari cura, non diſpari etiam, quod ad reſtitutionem Liuoniae adtineat, animorum inclinatione agi: ſed Legatos Suecicos expreſſe adfirmare, interdictum ſibi, de Liuonia, (intellige, ita vt ante hoc bellum a Suecis poſſeſſa ſit,) reſtituenda mentionem vllam facere, vel audire. Optandam equidem potius pacem, quae nullius prouinciae diſpendio conſtet. Interim, quum Liuonia tam diu iam caruerit Polonia, minus iam acerbam fore eius iacturam. Pacem vel iniuſtam bello etiam iuſtiſſimo vtiliorem a Cicerone,[**] cui et alii conſentiant, iudicari. Iuſte, an iniuſte, vel bella haec geſta, vel prouinciae occupatae repetitaeque ſint, non eſſe Mediatoris dicere.[***] Ei in talibus potius dicendum, *Non liquet*: vel etiam, *Non licet.*[****] Quod ad ſecuritatem pacis adtineat, de ea iure quidem agi, ſed circa finem tractatuum. Naturali ordine potius ad τὸ *eſſe*, quam ad *tale eſſe*, reſpici. Vbi recte et feliciter

proceſſerint

tio Liuoniae. Rem omnem paullo curatius expoſui infra, Obſeru. X.

** CICERO ad Atticum Lib. VII. Ep. 14. in f. *Equidem pacem hortari non deſino: quae vel iniuſta vtilior eſt, quam iuſtiſſimum bellum.* Prorſus in eamdem ſententiam, ad Diuerſos, Lib. VI. Ep. 6. *Quid ego praetermiſi aut monitorum, aut querelarum, quum vel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferrem?*

*** Conf. TREVERI Diſſ. de prudentia circa officium pacific. inter gentes.

**** LVCANVS Pharſal. Lib. I. v. 126.
— — — *Quis iuſtius induit arma,*
Scire nefas: magno ſe iudice quiſque tuetur.

processerint tractatus pacis, circa securitatem eiusdem non fore difficultatem magnam. Communem vsum et morem, ea in re, seruatum iri, etc. Postremo orare se, atque obtestari, vt haec, quae pacis promouendae studio adferat, non minus beneuola, quam adlata sint, manu recipiantur, et vt Dni Legati omnes de animo suo, in rem ipsorum, et in bonum pacis propensissimo, optime sint persuasi.

Magnus Cancellarius, nomine Legationis Polonicae, Legato Gallico gratias agebat pro opera, quam adeo gnauam ad promouendum pacis negotium conferat: digna gloriae praemia, ab ipsa etiam grata posteritate, olim recepturum, etc. Quae autem ad pacem, inter partes conciliandam, proposuerit capita, ea tam grauis esse momenti, vt vlteriorem deliberationem requirant: et de iis necessario sibi, cum Legatis Colligatorum, conferendum esse. Quum Legatus Mediator abiisset, venere Legati Caesarei, quibus Palatinus Posnaniensis breuiter, Cancellarius vero Lithuaniae, qui dicta a Legato Mediatore adnotauerat, latius omnia exposuit. Ac circa punctum, de saluis conductibus, et inprimis de Richardo, tribuno, qui ab Electoralibus Regiomonti detineatur, * agi illico coeptum est, cum Legatis Electoralibus. Hi respondebant, illum ante aduentum suum arresto innodatum, nec vllum vmquam a Legatis Electoralibus saluum conductum habuisse. Deinde ad punctum hospitiorum visum est ita respondere: Legatos primis diebus hospitia sua,

* Vid. supra p. 103. not. ***

** Id quod postulauerant Sueci, specie maturandi negotii, quod extraheretur, hospitantibus, in vrbe, reliquis Legatis; reuera, ne qua in parte iis inferiores viderentur. Igitur Poloni in vicum Strissam concedebant; Brandeburgici Flemingshoffium, haud procul ab monasterio Oliuense: Caesarei propter Colourati valetudinem, fere Gedani haerebant. Conf. PVFENDORF.

ſua, in pago deſtinato, fixuros atque ibi, prout et quamdiu neceſſarium eſſe viſum fuerit, habitaturos. [**] Quoad praeſidium Straſburgenſe, [***] poſtulabant noſtri ſatisfactionem ab Electoralibus, quum illorum ſecuritati Rex Sereniſſimus et Mareſchallus Lubomierſcius, cauerint. Reſpondebant Legati Electorales, praeſidium illud, et eius caput Pleitnerum, non tenuiſſe viam praeſcriptam. Id quod ipſis contigerit, extra terminos definitos deprehenſis, culpa ipſorum contigiſſe. Interim conſtitutum promiſſumque, Legatos Electorales velle ſollicitare reſtitutionem Pleitneri, et eius militum. Tandem media pacis, ab eodem Mediatore, ex proprio ſenſu et mente propoſita, repetebat idem Cancellarius Lithuanicus. Quibus expoſitis, addebat Palatinus Poſnanienſis, vt de tot et tanti momenti capitibus recte deliberari poſſit, certum aliquod temporis ſpatium dandum determinandumque eſſe. Quaerebant Caeſariani, an tutum ſit, dare abſoluta aliqua reſponſa ad mera et quaſi priuata Mediatoris iudicia? Viſum eſt, vt Caeſarei Legati ſua reſponſa oretenus Legatis Polonicis committant, qui ea oretenus delaturi ſint Mediatori. Quaeſitum etiam obiter, quid ſuperioribus his diebus Mediator egerit? num quid priuatim propoſuerit? etc. Reſponſum, nullam cum illo habitam conferentiam. Poſtea Caeſarei Legati ſcrupulum adferebant, ſuper Articulo IV. reſponſionum Suecicarum, vbi aiunt Succi: „Ne heterogenea miſceantur, ceteroquin ſe pacis aequae et ſimul tractandae cupidos „eſſe.

PVFENDORF. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VII. §. 8.

*** Paullo ante Polono vocabulo *Brodnicenſe* adpellauerat. Id autem praeſidium, quum deditionis lege a Polonis eſſet Elbingam deducendum, a Brandeburgicis interceptum, atque Brunsbergam, in captiuitatem, fuerat deductum. Iuuabit rem omnem ex PVFENDORFII Commentar. de rebus Caroli Guſtaui. Lib. VI §. 73. item de rebus Friderici Wilhelmi, Lib. VIII. §. 36. adcuratius cognoſcere.

esse. „ * Ambigua et obscura haec verba esse, adeoque postulandam, per Mediatorem, a Suecis elucidationem: nec progrediendum vlterius in tractatu, antequam elucidatio haec adlata fuerit. Simul mox lectum est scriptum, quo postulatum hoc suum, de elucidatione, comprehenderant Caesarei Legati. ** Hi monstrabant quoque litteras, a Bioerenclauio, Ministro Suecico, ad Comitem *de la Garde*, ex Gallia, die XXVIII Decembris scriptas: in quibus ille memorat, Regem Galliae exercitum in Germaniam, auxilio Suecorum, missurum, nisi pax hic fiat ante Martium. *** Hinc coniici posse, qua sinceritate et Rex Sueciae, et Rex Mediator, vel potius eius Minister, Mazarinus, pacem hanc tractet. Rex Sueciae fortassis hic tantum simulate pacem tractat, quo Gallis persuadeat, se bellum in Germaniam translaturum, adeoque sic in Germaniam Gallos etiam pertrahat. Si id, cum Rege Sueciae, agitat Cardinalis Mazarinus: iugulat pacem hanc nostram, adeoque frustra hic laborat Minister Gallicus. Cum hoc itaque, ea de re, serio agendum, vt liqueat, qua sinceritate pacis negotium tractetur. Respondit Palatinus Posnaniensis, a Legatione Polonica nihil earum rerum, quae ad commune bonum pertineant, omissum iri. His actis abiere Legati Caesarei.

Rediit

* Dabimus ipsa verba Art. IV. ex Responso, ad propositionem Legationis Caesareae: prouti editum est in DIARIO EVROP. pag. 44. et apud LONDORP. pag. 657. Ita habent illa: *Pacis aequae, simulque cum omnibus concludendae, studium ex parte S. R. Mai. Sueciae nunquam deerit. Cum vero subiecta belli pacisque materia, eiusque complanatio, non parum inter se discrepent; tantum hic praecauetur, quemadmodum in generali Declaratione Suae R. Mai. Croneburgi die* XX *Iunii nuper elapsi anni, publicae luci data, expresse continetur, ne, Tractatum praesentem et genuinum cum heterogeneis confundendo, pax impediatur, aut in longiorem moram trahatur.* Conf. Declaratio R. M. Sueciae, de propensione sua, in pacis tractatus etiam vniuersales, apud LONDORP. p. 560 sq.

** Vid. in DIAR. EVROP. p. 62. et in LONDORPII Actis p. 661.

Rediit poſtea Legatus Mediator. Cui Palatinus Poſnanienſis dixit: Ea, quae paullo ante Mediator in negotio pacis adtuliſſet temperamenta, communicata quidem iam eſſe cum Legatis, qui a conuentu illo abfuiſſent. Ceterum, quia propoſitiones illae ſint magni ponderis, interuallum aliquod temporis, ad deliberandum, Legationem tam Polonicam, quam Colligatorum capiendum ſibi duxiſſe. Adeoque vlteriori collationi, dandaeque hinc reſponſioni, diem Sabbathi proximum deſignatum. Deinde eidem Mediatori propoſita eſt ambiguitas Articuli IV. reſponſionum Suecicarum: vbi, quid per *heterogenea non miſcenda* intelligant Sueci, ſcire velint Caeſarei Legati: qui etiam, in id, certum ſcriptum reliquerint, Mediatori inſinuandum, quo ambiguitatis illius explicationem petunt. Id ſcriptum vt Mediator offerre Suecicis Legatis velit, rogare Legationem Polonicam. Mediator obtulit operam. Sed et ſtatim Suecorum mentem, quantum in ſe eſſet, explicare ſtudebat. Nimirum dixiſſe Suecos, ſe omnino cum Foederatis Poloniae ſimul tractare paratos eſſe. Interim res Imperii ipſos Legatos Caeſareos ad Comitia Germanica relatas voluiſſe,**** e. g. punctum ſatisfactionis, ſecundum tractatus Monaſterienſes, et ſimilia. Et ad talia haud dubie vocem *heterogenea*, in reſponſione

 Suecica

*** Praeſtat illas ipſas legere, ex Codice Zaluſciano deſcriptas, in Actis Pacific. No. XXXV. Ceterum Imperator, ea de re, et antea per Petrum Strozzam Comitem egerat, ſigillatim cum Electore Brandeburgico: cui, teſte PVFENDORFIO, Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 63. viſum fuit. *quia Mazarinus de triginta militum millibus, proximo vere, Sueco in auxilium mittendis, minas ſpargat, prouidendum eſſe, vt Gallus intra limites ſequeſtris ſe teneat. In omnem euentum paria auxilia, ab Hiſpano ſtipulanda.* Vrgebat autem Galliae Rex pacem, inter Polonos ac Suecos, hos vt tanto facilius in Auſtriacos immitteret.

**** In Reſponſo, ad propoſitiones Legat. Suecicae. Verba ſic habent: — *Haec ad hoſce tractatus non ſpectare, nec cum moderno bello connexitatem habere, adeoque his alienis diſſitiſque materiis praeſens pacis negotium inuolui non poſſe, nec debere:*

Suecica pofitam, refpicere. Cancellarius Lithuaniae quaerebat ex Legato Mediatore, num fuper iis temperamentis, quae adtuliffet, mentem Suecorum exploraffet? Negabat. Interim tamen non dubitare fe, quin efficere poffit, vt ea confentiant. *

Die XXIII. — Habita feffio eft, cum Legatis Foederatorum. Palatinus Pofnanienfis excufabat primum moram feffionis, cuius cauffam praecipuam aiebat, quod exfpectatum fit refponfum Suecorum ad fcrupulum Caefareorum, nuper motum fuper Articulo IV refponfionum Suecicarum, de heterogeneis. ** Legatus Colouratus, antequam ad alia defcenderetur, monuit de fecuritate hofpitiorum, extra vrbem. Sparfim iam per agros habitandum. Quum itaque Sueci, vltra faluos conductus ordinarios, aliis a Sereniffimo Rege Poloniae litteris fecuritati fuae cauerint, fe idem a Maieftate Sua petere: non nifi fub fide Regia fe ruri habituros. Et eadem Regia auctoritas, apud Suecos, efficiat, vt talem nobis fecuritatis cautionem

debere: vti nec integrum eft, ea, quae publicum Imperii ftatum concernunt, falua eiusdem Imperii dignitate et iurisdictione huc euocari.

* Haec in conuentu publico acta. In Confilio Regio, quod Anonymus ad h. d. memorat, legatio, ad Regem Galliae decreta fuit. Sed fuper Liuonia vehementer difceptatum: quam plerique, pacis promouendae cauffa, omnino cedendam Suecis rebantur. Neque Rex valde renuebat. Vnus fere, qui haec prodidit, Cancellarius Lithuaniae, (is enim profecto eft auctor Diarii Poloni faepius laudati, faepius laudandi,) is vnus contra nitebatur, multis ac validis rationibus. Non effe duntaxat in tam arduo negotio feftinandum: non adterendum patrimonium Reipublicae: effe e contrario obfirmandos animos, in primifque gradus, fiue modos, tenendos eos, quos ipfe propofuiffet. In his praecipui tres: 1) Aut Regi Sueco, pro reftitutione Liuoniae, foluendam effe certam pecuniae fummam: 2) aut ineundas, fuper Liuonia, quindecim annorum inducias, quales inter Galliae atque Hifpaniae Reges, fuper Catalonia, effent conftitutae: 3) aut Liuoniam Carolo Guftauo, vfque ad obitum ipfius, cedendam. Quibus penfitatis, ad extremum eius fententia adfenfu comprobata eft: idque negotii potiffimum ipfi concreditum. — Ceterum, per illud tempus, *informationem fuper Liuonia* Felkerfamius, Curlandiae Cancellarius, Legatis Polonis tradidit: quam communicatam cum Legato Gallo (neque enim diuerfam reor.) Anonymus Diario ad d. XXIII Februarii inclufit. Ego vero in Actis Pacificationis No. XXXIII repetii.

cautionem praeſtet. Poſtquam noſtri Legati dixiſſent, non eſſe periculum vllum timendum inſlari talibus Sueços: docere illum fallere, qui falli timuit: tandem promiſit Cancellarius Magnus, ſe a Sereniſſimo Rege impetraturum, quod vellent Caeſarei.

Poſtea de modo per ſcripta agendi diſceptatio fuit, dicente Magno Cancellario, partem aduerſam illum modum omnino recuſare: neque videri ſibi ideo abrumpendos tractatus. *** Interim cum Legatis Colligatorum prius, ea de re, agere voluiſſe Legationem Polonicam. Caeſarei pro retinendo iſto per ſcripta agendi modo, cuius in poſſeſſione iam ſint, multa regerebant: non eſſe hoc longius iter, vt Sueci et Mediator dicat, ſed expeditius, melius: ita conſtare poſſe, per quem ſteterit vel mora, vel, (quod Deus auertat!) abruptio tractatuum: non eſſe cedendum hac in re, et quaſi collum ſubmittendum Suecis, etc. Dns Colouratus praeterea mentionem faciebat duorum ſcriptorum, quae a Suecis emiſſa

** Id demum exhibitum, hoc ipſo die XXIII Februarii. Exſtat in DIARIO EVROP. pag. 65. et apud LONDORP. loc. comm. Verba autem dubia ab Suecis explanata prorſus in eamdem ſententiam, quam Lumbranus diuinauerat. *Verba,* inquiunt, *in Reſponſo ad Articulum quartum.* „Pacis ac belli materia etc.„ *item* „Tractatum genuinum cum heterogeneis etc.„ *idem indicant, quod in Reſponſo DD. Caeſarianorum dicitur de alienis diſſitiſque materiis.*

*** Cauſſae recuſationis a Suecis reddebantur in primis hae: *Quod tali ſcriptorum reciprocatione non ſolum multum temporis tereretur, ſed et per aculeos hinc inde adſperſos animi non parum exacerbarentur.* Vid. PVFENDORF. Rer. Brandeb. Lib VIII. §. 62. Quam in ſententiam ipſi quoque Poloni inter ſe, et cum Legato Gallo, conuenerant, aduocabantque exempla ſuperiorum temporum, quibus et ſexennes induciae. et Stumdorfianae, eſſent ſine ſcriptis expeditae. Enimuero his et talibus in ſpeciem iactatis ratio ſuberat arcana haec, *vt hoc modo clam negotium ſuum perficere poſſent: quo abſoluto Foederatis ſequendi neceſſitas eſſet.* Ita PVFENDORFIVS loc. comm. Et ſane in colloquio priuato, quod hoc die, inter Legatos Polonos et Gallum, habitum Auctor Diarii Poloni diligentiſſime expoſuit, diſerte conſtitutum, vt publica in conuentu publico, tractarent, ſecretiora, remotis Foederatis, cum ipſo ſoli agerent, tamquam intra velum. Praeterea in colloquio eo rurſus, ſuper Liuonia, contrariis ſententiis certatum eſt. Porro de foedere quaeſitum, cum Suecis aduerſus Moſcum ſanciendo: item de ſecuritate et ſponſione pacis.

emiſſa reptent per vrbem, iniurioſa admodum in Domum Auſtriacam, et Electorem Brandeburgicum. Electorales pariter, pro eodem illo per ſcripta agendi modo, multis rationibus, pugnabant. Reſpondebatur a Palatino Poſnanienſi, iam ab initio recuſaſſe Suecos et Mediatorem, agere per ſcripta, neque rebus, quae moram tractatibus adferre poſſint, inſiſtendum adeo ſcrupuloſe. Res Lithuaniae, et Vcrainae, celerem maturationem conſiliorum requirere. Adeoque compendioſius agendum, et aut abrumpendos, aut concludendos eſſe tractatus. Idem alii vrgebant, iniicientes ſimul de Rege Daniae, tractaſſe illum, quum in periculo eſſet, ſine Polonia. Iam Poloniam in ſimili fere periculo eſſe. Iure adeo eam ſibi conſulere, cauſſis omnibus morarum praeciſis. Dns Liſola: Si aliter fieri non poteſt, agatur et oretenus, et ſcripto, ſed pauciſſimis verbis. Rationes ſermocinando diſceptentur. Electorales etſi aegre modum deſererent, de quo ad Sereniſſimum Electorem iam ſcripſiſſent, cuique iuſſi eſſent porro inſiſtere: tamen D. Liſolae conſilio accedere ſe velle profitebantur. * Cancellarius Lithuaniae: Nouem iam ſeptimanae hic tranſactae, et vixdum vltra initia tractatuum proceſſimus: vt ſimili cunctatione, et certamine verborum, continuemus, res noſtrae nobis non permittunt. Abrumpendae omnes morae: et hic ipſe modus, de quo agitur iam, ne nobis obicem amplius ponat, diſpiciendum. Quod tali temperamento fieri poteſt. Quae nos hic inter nos, poſt rationes vltro citroque ventilatas, concludemus, ſtatim hic breuibus in chartam coniiciantur, exhibeanturque Mediatori. Is ſubſcribat nomen

* PVFENDORFIVS loc. comm. *Quum et Caeſarei Polonis adſtipularentur, noſtris quoque vitandae ſeparationi cedendum erat. — Et Elector ſuis iniunxerat,*

nomen ſuum. Scriptum illud penes ſe retineat, et ſecundum tenorem eius agat, cum parte aduerſa; omiſſis illis, quae laeſura videbuntur. Pariter faciat apud Suecos, eorumque concluſiones, ſui nominis ſubſcriptione firmatas, ſecum retineat, et ex iis tractet nobiſcum, et cum Colligatis. Caeſarei ſuas concluſiones nobis tradent; nos Mediatori. Viciſſim hic, quae pro illis accipiet a Suecis, nobis porriget: nos Caeſareis trademus. Idem Cancellarius Lithuaniae ſoluebat breuiter aliquas obiectiones, quae huic temperamento oppoſitae erant, aut opponi poterant. Concluſum denique, vt reſolutiones omnium partium, a ſe ſubſcriptas, accipiat Legatus Mediator, et ex iis, inter partes, negotietur.

Poſtea Referendarius Regni breuiter referebat, quid Legatio Polonica reſpondere conſtituerit Legato Mediatori ad ea, quae putabat Legationem Polonicam poſtulare poſſe a Suecis, quaeque hos viciſſim a Polonia poſtulare poſſe dixiſſet. Primum, Suecos poſtulare a Sereniſſimo Rege renunciationem iuris ſui, quod habere praetendat in Regnum Sueciae. Ad id reſpondere Legationem Polonicam: conſtare quidem toti Orbi de iniuria, Sereniſſimo Regi illata, quando Regnum id, legitime ipſi debitum, ab aliis teneatur: tamen eumdem Sereniſſimum Regem, conſulendo quieti populorum ſuorum, iuribus ſuis, quae in Regnum illud habeat, renunciare paratum: ſaluis tamen titulis et inſignibus eiuſdem Regni, ad dies vitae reſeruatis; item praeuia ſatisfactione, et compenſatione, quae in manus Mediatoris remittatur; ſaluo denique competente modo renunciationis. Secundo, eoſdem Suecos poſtulare

iunxerat, circa hanc rem Polonis atque Caeſareis concedere, ne mora pacis ipſis impingeretur: hac tamen cum cautela, vt omnia adcurate in acta referrentur.

ſtulare Liuoniam. Ad hoc reſponderi: illos in Liuoniam nullum verum et legitimum ius habere, adeoque ceſſionem eius abſolute illis negari. Tertio, reſtitutionem ablatorum, h. e. Pomeraniae, eoſdem poſcere. Ad eam rem, ſine conſultis Colligatis, reſponderi non poſſe. Interim nihil dubitare ſe, ſi ſecuritati ſuae ſufficienter proſpectum viderint Colligati, Pomerania propter bonum pacis ceſſuros. A Suecis quae offerantur, etſi, Deo armis noſtris fauente, ſponte in poteſtatem Poloniae redierint, aut reditura ſint, tamen recipi. Et primo quidem reſtitutionem Pruſſiae et Curlandiae locorum acceptari, ſed hac lege, vt euacuatio quam primum fiat. Secundo, acceptari reſtitutionem Ducis Curlandiae, et ſcriptorum, rerumque ablatarum. Tertio, damnorum mutuo factorum remiſſionem mutuam.

Poſt haec dicta vocabatur Legatus Mediator. Cum eo primum, de modo per ſcripta agendi, habitus iterum ſermo eſt, et, propoſito temperamento, conuentum denique in hanc ſententiam: Quidquid Mediator pro parte Poloniae et Foederatorum, nomine Suecorum, proponet; ſubſcribet, et exhibebit Legationi Polonicae: et viciſſim, quidquid pro parte Sueciae, nomine Poloniae et Foederatorum, proponet; ſubſcribet, et exhibebit Suecicae Legationi. Seceſſit denuo Mediator, vt locus fieret Legatis Caeſareis. Quibus exponebatur mox, quo pacto conuentum eſſet, ſuper modo per ſcripta agendi. Illi conſenſere in dictum ante temperamentum. Ceterum, quod ad ea, quae Mediator quaſi ex ſuo ſenſu temperamenta adtulerit, adtineat, optare ſe, ſolidiora

et

* Igitur ordinem, in excutiendis propoſitionum capitibus, non Foederati turbabant. Quos immerito arguit, ex Suecorum commentariis, PVFENDORFIVS de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VII. §. 5. *Sed nec in Articulis excutiendis*, inquit, *ordine*

et expreſſiora ab illo adlata eſſe. Atque inprimis de puncto ſecuritatis, de quo vltimo et poſt alia agi velit Mediator, ſibi primo omnium agendum videri. Hanc eſſe dotem ſponſae ſuae, Pacis. In hoc Articulo vbi conuentum fuerit, in ceteris ſe non fore difficiles. Etiam circa res Danicas, expreſſi aliquid audire ſe velle. Pomeraniam pro Suecis poſtulari a Mediatore: ſed viciſſim nihil in compenſationem adferri. Aliis aliqua commoda, nulla Imperatori adferri. Poſtulandum itaque ab illo, vt aeque in Foederatos aequus eſſe, et res eorum, pari cura, agere velit Mediator. Reſtitutionem Pomeraniae non abnuere ſe, propter bonum commune pacis: dummodo in ceteris res, inter nos, ex aequo et bono fuerit compoſita. Electorales: Vellemus, vt Mediator ordine ad omnia puncta nobis adferret reſponſa, filum propoſitionum noſtrarum ſequutus. * In primis etiam circa amneſtiam propoſitam, quomodo ea nimirum intelligenda ſit, mentem Suecorum nobis declaret. Metuimus enim, ne ſpargant illi, ſe Pruſſiam reddere pacis ſtudio voluiſſe: ſed non addent, quibus conditionibus eam reddere velint. Inuidiam a ſe, in alios, exonerare laborabunt.

Abiere Caeſarei: rediit Mediator. Cui primo omnium praelecta eſt concluſio, ſuper modo agendi, quam paullo ante poſuimus: *Quidquid Mediator pro parte* etc. ** Deinde Cancellarius Magnus Poloniae, in hunc ſenſum, loquebatur: Super temperamentis, quae Tua Excellentia ex ſuo ſenſu propoſuit, contulimus inter nos, et Colligatos noſtros. Quod ad reſtitutionem Pruſſiae et Curlandiae adtinet, eam acceptamus: ſed vt fiat quam primum.

 Ceterum,

ordine procedebatur, ſed prout Suecis, aut aduerſae parti viſum. Et elegerant confuſum hunc agendi modum Foederati, vt impedimenta tractatibus iniicere poſſent.

** Ea cum aliis comprehenſa eſt, ſingulari ſcripto. Quod, ex Codice Zaluſciano, inferius in Actis Pacificationis No. XXXVI repetii.

Ceterum, quia de multis aliis punctis, quae nos et Foederati nostri propofuerunt, nihil nobis hactenus adfert Mediator, fed ea filentio praeterit, vellemus et fuper his mentem Suecorum fcire. Refpondit Mediator, fe intellexiffe a Suecis, circa illa puncta non fore difficultatem, modo fuper duobus primis tranfactum fuerit: nimirum, 1) fuper iure, et titulo, regni Sueciae; 2) fuper Liuonia. Cancellarius Poloniae: Ius ad Regnum Sueciae etfi liquidum habeat: tamen bono pacis condonare vult Rex Sereniffimus, fed referuato titulo Regni, ad dies vitae, et praeuia aliqua fatisfactione. Quod ad Liuoniam adtinet, pro iniuria ducimus, quod eam fibi ita cedi velint Sueci. Interponat fe hic Mediator, et iuftitiam defiderii noftri ob oculos ponat parti aduerfae. De Pomerania reddenda, fperamus non fore difficultatem, fi in ceteris rebus partes fibi fatisfecerint. Mediator: Deductio praefidiorum ex Pruffia fieri non poteft, nifi poft ratificationem pacis tractatuum. De retentione tituli egi cum Suecis diligenter. Dixi, fine praeiudicio Sueciae id fieri poffe. Fieri idem alibi, e. g. Anglorum Reges habuiffe in titulo Galliam, etc. * Ceterum Suecos obtendere aiebat, ligatas fe in ea re manus habere, nec confentire poffe in retentionem tituli. Pariter de Liuonia cedere fe nullo modo poffe. De

* PVFENDORFIVS Comment. de rebus Caroli Guftaui Lib. VII. §. 11. *Dicebat Lumbranus, nil noui effe, duos Principes eiufdem ditionis titulos gerere. Sic Angliae Reges titulo Franciae fuperbire, Gallis irridentibus.* Habent autem titulum eum Reges Angliae, inde ab Eduardi III. temporibus: quem conftat, functo fatis Carolo IV. Rege, vltimo Capetingorum, Regnum Franciae, fibi ob matrem debitum, vindicatum iuiffe, titulumque inde et infignia, quum Regnum non poffet, ad pofteros propagaffe. Similiter titulo Regis Gothorum et Vandalorum communi vtuntur Sueciae et Daniae Reges: fruftra inter Pacis Nouiomagenfis confultationes poftulante Legato Sueco nefcio quid difcriminis. De quo FRANC. WAGNERVS in Hift. Leopoldi Imp. T. I. p. 426. eleganter exponit. *Sueci*, inquit, *Daniae Regem cauillabantur, quod in fiduciariis litteris* Gothorum *Regem fe fcripferat,*

De Pomerania, aiebat Mediator, ſe nondum explicite egiſſe cum Suecis. Acturum autem, quum de ſecuritate tractabitur. Interim ſcire ſe velle, qualem ſecuritatem cupiant Foederati. Electorales dicebant: et Caeſareos Legatos, et ſe merito queri, quod a parte Suecorum nihil prorſus, in rem Foederatorum, hactenus adtulerit Mediator, et quod ſecuritatis punctum ad finem tractatuum reiiciat, ad punctum porro de Rege Daniae, et alia multa, prorſus ſileat. Mediator reſpondit, ſecuritatem pacis conſiſtere, primum in fide mutua pactorum, deinde in guarantia. De hoc vtroque ſecuritatis ſtabilimento non eſſe dubitandum, quin mutuo conſenſu ſibi conſulturae ſint pates: et ſe, ex parte Regis Chriſtianiſſimi, guarantiam promittere. Interim vero durum eſſe, ſecuritatis cauſſa retinere velle prouincias: et magnam inde pacis moram fore, ſi id intendatur. Electorales: Sed ſit, in Reſponſis noſtris, mentio refuſionis damnorum. * Mediator: De refuſione damnorum ſuperfluum eſt agere, quia res illa a liquidatione iuſtitiae armorum dependet. Hanc autem quaeſtionem iure refugit Mediator. ** Inprimis etiam, quando aequo Marte diſceditur ab armis, nulla fieri ſolet compenſatio. Vbi pars alterutra victa eſt, tum victor dat leges: id hic autem locum non habet. Quod ad Daniam

rat. qui Regni Succiae titulus ſit: Danis Gottorum *ſcribendum eſſe. Riſit ſuperſtitionem Oldenburgius Comes*, (Antonius) *Daniae Regis legatus: nec Grammaticum, nec Antiquarium ſe veniſſe aiens: Gottorum Gothorumue ſcriberent, ſibi perinde fore.* Conf. PVFENDORF. Rer. Brandeb. Lib. XIV. §. 69. Atque ipſum Regis Poloniae titulum Henricus Valeſius tum quoque vſurpauit. quum derelictum regnum Stephanus Bathorius teneret. Ad haecce exempla Polonos ipſos aliquando prouocaſſe, PASTORIVS Flor. Polon. Lib. VII. p. 535. memorat. Nec lubet in praeſenti addere recentiora.

* Ad Art. V. propoſitionum Suec.

** Ne quid amori, ne quid odio, dare videatur, neu in partem hanc, vel illam, inclinare, medius inter vtramque. Ceterum de iuſtitia armorum Suecicorum diſceptatum ante fuerat, acerrimis ſcriptis: non publicis modo, verum etiam priuatis. In his

niam pertinet, de ea nil opus eſt hic tractari, quum ipſa alibi tractet cum Suecis. ° Si pax ibi fiet, quorſum noſter hic pro illa conatus? Si pacis tractatus ibi rumpetur, quaeritur, an propter bellum, in Dania reſurgens, pax quoque noſtra, quam agitamus, abrumpenda ſit, adeoque bellum hic non finiri debeat, niſi bello Danico finito? Electorales: Effectus pacis maneat interim hic ſuſpenſus, donec ibi quoque finiantur tractatus. Mediator: Quid agent praeſidia interim? Reſponſum a Polonis: Deducant hinc ſua Sueci, quum ſummus annonae defectus ingruat. Nos noſtra aduerſus Moſcum ducemus. Cancellarius Magnus poſtremo mentionem denuo iniecit de ſecuritate, Legatis Caeſareis procuranda tali, qualem poſtulant.

Die XXVI. — Habitus eſt conuentus, in pago *Striſs*. Ac primum auditus eſt Mediator: qui aiebat, ſe cum Suecis, ſuper poſtulatis Polonorum et Foederatorum, egiſſe cum cura. Ceterum illos vſque ſimplicem, puram, et non limitatam reſignationem tum

his praecipue digna memoratu CYRIACI THRASYMACHI, (quo nomine viri eruditi Hermannum Conringium rentur latuiſſe,) de iuſtitia armorum Suecicorum in Polonos, ad Andr. Nicanorem epiſtola: et ANDR. NICANORIS — reſponſio: item LVC. DE GABRIIS Iniuſtitia armorum Suecicorum, in Polonos. De reliquis vid. HOPPIVS loc. comm. §. 35.

* Conf. PVFENDORFIVS de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VII. §. 15.

** Conf. Declaratio, nomine Legationis Suecicae, facta — Striſſiae, die 26. Febr. in Actis Pacific. No. XXXVII.

*** Ea diſceptatio iam, ſuperiore die, fuerat ventilata Oliuae, inter Legatum Gallum, ac Theſaurarium Curiae, et Magni Ducatus Lithuaniae Magnum Cancellarium, priuato colloquio: de quo hic, in Diario, ad e. d. copioſe expoſuit. Inter haec quum retuliſſet Lumbranus, velle Suecos Liuoniam, ſine vlla conditione, ſibi habere, neque adeo modis ac rationibus propoſitis adquieſcere: non deſtitit tamen Magnus Cancellarius id genus alia adferre: nimirum, Polonos Liuoniam, ante hoc bellum, Suecis poſſeſſam, vel hypothecario iure ceſſuros, vel vſque ad Rigam vrbem in perpetuum; vel clientelari nexu obligaturos Regi, eiuſque poſteris, aut etiam fratri. Ex his et talibus, quae adriderent, Sueci eligerent: hac tamen lege, vt, ad reprimendum Moſcum, vim et arma ipſis iungerent. — Ceterum de iure Imperii, Polonorum, Suecorum, in Liuoniam, paullo curatius memoraui, Obſeru. XIV ſqq. Sed vt ſuper controuerſia, eapropter inter

tum iuris, tum tituli Suecici, poſcere a Sereniſſimo Rege Poloniae. °° De Liuonia etiam nihil remittere. Pomeraniae reſtitutionem vrgere. Res Danicas his tractatibus inſeri nolle, quia de iis, vno tempore, in diuerſis locis agi non poſſit. Satisfactionem pro Pomerania non poſcendam, quum illatum ibi ſit bellum a Foederatis. Saluorum conductuum nouam formulam transmiſſam ad Regem Sueciae; breui inde exſpectandam. Palatinus Poſnaniae: Fatendum omnino, nihil conſolationis Mediatorem adtuliſſe. Interim ſuper iis, quae adtulerit, cum Colligatis agendum eſſe. Poſtea ſuper iure, quod in Liuoniam habeat Polonia, diſceptatum eſt inter Mediatorem et Magnum Cancellarium Lithuaniae. °°° Inprimis vrgebat Cancellarius Lithuaniae, tempore Sigiſmundi III. Regnum Poloniae tum ambientis, adeo indubium ius Polonorum fuiſſe in Liuoniam, vt nulla de eo quaeſtio ſit mota: quin Eſtoniae etiam Polonis reddendae ſpem tum a Suecis factam. Mediator: Sueci contradicunt, ipſum Sigiſmundum faſſum eſſe, Liuoniam non

ter Suecos et Polonos acerrime agitata, quaedam in praeſenti delibem, ipſe locus admonet. Iam primum, quod ad Eſtoniam, partem Liuoniae, adtinet, Poloni quidem eam olim ab oratoribus Suecicis ſibi ſtipulati fuerant; ſed nec ſciente Sigiſmundo, nec addicente; multum etiam indignante patre Iohanne, Sueciae Rege. Et Sigiſmundum ſatis conſtat iterum iterumque ſollemni formula profeſſum, malle ſe Regno precario, quam in detrimentum auiti ſolii Eſtonia cedere. Vid. Exegeſis Hiſtorica, de cauſſis exauctorationis Sigiſmundi III. p. 40. item LOCCENIVS Hiſt. Suec. Lib. VII. p. 408 ſq. et HECT. IOH. MITHOBII Diſſ. de controuerſiis Sueco-Polonicis cap. II. p. 39 ſq. Neque vero Eſtonia, nedum Liuonia omnis, Suecis penitus ceſſa ab Imperio fuerat, ſed tantum fidei tutelaeque eorum commiſſa, inprimis vrbs Reualia, ne ab Moſco opprimeretur. In hanc ſententiam ſcriptae Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. litterae, ad Guſtauum I. Ericum XIV. et Iohannem II. Sueciae Reges: nec repertae illae demum in tabulario Ducis Curlandiae: quippe ad quas iam olim Sigiſmundum prouocaſſe nouimus. *Suedos autem*, inquit ille, apud LOCCENIVM loc. comm. p. 411. *Caroli V. Ferdinandi I. et Maximiliani II. Caeſarum litteris — patrocinium eius prouinciae ipſis commendatum eſſe, probare poſſe.* Adeo tum Sueci ipſi non niſi tutelam ſibi concreditam commiſſamque adfirmabant: neque aliter legati Suecici, in Informatione circa Liuoniam ea, quae in conuentu Oliuenſi exhibita, exſtat in DIAR. EVROP. P. VIII. App. p. 47 ſq. et in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 657.

non ad Polonos, ſed ad Suecos pertinere. Dicunt, Sueciam ius ab Imperio ceſſum habere in Liuoniam; vti ex diplomatibus Caroli V. Ferdinandi I. et Maximiliani II. adpareat, inter monumenta Ducis Curlandiae, vt aiunt, repertis. Cancellarius Lithuaniae negabat haec omnia, dicens contra, in luce publica eſſe, Liuoniam a Moſco oppreſſam, ab Imperio deſertam, vltro ſe ſubmiſiſſe Regi Poloniae. Dixit porro: Si in Liuoniam ius habuit Suecia, cur eam non Suecia, ſed Polonia, ex manibus Moſcorum liberauit? Mediator regerebat: Liuones, vtpote ſubditos alterius, non fuiſſe ſui iuris, nec potuiſſe ſe legitime alteri Principi ſubiicere. Poſtea tamen faſſus eſt, Liuoniam fuiſſe obligatam Imperio, ſub conditione protectionis. Quum protegere eam non potuit Imperium, liberum fuiſſe laboranti et periclitanti prouinciae aliam protectionem quaerere. * Similem quaeſtionem fuiſſe in Belgio, ** etc. Interim in talibus non eſſe ſuum, decidere, ſed, quae ad pacem faciant, proponere. Videri autem ſibi hoc temperamentum amplectendum, vt quaeque pars poſſeſſa poſſideat. Et Suecos, obſirmatis animis, poſſeſſionem Liuoniae praetendere. Palatinus Poſnanienſis:

* Quod argumentum late perſequutus eſt IO. HENR. BOECLERVS, ſingulari libro, de adquiſito et amiſſo Imperii Romano Germanici, in Liuoniam, iure. (Argent. 1711. 4.)

** Nimirum Belgae, qui antiquitus erant in iure ac patrocinio Imperii Germanici, tantum non oppreſſi Hiſpanorum tyrannide, ſeſe in tutelam Eliſabethae, Reginae Angliae, tradiderant. Neque enim Imperio tum conſultum, armis eos adſerere: neque pacificationis Colonienſis, auſpiciis Rudolphi II. Imperatoris ſuſceptae, vllus ſucceſſus.

*** In Zaluſciano huius Diarii exemplo, quod fuit ipſius PASTORII. annus ſeculi ſuperioris viceſimus diſerte indicatur: neſcio, cuius incuria. Etenim Riga, inſequuto demum anno, cincta obſidione ab Guſtauo Adolpho, et ad deditionem compulſa eſt. Exſtat de expugnatione ciuitatis Rigenſis, An. MDCXXI facta, ſingularis Liber, haud diu poſt ibidem euulgatus. Ceterum anno illo, inter Suecos ac Polonos actum ſuper pace fuiſſe, ſatis conſtat: quibus legibus, non aeque. Vid. LOCCENIVS loc. comm. Lib. VIII. p. 536. Certe Rigae reſtitutio, demum anno ſecundo et viceſimo, Polonis

nanienſis: Iſta partis aduerſae durities merito nos ſcandaliſat. Poſtulatur a nobis ſtricti iuris remiſſio. Viciſſim Sueci faciliores ſe nobis praebere debent: et ad maiorem aequitatem ducere illos velit Mediator. Cancellarius dicebat: Non pari paſſu nobiſcum ambulant Sueci. Plura et maiora poſtulant, quam dant. Maiora olim nobis illi conceſſerunt. Anno MDCXX in tractatibus, pro titulo Sueciae Rigam, et alia, nobis reddere promiſerunt.[***] Mediator: Illo tempore Regem Poloniae filios habere videbant: cum quibus ne difficile et diuturnum negotium ſibi eſſet, verebantur Sueci. Adeoque meliores conditiones dabant Poloniae. Cancellarius: Et quid? ſi nunc quoque alii ius ſuum Sereniſſimus Rex noſter transſcribat. Mediator: Sueci dicunt, eiuſmodi tranſſcriptionem eſſe contra leges Regni ipſorum, adeoque inualidam fore. Palatinus Poſnanienſis curauerat interim adferri *Exegeſin*, de cauſſis reiecti Sigiſmundi Regis, librum in Suecia editum,[****] et omnia diplomata, circa abdicationem Sigiſmundi Regis, publica auctoritate ſcripta continentem: quem Mediator nondum viderat. Poſtea Electorales de Pomerania dicere coeperunt. Illam repetunt

tunt

Polonis ab Axelio Oxenſtierna, Magno Sueciae Cancellario, promiſſa: prout Auctor Vindiciarum Liuonicarum, quae in Actis Pacific. No. XXXII. leguntur, luculenter oſtendit. Et iuuat inde verba haec repetere: — *Suecos ſuperioribus tractatibus, vti videlicet in An. 1622. renunciationem iuri Diui Sigiſmundi III. in Regnum Sueciae, reſtitutione Liuoniae compenſare voluiſſe, — patet ex reſponſo D. Axelii Oxenſtierna, Cancellarii Regni Sueciae, dato D. Caſtellano Vendenſi in tractatu. — Similiter vero idem declarauit*: „Quid ſi, pro induciis 60 annorum „conceſſo titulo, Rigam Vobis reſtituemus?„ *Nec recuſabant alias quoque vrbes et fortalitia reddere.*

**** *Exegeſis Hiſtorica*, non minus aequas quam graues commemorans cauſſas, quibus Ordines Regni Sueciae prouocati, Sigiſmundum III. Regem Poloniae, eiuſque progeniem vniuerſam, in omnem aeuitatem Suecano exuerint diademate, (Holm. 1610. 4.) IO. MESSENIVS in Latinum ſermonem tranſtulit ex Suecico, quo cum Carolus IX. Rex Suecorum perſcripſerat, edendumque curauerat primum Holmiae 1607. atque iterum 1609. 4. Conf. Dni a STIERNMAN Biblioth. Suio-Goth. P. II. pag. 9.

Q

tunt Sueci, et interim nihil pro illa offerunt. Mediator: De fecuritate praeftanda, quam poftulant Foederati, non erit difficultas. Ad aliam compenfationem putant Sueci fe non teneri: quia Foederati Pomeraniam adgreffi fint, Sueci non nifi bellum defenfiuum ibi gefferint. Quum Daniae iterum mentio facta effet; negabat Mediator, de ea hic agi debere, quum feparatim illa tractet.

His actis abiit Mediator. Caefarei quum veniffent, retulit illis Cancellarius Magnus, quae Mediator a Suecis adtuliffet. Hos nihil penitus de fuis poftulatis remittere. Velle puram et fimplicem refignationem Regni, iuris, et tituli Suecici. Velle item Liuoniam Sueciae adiudicari fimpliciter; Pomeraniae reftitutionem, fine fatisfactione. Regem Daniae nolle his tractatibus inferere. Securitatem promittere ordinariam. In aliis punctis non fore difficiles, etc. Super his confultandum fore, et inprimis audiendam Sereniffimi Regis mentem. Placere igitur, vt de his omnibus rebus, in fequenti feffione, agatur. Cui praefinita eft dies futura Lunae, h. e. prima Martii. * Nonnihil poftea de determinatione fecuritatis, ad tria milliaria, actum eft.

MENS.

* Per eos dies Poloni inter fe, et cum Legato Gallo, confilia contulere. De his quae fint memoratu inprimis digna, fecundum Auctorem Anon. Diarii Poloni, exponam. Die XXVII. — In Confilio Regio, habitis primum fuper Sueciae titulo confultationibus, decretum, dandum hoc pacis amori ab Rege effe, vt res conftituatur non publicis tabulis, fed priuata conuentione: cuius fpem facilem, fuperiore die, Legatus Mediator Magno Lithuaniae Cancellario feciffet. Poft haec rurfus de Liuonia actum, cedenda Suecis fiue fecundum *gradus*, quos vocant, fiue fecundum ea, quae nuper admodum Magnus Cancellarius commendaffet. Vltima de foedere quaeftio fuit, aduerfus Mofcum cum Suecis fanciendo. Super ea quidem variaffe fententias reperio; ad extremum Legatos Senatores, qui contradicerent, rationibus magno numero expeditis conceffiffe. Die XXVIII. — In conuentu, apud Palatinum Pofnanienfem, conftituta ea, quae mox effent ad Legatos Foederatorum deferenda: de bello Mofcico: de neceffitate maturandae pacis: de Pomeraniae reftitutione: de Rege Daniae, hifce tractatibus comprehendendo. Sed enim foederis

MENS. MARTIVS

Die I Martii.—Legati noſtri, cum Legatis Confoederatorum, conuenerunt Gedani, loco ordinario. Palatinus Poſnanienſis: Quae in ſuperiori ſeſſione, nomine Suecorum, nobis adtulit Mediator, diligenter excuſſimus. Quid tandem ad ea reſpondere viſum ſit, iam cum Excellentiis Veſtris communicabimus. Cancellarius Magnus: Ea fiducia ſemper erga Excellentias Veſtras vſi ſumus, vt iiſdem etiam vulnera noſtra aperire ac denudare non dubitauerimus. Eadem nunc vti pergimus: ac in votis equidem fuit nobis, pacem hanc, quam agitamus, non niſi aequiſſimis conditionibus inire. Sed diſpoſitio diuina iis nos vſque difficultatibus circumfundi voluit, quibus ad iniquiores etiam conditiones adigimur. Adeoque patriae laboranti, cum aliqua etiam iniuria eius, conſulere debemus. Quidquid autem, ſeruandae eius cauſſa, adnuere decreuimus, bona fide Excellentiis Veſtris iam reuelabimus. Ac primum, quod ad reſignationem Regni Sueciae adtinet, ad eam, vti Vladislaus IV. glorioſiſſimae memoriae Rex, ita hodiernus Sereniſſimus noſter, in Pactis Electionis ſeſe obligauit. *

 Parata

foederis, aduerſus Moſcos, ne qua mentio fieret, diligenter cautum fuit. — Die XXIX. — Poloni cum Legato Gallo colloquuti ſunt, acrioribus verbis. Adeo inexſpectata et iniqua ab Suecis retulerat. Neque enim eos vel titulum Regi Poloniae Suecicum addicere, vel de foedere certam fidem dare velle, quaſi inconſulto Rege: nihilo tamen minus Liuoniam omnem, Curoniam, immenſam pecuniae vim ſibi poſtulare. Quibus ſic exacerbati Poloni, vt, rupto pacis negotio, extrema aut facere, aut pati, minarentur.

* At Vladislaus id quidem non ſollemnibus pactis electionis promiſerat, verum, teſte PIASECIO, in Chronicis, ad An. MDCXXXV. p. 573. (edit. Cracov.) paullo ante inaugurationem, ſyngrapha ſecretiori. Nec Ioh. Caſimiri pacta conuenta, quae Latine reddita PASTORIVS Hiſt. Poloniae P. I. pag. 221 ſqq. inſeruit, huiuſmodi aliquid prae ſe ferunt. In iis tantum pollicitus Rex nouus, *compoſitioni inprimis belli, ex occaſione Regni Suecici olim orti, ex vtroque Ordine Senatorio et Equeſtri in Comitiis Coronationis deſignaturum arbitros, data iis plena poteſtate tractandi negotium ad formulam, tum a Rege et Republica praeſcribendam.*

Parata itaque eſt Sua Maieſtas, quidquid habet iuris in Regnum illud, mere et ſimpliciter reſignare, propter bonum populi ſui, et vt pacem Regno ſuo tanto facilius procuret. Etiam titulo, ante fata ſua, cedere non recuſat, ſi aliter pax conſtare non poſſit. Quod tamen adhuc in ſecreto habendum: neque enim niſi poſtremae declarationi hoc referuari. Interim mentem tantum S. Regiae Maieſtatis, publici boni ſtudioſam, in confidentia aperimus. Circa Liuoniam, iure merito hactenus deliberatio noſtra haeſitauit. Sed inſtans patriae neceſſitas, et magnitudo periculorum, perſuaſit nobis, vt et hac prouincia cedere parati ſimus: ſed non alia tamen ratione, quam vt noſtra ibidem maneant, quae ante hoc bellum noſtra fuerunt, et in pactis Stumdorſianis expreſſa ſunt, * et praeterea ſaluis quibuſdam limitationibus, quas poſtea communicabimus. Vt autem Excellentiae Veſtrae ſciant, quam grauibus cauſſis impulſi ad talia condeſcendamus, ſidenter iiſdem mala noſtra detegemus. Dubitauimus antea, cum Moſcone tractare mallemus, an cum Suecis? ** Ac inclinare iam coeperat animus in tractatus, cum Moſco, praehabendos alteris, quia is tot prouincias noſtras teneret, quas tractando recuperare ſperauimus: cum Sueco autem bellum continuandum videbatur, cuius fortuna accisa

* Art. VI. Verba ipſa expromſi ſupra, pag. 104. not. *

** Ea res et in Comitiis, anno ſuperiore, diſceptata fuerat, contrariis Ordinum ſtudiis. Et Lithuanis quidem tum conſultius viſum, cum Moſco pacem habere, cum Sueco bellum: contra tendentibus reliquis. Rationes, in partem vtramque, enarrauit KOCHOVIVS loc. comm. p. 389. ſq. Sed in praeſenti ſuffecerit eas, quibus Lithuani vſi, repetere. *Vbi Suecorum arma, ac fortuna in deterius vergunt, conſentaneum videri, fractos bello, exhauſtos neruo, deſtitutos amicis, ac iam plane extremis laborantes conficere. —Ex iuſtitia eſſe, vt, qui rupto induciarum vinculo foedifragus non diuina, non humana iura penſi habuiſſet, ne nunc quidem, vbi praecipitium prope haeret, ſacroſancta pactorum ineundorum religione ſubleuaretur; vtque arctis Poloniae rebus pro pace requiſitus abnuerat, etiam nunc paciſci cupiens, in poenam talionis reiiceretur. Aequiorem in iſtum Polonis belli cauſſam, vti*

ciſa faciles, nobis progreſſus pollicebatur. Attamen nunc ſtatus rerum in alia conſilia nos impellit. Ex litteris Theſaurarii Lithuaniae, et aliis interceptis inſtructionibus, perſpicimus, Moſcum mala fide nobiſcum pacem tractare, vti et cum Sereniſſimo Electore. Czarus in inſtructione, data Chouanſcio, *** et aliis ſuis Commiſſariis, mere nobis illudit. Non niſi tres, cum noſtris, vult haberi congreſſus: primum, ad mutuas ſalutationes: altero iubet proponi ſucceſſionem, in Regno Poloniae, et poſſeſſionem totius Lithuaniae et Vcrainae: tandem vero Lithuaniam ad Berezinam, Vcrainam ad Kiouiam vſque, poſtulari vult. Si iſtae conditiones abnuantur, tertio congreſſu vult abrumpi tractatus. Contra idem Moſcus, cum Suecis, tractare etiam iniquiſſimis conditionibus parat. Reſtituere ipſi vult ablata, Careliam, partem Liuoniae, quam occupauit: offert eidem centum quinquaginta millia aureorum, vt eum ſibi contra Poloniam conciliet. Vult praeterea, vt Electorales copiae, et Dux Radziuilius, Curlandia et Samogitia excedant: et vtramque hanc Suecis occupandam adſignat, ad Memelam vſque. Secunda ratio, cur cum Suecis pacem, cum Moſco bellum malimus, haec eſt: Tatari, noſtri hactenus ſocii, et auxiliatores contra Moſcos, et Coſacos rebelles, indubitate inſurgunt in nos, ſi

cum

vti inuaſorem: neutiquam in Moſchum, ad diadema arceſſitum, et bellum tantum, vt exiſtimationem tueatur, oſtentantem. Ingratitudinis notam incurrendam fore, dum vocatum vt regnaret, et auxiliantem vt demereretur, bello adgredimur; interim capitaliter infenſum Suecum ad amicitiae leges admittendo, rel. Alexius autem, Magnus Moſcorum Dux, in ſpem Regni olim ipſis a Polonis accenſus. Quippe, vt ex hoſte ſocium et amicum ſibi facerent, promiſerant, eum aliquando in Polonia regnaturum. Vid. Litterae Commiſſar. Regis Poloniae ſuper tractatu Vilnenſi, in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 10. Iam vero Polonis longe alia mens: et in Conſilio Regio, de quo paullo ante dixi, rationibus plus quam viginti comprobatum, Reipublicae non modo pacem cum Suecis, ſed etiam foedus in Moſcum, conducere. Longum foret, omnes atque ſingulas hic latius perſequi. Certe grauiores ipſe PASTORIVS poſt paullo enumerauit.

*** *Chowanski*, dux exercitus Moſcici.

cum Moſcis pacem inire vellemus. Tertia ratio eſt confoederatio militaris: quae quanta nobis damna nuper dederit, conſtat plus quam ſatis. * Similis metuenda eſt nobis, niſi habeamus, quo militem poſſimus educere. Iam dudum is nulla accepit ſtipendia: exhauſta eſt Polonia, vt ſtipendia dare non poſſit: annonae inopia, et peſtis, vbique imminet. Bellum itaque cum Moſco eſt continuandum, vt habeant exercitus, quod agant extra Poloniam, et vt haec interim reſpirare poſſit. Quarta ratio miſer ſtatus Lithuaniae, et tot exſulantium inde Procerum, et Nobilium, quibus omnino ſuccurrere debemus. Hae ſunt cauſſae, quas Excellentiae Veſtrae quum expendunt, fatebuntur haud dubie, non temere nos de patrimonio Regni et patriae eſſe liberales. Agitur nimirum de ſalute Regni: cui dum conſulimus, faciliores nos in pace, quam tractamus, praebemus. Quod ad Pomeraniam adtinet, eam equidem ad Foederatum noſtrum, et legitimum dominum ſuum, redire, quam hoſti noſtro reſtitui, mallemus. Sed quum videamus, bellum iſtud non niſi cum pernicie noſtra trahi, et quum arma in Pomerania non niſi noſtri cauſſa, et propter communem pacem, a Foederatis noſtris ſuſcepta ſint, pacis cauſſa eoſdem Foederatos loca occupata reddituros non dubitamus, dummodo ſecuritati ipſorum

* Conf. KOCHOVIVS Climact. II. pag. 350. ſq.

** Ludouicus Fantonius, Abbas Sanctae Mariae de Valle, Cuſtos Varſauienſis, Canonicus Varmienſis, R. M. Poloniae Secretarius. Is ad Ludouicum decimum quartum, Galliae Regem, ablegatus eſt die XIV. Mandata ſecretiora, ſingularibus ei tabulis exhibita, infra protuli in Actis Pacific. No. XXXVIII. Cui quidem legationi Regina, tamquam aduerſae negotio pacis, ipſa multo maxime aduerſabatur. Ait PVFENDORFIVS Comm. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VII. §. 6. *Et quia Fantonius quidam, inſtigantibus Auſtriacis, ex aula Polonica in Galliam mittebatur, de Succis queſturus, Reginae inſtinctu Akakia* (is Legationi Gallicae ab epiſtolis erat,) *eodem profectus eſt iſtius negotiationi deſtruendae.*

*** Qua de re inprimis Elector Brandeburgicus queſtus eſt in litteris, quas ad

rum ſufficienter conſulatur: id quod tractatu iſto noſtro procurare non deſiſtemus. Ea ſecuritas, ſingulari Articulo, concipietur ab ipſis Dnis Foederatis, modo quam ſecuriſſimo. Ceterum, vt de noſtra ſincera, ad pacem, inclinatione conſtet Chriſtianiſſimo Regi, et vt ſiniſtris hoſtium informationibus obuiemus, conſtituit Sereniſſimus Rex noſter in Galliam ablegare Dn. Fantoni. °° Is inter alias declarationes etiam hanc, de Pomerania, feret ad Aulam Gallicam, vt haec ſciat, Pomeraniam pacis tractatibus non fore remoram, aut bello continuando cauſſam. De Rege Daniae reſtat difficultas. Eum pro viribus noſtris toto animi adfectu iuuimus: miſimus exercitum, qui ſanguinem pro Rege illo, et Regno eius, fundere paratus fuit, et virtutem ſuam, duce Czarnecio, et Palatino Podlachiae, Opalinskio, omnibus probauit. Nec in praeſens omiſſa eius cura eſt. Voluimus, eius Legatos intereſſe his tractatibus noſtris: ſaluos conductus pro ipſis poſtulauimus: nulla paene ſeſſio habita eſt, in qua curam eius non declarauerimus. Ceterum, vt verum fateamur, ipſum eum Regem impeditum alibi, atque alii fortaſſis ſpei innixum, ſibi quodammodo deeſſe videmus. °°° Interim Dni Foederati media aliqua, ad ipſum ſubleuandum facientia, proponant nobis. Nos lubenter et audiemus,

ad eum PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 65. memorat perſcriptas, in hunc modum: *Se Daniae commoda, apud Polonicum conuentum, ita feruide propugnaſſe, vt non parum inuidiae inde contraxerit, velut a ſe quaeratur, quod Daniae Rex ipſe non cupiat; dum eius Ablegatus ad tractandum ſibi mandata eſſe negat, ac ſeparatam negotiationem Hafniae agitari haud diſſimulat. Vnde ſuſpicionem ortam, velut ipſe alios ob reſpectus pacem remorari inſtituat, quum tamen ab initio nil, praeter ſociorum ſalutem, cordi ſibi fuerit. Quodſi Rex alia via ſecuritatem ſuam obtenturum confidat, ac Polonicos tractatus non curet, male ſe facturum, ſi praeter neceſſitatem hiſce remoram iniiciat.* Ad haec ſic reſponſum ab Rege fuit: *Se communem pacem ſemper, vel cum periculo ſtatus ſui, adſectaſſe. Legatum Ianum Iulum, per biennium, in aula Polonica haeſiſſe, vt ipſe* ad

mus, et acceptabimus; dummodo cum iactura noſtra non ſint coniuncta, et pacem noſtram non impediant. His dictis ſeceſſere Legati Confoederatorum, vt inter ſe, de his, conferrent.

Quum paullo poſt redirent, Legatus Liſola orſus eſt loqui, in hunc ſenſum: Expenſis rationibus, quibus ad pacem Polonia ducatur, cognoſcimus, eſſe eas ſatis ponderoſas. Si votis res peragi poſſet, optaremus, melioribus conditionibus pacem iſtam confieri. Interim prouidentiam diuinam, ex multis cauſſis, bonum effectum, h. e. pacem, educere velle. Ac primum non poſſe non laudari Sereniſſimi Regis aequanimitatem, quae publici boni cauſſa, et in ſalutem populi ſui, iuribus et titulis ſuis ſeſe exuere non dubitet. Quamquam id euitari potuiſſe optaſſemus. Quemadmodum et Liuoniam ita hoſti ceſſuram dolemus. Interim ſuum non eſſe, impedire id, quod e re ſit Poloniae. De rebus Moſcouiticis quae adlata ſint, paullo ordinatius nobis tradi vellemus, vt ea cum Principalibus noſtris communicare poſſemus. Reſponſum ad hoc poſtremum, non poſſe, nec debere, haec publicari propter Suecos. Poſtea ſine difficultate communicabuntur. Sed et nunc, quantum ad ſuos Principales informandos ſufficiet, a nobis habebunt. Quod inſtructionem, Domino Fantoni dandam, nobiscum commu-

ad communem, de pace, congreſſum admitteretur: ſed nihil impetrare potuiſſe. Nec Paſbergium alio fine Gedanum miſſum, quam impediendis ſeparatis tractatibus. Sed nec in horam aliquid iuſtorum tractatuum, inter ſe ac Suecos, interceſſiſſe, quum inter habitos congreſſus nondum, ſuper praeuiis negotiis, conuenerit. Ad Polonicam tractationem numquam ſe inuitatum, nec ſuis legatis diploma ſecuritatis exhibitum; et ſtatim atque intellexerit, Suecos Danicum ibi negotium admittere velle, lucrando tempori Paſbergio procuratorium miſiſſe, quod ob hiemem, et interſepta ab hoſtibus itinera, citius perferri non potuerit, rel. Id, cum ſecretioribus mandatis, Legatus demum acceperat, die XVII Febr. ſt. v. Vid. DIARIVM DANIC. ad h. d. Tabulas ipſas, numquam antehac prolatas, datum fuit in Actis Pacific. N. XXXIX et XL. euulgare, ex Regio tabulario Hafnienſe.

communicare velint, gratias agimus. Pomeraniam restituere non recusamus, sed non nisi sub conditione pacis securae. De restitutione toties oretenus ante diximus: nunc et scripto eam adfirmamus. Formulam vero securitatis et guarantiae consignabimus, eam iudicio Vestrarum Excellentiarum subiecturi. Postea lecta est declaratio, quam iidem Legati Caesarei secum adtulerant, super restitutione Pomeraniae: * nempe de ea non fore difficultatem, vbi aliis Caesareis, Polonicis, et Electoralibus propositionibus pacis fuerit satisfactum; vti patet ex formula declarationis authentica. De Rege Daniae nobis deliberandum est. Sed petimus, vt Excellentiae Vestrae, si quid de modis eum subleuandi habent, quod lumen aliquod nobis adferre possit, communicare nobiscum velint. Debet vtique in his tractatibus, de illo Rege, aliqua fieri mentio. Interim deliberationi isti vt maius spatium detur, ad proximam sessionem differatur. Dn. Houerbequius, circa punctum Liuoniae, inferebat mentionem Dominorum de Dohna, ** qui certa quaedam bona in Liuonia possederint, et sui rationem in his tractatibus haberi petant. Deinde ratione securitatis et satisfactionis, vt Legatio Polonica suae Serenitati Electorali manus porrigat, et vtramque illam promoueat, rogabat. Praeterea ad

* De qua ante egerant, cum Legatis Brandeburgicis. Vid. PVFENDORF. loc. comm. §. 69. Formulam declarationis ipsam ex Codice Zalusciano depromsi, in Actis Pacific. No. XLI.

** In Declaratione Legationis Suecicae vltima, de qua, paucis interiectis, PASTORIVS commemorat, nominantur Christophorus Delphicus Comes a Dohna, fratresque et agnati ipsius. Verba paullo inferius exscripsi. Caussa autem illorum penitius perspici atque intelligi potest, ex scripto eo, quod iam in Thoruniensi conuentu ab ipsis exhibitum, infra protuli, in Actis Pacific. No. XLXII. Nimirum bonis ac fundis, in Liuonia, per superiora bella exuti, damni istius quasi mercedem promissam exigebant. Ceterum genus iis a Burggrauiis Dohnensibus, qui, castro quondam suo cognomine, (hodie oppidum superest, vultra lapidem Dresda distat,) a Marchionibus Misniae pulsi, nouam

ad recuperationem reſiduorum Pruſſiae locorum copias Electorales Caeſareis iungendas, nomine Sereniſſimi Electoris, offerebat. Sic ſoluta eſt ſeſſio.

Die IV. — Conuenit Legatio Polonica et Foederatorum Electoralium, cum Legato Mediatore. Legatus Mediator adtulit primo litteras, a Legatione Suecica ſcriptas ad Generalem de Linda, ſuper ſecuritate, ad tria milliaria. Poſtea praemiſſis a Palatino Poſnaniae paucis verbis, coepit Cancellarius Magnus exponere Mediatori propoſitum Legationis Polonicae: nimirum, hanc temporis lucrifaciendi cauſſa, ſine ambagibus, reſponſum dare velle, ad tria illa maioris momenti puncta: 1) ſuper ceſſione Regni Suecici: 2) ſuper ceſſione Liuoniae, exceptis locis, quae ante bellum hoc Polonia poſſederit, et aliis quibuſdam conditionibus referuatis: 3) ſuper euacuatione Pomeraniae. Poſthaec facta ſuper his punctis declaratio, manu Secretarii Legationis ſubſcripta, Mediatori data eſt. ° Mediator: Adhortatus ſum Legatos Suecicos ad tractatuum adcelerationem. Illi ad exprimendam mentem

uam in Pruſſis ſedem fortunarum fixerant. Magnorum virorum foecunda domus, pace atque bello inclita. In his clarus praecipue Fabianus ſenior Burggrauius a Dohna: cuius vitam ac res praeclare geſtas GERH. IOH. VOSSIVS, ſingulari Commentario, (Lugduni Batau. 1628. 4.) enarrauit. Item Chriſtophorus a Dohna: de quo exſtat FRID. SPANHEMII Commentaire hiſtorique de la vie et de la mort de Meſſire Chriſtofle Vicomte de Dohna, (à Geneve 1639. 4.)

* Vid. infra in Actis Pacific. N. XLIII.

** Editum eſt in DIARIO EVROP. T. VIII. p. 661. hoc titulo: Declaratio vltima Legationis Suedicae, ſuper conditionibus ſine mora concludendae pacis. — Dat. Sobothi, 2 Martii, 21 Febr. An. 1660. Sueci autem quae tum proponerent, dudum ante animo agitauerant, ſecundum mandata Regia: de quibus vid. PVFENDORFII Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. V. §. 84.

° Operae pretium videtur, ex Regiis mandatis apud PVFENDORFIVM loc. comm. pag. 461. quaedam hoc loco repetere. Sunt autem huiuſmodi: *Eam ceſſionem non ſolum pactis oportere inſeri, ſed et ſollemne eiuſdem diploma, manu et ſigillo Io. Caſimiri firmatum, exhibendum, quo pro ſe eiuſque heredibus renunciet omni iuri ac praetenſioni in Sueciam. — Vbi et adcuratiſſime prouidendum Legatis*

tem ſuam, ſuper punctis omnibus, de quibus conueniendum eſt his tractatibus, Proiectum, ſeu ſpecimen, mihi dederunt: quod pace Legatorum Poloniae et Foederatorum, qui adſunt, beuiter percurram: ſed poſtea ſcripto comprehenſum tradam. ** Eorum ſumma haec erat. 1) Renunciationem Regni cupiunt, ſine vlla reſeruatione: * 2) Ceſſionem Liuoniae, prout eam, poſt inducias Stumdorſianas, poſſederunt: 3) Reſiduum Liuoniae etiam petunt, in caſu confoederationis, ſi ea aliquando inter Poloniae et Sueciae Regna, contra Moſcum, fieret: ** 4) Reſtitutionem religionis in priſtinum ſtatum: 5) Amneſtiam generalem, ſine reſeruatis: 6) Summam aliquam pecuniae, pro reſtitutione locorum Curlandiae et Pruſſiae. In quam ſummam computari patiuntur ſummam, a Racocio debitam Poloniae; *** item alteram, quam Polonia debet Duci Croiano. **** 7) Guarantiam volunt Regis et Regni Poloniae, ne Status aliquis Poloniae tractatui huic concluſo contraueniat: 8) Circa eductionem militum non fore difficultatem: 9) Comprehenſionem Principum exterorum, qui volent comprehendi: 10) Ratificationem a parte Poloniae ex nunc; ex

 parte

tis, ne quid hic inſeratur, quod vllum dubium relinquat, aut vel minimam ſpeciem habeat, Io. Caſimiro aliquid iuris aut rationis in Sueciam, aut maiorum hereditatem tribui.

** Conf. PVFENDORF. l. c. p. 462.

*** Quippe Poloni ab Racocio, in legibus tranſactionis, An. MDCLVII initae, praeter alia pacti fuerant, illata damna vt ingenti pecuniae vi, (PVFENDORFIVS l. c. Lib. IV. §. 21. numerat quadringenta vncialium millia,) lueret, ac ſuper ſolutione, praedibus datis, caueret.

**** Verba Declarationis ſic habent: *Aſſecurationem ſatisfacientem et validam dabit Dn. Duci Croyano, ſuper Staroſtiam Schlochouienſem, aut alibi, in ſolutionem iuſtae praetenſionis ſuae, quam ille extra hanc cauſſam, ex debito quodam liquido, a Polonia poſcit: quod eodem modo numerabitur inter ſolutionem deſideratam et conueniendam.* Id enimuero debitum, ab Sigiſmundo Auguſto, Rege Poloniae, olim contractum, inani ſtudio dudum repopoſcerat Anna, Princeps Croyana, Boguslai, vltimi Pomeraniae Ducis, ſoror. Vid. PASTORII Hiſt. Polon. P. I. p. 218. LENGNICH Hiſt. Pruſſiae T. VI. item VII. Tandem Ioh. Caſimirus id ipſum pacto in ſe tranſtulerat, eoque nomine Croyanis dynaſtiam Slochouienſem, in Pomerania minore, adſignauerat. Conf. PVFENDORF. loc. comm. p. 461.

parte Sueciae, ob diſtantiam loci, intra duos vel tres menſes, pollicentur. Ab Imperatore haec poſtulant: 1) Vt ſatisfiat Sueciae deſideriis, prout ea in propoſitione continentur: 2) Vt reſtituantur loca Pomeraniae, et Holſatiae: 3) Vt ſit ſecuritas in futurum: 4) Amneſtia et indemnitas praeſtetur: 5) Renunciatio foederum, in praeiudicium Sueciae, et huius tractatus. Similia prorſus erant, quae ab Electoralibus poſtulabantur. Sola fere acceſſit reſtitutio bonorum, quae ſub Sereniſſimo Electore habet Comes Koenigſmarkius. Deinde idem Mediator legebat ſecundae claſſis deſideria Suecorum, quae haec erant: 1) Liberatio captiuorum, ſine lytro, etiam eorum, qui in Tataria captiui tenentur: 2) Domino *de Dohna* vt propter bona Liuonica detur aliqua compenſatio: * 3) Pro heredibus defuncti Generalis *Wittenberg*, vt per aliquam praefecturam fiat compenſatio: ** 4) Liberatio Domini *de Koenigsmark:*

* Verba ſic habent: *Dno Chriſtophoro Delphico Comiti de Dohna, et fratribus atque agnatis eius, refuſionis loco, pro bonis ac fundis illorum, per bella priora Polono-Liuonica amiſſis, Staroſtia Chriſtburg et Tolchemit, ad modum, ſuper quo conueniri poterit, concedantur.* Chriſtburgum, et Tolchemitum, oppida haud ignobilia, in praefectura Mariaeburgenſi.

** Iuuat et hoc loco verba Declarationis repetere: *Domini Comitis de Wittenberg heredibus, pro paſſis per captiuitatem Zamoiſcienſem incommodis, ac damno, Staroſtia Cronenſis,* (in Pomerania minore,) *recompenſae loco, ad certum tempus cedat.* Fuerat Vuitebergius, expugnata a Polonis Varſauia, captiuus Zamoſciam abductus, in eaque cuſtodia morbo exſtinctus. Vir militari laude eximius, Poloniae primus, eo bello, impugnator ac victor.

*** Is ab Rege Sueciae in Pruſſiam euocatus, velut vrgente fato, interceptus mari ab Gedanenſibus fuerat, die XI Sept. An. MDCLVI. et in munimento ad fauces Viſtulae, (Weichſelmundam vocant,) cuſtodiae datus: triumphator olim Germaniae, ciuitatum Hanſeaticarum paullo ante terror. Iuuabit rem copioſius perſcriptam legere, inprimis apud RVDAVSCIVM p. 276. THVLDENVM Hiſt. ſui temp. Lib. VI. p. 264. BASNAGIVM loc. comm. T. I. p. 438. Exſtat peculiare ſcriptum, hoc titulo: *Relation, auf was Weiſe der Graf Koenigſmark von der Danziger Reede gefangen genommen und eingebracht worden.* (1656. 4.) Ex eo tempore Gedanenſes, ſuper liberando Koenigſmarkio, vehementer ſollicitati ſunt

mark: ooo 5) Bona nobilia Dondangensia, vt restituantur Domino Comiti *Schlippenbach:* 6) Elbinga vt gaudeat augmentatione priuilegiorum, concessa a Rege Sueciae: 7) Phari nocturnae, pro commoditate nautarum, in littoribus Curlandiae: 8) Praesidium Brodnicense vt sine mora restituatur: 9) Aliqua adhuc indeterminata, in posterum vt addi possint. Quum ista omnia legisset, et scripto comprehensa dare promisisset Legatus Mediator, Palatinus Posnaniensis respondit, esse haec tanti momenti, vt merito super iis spatium deliberandi postulandum sit. Interim id se nunc, nomine Legationis Polonicae, profiteri, hanc inter eos, qui paci, quantum fieri possit, studeant, nulli secundam esse. Mediator: Remoueantur, quae pacem impediunt. Habeat locum illud Seruatoris: *Rogate, quae ad pacem faciunt.* Postremo Palatinus faciebat mentionem Memorialis, a Deputato extraordinario Serenissimi Regis

 Daniae;

sunt, etiam ab Oliuerio Cromuellio: cuius epistola, ad Amplissimos Consules, ac Senatores Reipublicae Gedanensis, edita est in MILTONI Opp. T. II. p. 522. Eam ego, vel quia dignissima est, quae ab omnibus legatur, vel vt studio meo satisfaciam, quo illius Reipublicae veterem dignitatem, et praeclara ingenia ciuium, amplector, hoc loco totam sum adscripturus. „Vrbem Vestram industria, „opibus, et optimarum artium studiis flo„rentem, cum nobilissimis quibusque vr„bibus semper esse duximus conferen„dam: nunc posteaquam in hoc bello, „quod Vestris iam diu in finibus geritur, „Polonorum sequi partes, quam Sueco„rum maluistis, sane et religionis caussa, „quam colitis, et commercii, quod cum „Anglis vetustum iam habetis, optauimus, „vt ea Vobis maxime consilia placerent, „quae cum Dei gloria, Vrbisque Vestrae „dignitate ac splendore viderentur con„iunctissima. Quocirca petimus pro ami„citia, quae Vobis cum Anglorum gente, „multo vsu firmata, iam diu constat, et „si qua in gratia apud Vos nostrum quo„que nomen est, vt insignem inter pri„mos Suecorum duces, Conigsmarcum, „egregium praesertim bello virum, casu „et suorum proditione, mari interce„ptum, belli lege non acerbissime adhuc „gesti, dimittere velitis: sin id minus „Vestris rationibus conuenire arbitrami„ni, vt leniore saltim ac liberiore custo„dia habendum censeatis. Vtrum horum „Vobis faciendum decreueritis, id pro„fecto inprimis, quod existimatione Vr„bis Vestrae dignum, decernetis: deinde „ab omnibus praeclaris belli ducibus ma„gnam gratiam inibitis: nos denique, „quidquid id Vestra interesse putatis, „haud mediocri sane beneficio deuincie„tis. — Ex aula nostra, Westmonasterio, „An. 1656.

Daniae; * item alterius Memorialis, a Deputato Praepotentum Ordinum porrecti. **

Die IX. — Habuerunt Legati Polonici consessum, cum Deputato extraordinario Serenissimi Regis Daniae. Quid ibi actum sit, in sequenti sessione Magnus Regni Cancellarius referet.

Die X. — Habitus est conuentus, inter nostros Legatos et Foederatos. Primo omnium a Caesareis reddita est Legationi Polonicae epistola S. Caes. Maiestatis, quae caussam Ducis Boguslai Radziuilii commendat, ratione bonorum defuncti Principis Ianussii Radziuilii, *** quae adhuc detinentur ab exercitu, etc. Mox et Electorales eamdem caussam, nomine Serenissimi Electoris, agebant. **** Palatinus Posnaniensis regerebat: Transactum est de hoc negotio, cum Serenissimo Electore: ***** iis pactis standum est. Cancellarius Magni Ducatus Lithuaniae: In Comitiis facta est, inter Principem Radziuilium et Militiam, conuentio: nempe bonis Radziuilianis cessuram Militiam, vbi ei a Duce Boguslao persoluta fuerint CCM florenorum. Electorales: Transactione illa Militia

* Id, ex Regio tabulario Hafniense, infra in Actis Pacific. No. XLIV protuli, necdum euulgatum.

** Quod vid. in DIARIO EVROP. loc. comm. p. 69. et in LONDORPII Actis T. VIII. p. 662. Responsum, verbis Regis Poloniae redditum, exstat ibidem. Conf. AITZEMA loc. p. 513.

*** Ianussius Radziuilius, S. R. I. Princeps, supremus Lithuani exercitus dux, diem obierat, An. MDCLV. Vir magnus profecto, belli atque togae decoribus insignis, opibus et potentia supra ciuilia elatus. RVDAVSCIVS loc. comm. p. 179. *alterum Romanorum Marium* adpellat. Polonis autem vel maxime inuisus erat, quod studio religionis, Dissidentium quasi antesignanus, Lithuaniam Suecis submisisset. Quae inuidia et Boguslaum filium, quamuis rediisset ad officium, premebat.

**** Quippe Radziuilii Electori Brandeburgico ita addicti, vt non modo Lithuaniam, sed et ipsum quoque Regnum Poloniae olim animo destinarint. Ait PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. V. §. 17. *Radziuilii optabant, vt, conditionibus vtrinque proficuis, in Electoris tutelam concedere possent: quin vt is demum plane corona potiretur.* Insequutis temporibus contracta adfinitas: Ludouica Charlotta, Boguslai Radziuilii vnica filia

litia iam ſtare non vult, et bona Radziuiliana detinet, ideoque fortioribus remediis opus eſt. Palatinus Poſnanienſis: Fateor, pati iniuriam Ducem Boguslaum, ſed non a Rege, cui hac in parte fit iniuria, quando querelae de illo feruntur, inprimis ad Principes exteros. Exercitus bona illa per vim detinet: Regiis mandatis hac in re non obſequitur: nec niſi alio exercitu ad obſequendum adduci poſſet. Cancellarius Lithuaniae: Bona, quae in adſecurationem ſummae CCM florenorum, a Duce Boguslao promiſſorum, oppignorata ſunt a Sereniſſima Regina, non ſunt libera: ſed tenentur a Moſcis, adeoque adquieſcere iſto pignore non vult Militia. Ceterum ſuper iſto negotio non eſt, in his tractatibus, quos cum Suecis agitamus, agendum. Nihil de eo habemus, in inſtructione noſtra. Interim ſupereſt Duci Radziuilio via ordinaria agendi, cum Militia: nempe via iuris, quae omnibus Reipublicae ciuibus aeque patet, etc.

Poſtea ad Proiectum, ſeu ſpecimen conditionum pacis, a Legatione Polonica conceptarum, * eſt deuentum: in quo ea, quae

filia et herede, in matrimonium ducta ab Ludouico, Friderici Wilhelmi Electoris filio. De quo matrimonio, vt etiam hoc addam, ſingularia ex PVFENDORFII Commentariis ineditis, de rebus Friderici III. Elect. Brandeburgici, nuper promſit Auctor Anonymus Symbolarum Brandeburgenſium, pag. 349 ſqq.

***** Pactis Velauienſibus, quorum Art. XX cautum eſt, *vt praefatus Princeps* (Boguſl. Radziuilius) *tamquam is, qui de facto cum debita ſubmiſſione ad priſtinam obedientiam, fidem et obſequium, vna cum ſuis omnibus iam redierit, et omni cum hoſtibus commercio renuntiauerit, atque inpoſterum Sereniſſimo Regi ac Reipublicae obſequium ſuum fidele vouerit, non modo generalis amneſtiae beneficio frui ac gaudere poſſit; ſed etiam ſpeciali praeſentis tranſactionis vigore, in Ducatuum ſuorum patrimonia et omnia bona ac iura, ipſi legitime competentia, in forma pleniſſima, vna cum ſuis reſtitutus ac reſtituendus intelligatur, neque ratione iniuriarum, damnorum aut hoſtilitatum, quae in hoc bello vel per ipſum, vel per eius milites aut miniſtros acciderunt, per viam iuris aut facti, quiſquam negotium aut moleſtiam ipſi, aut partes ipſius ſequentibus, faceſſere poſſit,* rel.

* Id negotii datum ab ea inprimis Morſtino, Regni Referendario, fuiſſe, Felckerſamius refert, in DIARIO, ad diem primum Martii.

quae negentur, omiſſa eſſe, dicebatur, eo, quod de talibus oretenus melius agi poſſit: ibi ſtatim rationes dari poſſent negationis. Quemadmodum autem Legatio Polonica parata erat cum Foederatis communicare ſuum Proiectum: ita viciſſim ſperare ſe aiebat, Foederatos ſua Proiecta pariter communicaturos. Inprimis Referendarius Regni, antequam proiectum inciperet publice legere, quaerebat, an nunc quoque parati eſſent Foederati ſua Proiecta legere, et quidem ſuper omnibus punctis controuerſis. Si enim tantum declarationem ſuam, ſuper vno capite ſecuritatis, adferre vellent, ſe quoque non niſi vnum punctum, de eadem ſecuritate, lecturum. Caeſarei negabant, ſe ad omnia puncta declarationes plenas adtuliſſe: attamen paratos ſe adferre. Interea fidem ſibi deberi. De Pomerania, quod ea cedere velint, ſi in aliis punctis conuentum fuerit, iam ante ſe ſcripto profeſſos. Tandem igitur Proiectum Legationis Polonicae praelectum eſt, a Referendario Regni. Caeſarei legerunt quoque formulam generalem pacificationis: *Sit pax perpetua* etc. etc. Ea ita concepta erat, vt plane intelligi poſſet, qua ratione Sua Caeſarea Maieſtas his articulis tractatuum comprehendi, et ſecuritati pacis proſpici velit. Lecta poſt ſunt ea quoque, quae Electorales ſecum adtulerant.

Tandem Cancellarius Magnus referre coepit Legatis Foederatorum colloquium, quod Legatio Polonica habuiſſet cum Sereniſſimi Daniae Regis Deputato extraordinario. [a] Occaſionem colloquii fuiſſe natam ex Memoriali, quod Deputatus ille Sacrae Regiae Maieſtati porrexerat. Eo praecipue hoc agebatur, vt in his

[a] Die IX Martii. Paullo ante is ab ipſo Rege admiſſus ad colloquium fuerat: cuius rationem ipſe expoſuit, in DIARIO ad d. XXIII Febr. ſt. v. Summam autem

his tractatibus habeatur ratio Sereniſſimi Regis ſui, et ne illi ſine ipſo concludantur, etc. Ceterum quum in Memoriali non ſatis clare expreſſum eſſet, per quem Sereniſſimus Rex Daniae his tractatibus interuenire vellet, viſum eſſe, id ex Deputato percunctari. In id inſtitutum eſſe colloquium. Deputatum reſpondiſſe, ſe a Rege ſuo ſufficienter inſtructum eſſe ad id, vt poſſit, in his tractatibus, agere de rebus Domini ſui. Interim tamen auctoriſationes ſuas nolle ſe oſtendere, antequam ſciret, receptum ſe iri a Suecica Legatione. Reſponſum ei eſſe, Suecos obgerere, non poſſe cum Rege Daniae tractari in duobus locis. Si cum eo hic tractandum ſit, renunciandum eſſe tractatibus, qui in Zelandia habentur, eoſque huc transferendos. Deputatum dixiſſe: ſe, vt hic tractare poſſit, ſufficienter inſtructum; non item, vt tractatibus Zelandicis renunciet. Dandum interim ſufficiens tempus, intra quod Sereniſſimus Rex ſuus, ſuper iſta renunciatione tractatuum Zelandicorum, ſe declarare, et declarationem huc mittere poſſit. Ea occaſione propoſitas illi eſſe neceſſitates Poloniae, quae longas moras non ferant. Conteſtatum eidem Sereniſſimi Regis Regnique Poloniae ſtudium, erga Sereniſſimum Regem Regnumque Daniae. Commoda eius curae fore Legationi Polonicae: ſed ita tamen, vt propterea pacem ſuam impediri non ſinat. Haec quum dixiſſet Cancellarius Magnus, Legati Foederatorum quaerere coeperunt, quid in re Danica facere cogitet Legatio Polonica? Non poſſe, in his tractatibus, Regem illum penitus omitti. Aliquam ſaltem eius faciendam mentionem. Reſponſum, ea de re cum Legatis Foederatis deliberare adhuc velle Legationem Polonicam.

Die

tem peculiari ſcripto complexus eſt: quod, poſtilla traditum Regi, infra in Actis Pacific. No. XLIV. exhibuimus, ex Regio tabulario Hafnienſi.

Die XI. — Habita iterum ſeſſio eſt, cum Foederatorum Legatis: vbi Palatinus Poſnanienſis proponebat, ideo ſeſſionem hanc inſtitutam, vt de rebus Danicis conſultetur, et modus aliquis idoneus quaeratur iis ſuccurrendi, etiam per hos tractatus. In Proiecto quidem Polonico non eſſe eius factam mentionem, ſed non ideo, quaſi negligere cauſſam Danicam Legatio Polonica velit, ſed quod adhuc de ea, cum Foederatis, deliberare vellet, antequam mentio illius infereretur. Dns Colouratus: Ne quaeratur iam ſcrupuloſe, an Foederatus ſit Rex Daniae Polonis, nec ne? ſed potius vtilitatis et ſecuritatis communis ratio habeatur, quae vtique, illo Rege poſthabito, conſtare non poteſt. Dn. Houerbequius idem adſerebat, addens praeterea, maris Balthici dominium cui permittatur, probe diſpiciendum eſſe. Si Suecus maris iſtius portus praecipuos habebit, nullus praeſentis pacificationis noſtrae fructus erit Regno Poloniae, et Foederatis eius. * Dns Liſola: Res iſta maxima cura tractanda eſt, quo temperamentum impeririri poſſit, et modus eiusmodi, qui nec pacem Poloniae impediat, nec tamen etiam Regi Daniae occaſionem praebeat, tractatu ſuo in Zelandia nos praeueniendi. Palatinus Poſnanienſis: Regis Daniae reſpectus pacem hanc noſtram impedire merito non poteſt. Seorſum enim ille tractat: ad hos vero tractatus noſtros Pleni-

* Quippe tum Suecis pronum, non modo iis bellum et arma per occaſiones ſuas inferre, ſed vicinarum quoque gentium commercia pro libidine temperare. Quo diu ante ſecum agitato, Fridericus Wilhelmus, Princeps Elector Brandeburgicus, etiam Belgas olim monuerat, teſte PVFENDORFIO Rer. Brandeb. Lib. II. §. 42. *Suecos id agere, vt dominium maris Balthici ex aſſe ſibi vindicent, omnibus eidem adſitis Principibus excluſis, nullo amicorum inimicorumue diſcrimine. Nec certius quid Electori exſpectandum eſſe, quam vt, erumpente cum Polonis bello, pari ex ratione portus Boruſſiae et Curlandiae affectaturi ſint, non minus opportunitate ſitus, quam Pomeranicos et Mecklenburgicos, arriſuros. Ita omnibus iſtos portubus ad hoc mare potituros, Lubeca excepta, adſitorumque populorum commer-*

Plenipotentiarium non miſit. Cancellarius Magnus ea, quae hactenus inter Poloniam et Daniam interceſſerunt, altius repetebat. Inprimis vero, quod per Reſidentem ſuum, D. Iulium, * Rex Daniae apud Regem Poloniae in Comitiis, et extra Comitia, quaeſiuerit: quid illi reſponſum: quae conditiones poſitae, inter quas vna ſemper fuerit, vt Rex Daniae ad foedus, cum Polonia ineundum, Ordines Foederati Belgii ſollicitaret, quia, abſque claſſe foederata, Poloniae et Daniae arma minus proficere viderentur. Ideo a Sereniſſimo Rege Poloniae ad ipſos hos Ordines ablegatum Pinoccium; ſed nullo bono effectu. ** Neque enim foederi noſtro accedere voluere: neque Daniae Regis id ſollicitantis auctoritas apud illos valuit. Et eo videntur res iſtius Regis delapſae, vt Hollandorum fere arbitrium ſequi debeat. Ceterum, vt eorumdem arbitrio pariter res noſtras ſubiiciamus, cauſſam non videmus, quum inprimis de eorum, erga nos, voluntate non prorſus certi ſimus. Et quid, ſi illi in Dania, ſine nobis, pacem inirent? Quod non facturos illos, neque eodem conſenſuram Daniam, nemo eſt, qui cauere nobis velit, aut poſſit. Neque ipſe, qui hic adeſt, extraordinarius illorum Deputatus ſecuros nos ea de re reddit: etſi ipſe nuper in Memoriali ſuo, inter alia multa, etiam hoc audacter a nobis popoſcerit, ne prius hic pacem faciamus, quam fiat in Dania. ***

commercia pro libidine temperaturos, queis et bellum immittere in procliui futurum ſit, rel.

* Ianus Iulius, (*Iens Iuel*) Hereditarius in Hundsbeck: quem ſupra, pag. 49. not. * commemoraui conuentui Thorunienſi interfuiſſe. Inde Varſauiam reuerſus, quum intelligeret pacis negotium prouenire, Daniae cauſſam ſummo ſtudio egit. Cui rei documento ſunt ſcripta eius bina, quae, ex pluribus ad me perlata, infra in Actis Pacificationis N. XLV. et XLVI edidi.

** Vid. ſupra pag. 58. not. * Conſ. Obſeru. XIII.

*** Vnde verba, quae huc faciunt, iuuat repetere: *Ne S. R. M. Veſtra, niſi compoſito bello Danico, pacem cum Rege Sueciae ineat: ſi contingat, vt in hoc Regno prius quam in Dania pax concludatur.*

Interim etſi ſic ſe res habeat, cauſſam non dico, quin, quanta fieri poteſt cura, res Daniae agamus: inuento nimirum temperamento, quod illi commodet, nobis non obſit. Forte ita res moderari poſſet, vt pacis noſtrae, ſi ea coaluerit, ratificatio aliquantum ſuſpendatur, [c] ſic tamen, vt, ſi Danica pax intra illud tempus non ſequatur, noſtra ideo non impediatur. Cogitandum nobis de periculis noſtris, de damnis, quae Moſcus intulit, et vſque infert. Cogitandum de Duce Curlandiae, qui in vinculis cum Sereniſſima Coniuge, et familia ſua, ſquallescit. Haec omnia quin Excellentiſſimis Legatis Foederatorum pariter cordi ſint, non dubitamus, quia foedus et amicitia noſtra id poſtulat: qua freti, noſtra etiam vulnera tam fidenter deteximus.

Seceſſere non nihil Foederati. Quum rediiſſent, Dns Liſola: Merito, inquit, vicem Daniae dolemus. Male illi conſultum ab Hollandis. Sed nunc nec querelarum, nec apologiarum, tempus eſt. Potius communi ſaluti conſulendum, quae ſine Daniae incolumitate male conſtabit. Si pace noſtra non comprehendetur: Hollandi quoque ipſi ſibi, qua poterunt, conſulent, dedentque illum Regem

tur, vt tum factae pacis conditiones in ſuſpenſo maneant, et nullum, niſi ſubſecuta plane pace Danica, ſortiantur effectum: quod quam commode fieri poteſt, Celſitudines Suae in foedere, ſuper Elucidatione Elbingenſis Tractatus, nuperrime cum Rege Sueciae inito, exemplo ſuo docuere.

* Atque hanc vnam ſupereſſe expediendae rei rationem, legati Poloni iam aliquot ante diebus Parsbergio retulerant: quamquam in nupero colloquio Ioh. Caſimirus Rex, haud initurum ſe pacem, niſi ipſo eam ad ſanciendam admoto, diſertis verbis promiſerat. Vid. DIARIVM DANICVM l. c. Id quod et Declaratio Legationum Poloniae et Foederatorum, ſuper negotio Danico, perſcripta d. XI Martii, prae ſe fert, in DIARIO EVROP. loc. comm. p. 73. et LONDORPII Actis p. 663. Sed vero hoc eodem die declaratum ſibi Parsbergius memorat, prope confectam cum Suecis pacem eſſe, ita vrgentibus fatis, vt nec ipſius ratio haberi ex voto poſſet. Adeo tum conſilia Polonorum modo huc, modo illuc, impellebantur.

** Apud Auctorem Anonymum Diarii, ad diem XI Martii, relatum inuenio, praeter alia Liſolam huiuſcemodi verba feciſſe.

Regem Suecicae potentiae arbitrio. Vnde quantum periculi ceteris Statibus impendeat, facile quiſque colligit. ** Ceterum non diffiteor, Poloniam quoque rationes habere grauiſſimas pacis accelerandae, potiſſimum vero tres: 1) Quia bellum Moſcicum arma Polonica alio vocat: 2) Quia metus eſt, ne tractatus in Dania praeueniant noſtros: 3) Ne Rex Sueciae cum Moſcis pacem arctiorem ineat. Inter hos quaſi ſcopulos via media, et nempe temperamentum aliquod inueniendum foret: quale cum cura diſpicientibus nobis nullum nunc melius occurit, quam vt pacem hic iam conditionibus, quam fieri poterit, optimis faciamus, eamque omnes paciſcentes ſubſcriptione confirment ita, vt neutra pars ab ea recedere poſſit. Sed interim exſequutio eius tamdiu ſuſpendatur, donec pax quoque Danica fiat. Hac ratione et Poloniae, et Imperii, et Daniae, et Sereniſſimi Electoris rebus conſuletur. Neque Galliae hoc temperamentum ingratum erit, quia in tractatibus ſuis, cum Rege Hiſpaniarum, Daniae etiam Regis rationem haberi velle declarauit. *** Quaerebatur a noſtris, et praecipue Cancellario Lithuanico, de tempore, an certus aliquis terminus Regi

 Daniae,

ſe. „Ne intermittatis Danum adſerere. „Hunc ſi Vos deſeratis, ſane et Belgae „deſerent. Penes Suecos imperium maris erit. Vno verbo dicam: Si Dania „peribit, Polonia peribit.„ At vero Poloni, teſte Parsbergio, in DIARIO ad diem XII eiuſdem menſis, his atque ſimilibus nihil moti. Quin potius Magnum Regni Cancellarium, talem ac tantum virum, poſtquam dicendi finem Liſola fecerat, huiuſmodi verbis tradit diſſeruiſſe: „Sed conſtitutum animo, fixum„que tamquam clauo trabali eſt, res no„ſtras nobis habere. Vos, quod Veſtra „interſit, ipſi videbitis. Eſto: Dania ad „extremum pericu'um adducatur: nihil „admodum hoc ad Batauos, nihil ad Ge„danenſes. Longe remoti, extra teli con„iectum ſumus.„ — Haec ille, Reginae duntaxat ex negotiis priuatis obnoxius. De quo PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 48. *Porro, Cancellarius Magnus omni ſtudio,* inquit, *gratiam Reginae ſeruare nitebatur, ne Vicecancellarius,* (is erat Boguslaus Leſcinius, de quo ſupra eſt commemoratum, pag. 6.) *animi dotibus et ſplendore generis potior, ipſius luminibus obſtrueret.*

*** Pace Pyrenaea, Art. CI. Verba adtuli ſupra, pag. 60. not. **

Daniae, ipſique exſequutioni pacis noſtrae, praefiniendus ſit? * An item norma aliqua ponenda pacis Danicae? Nam ſi Rex Daniae omnia ſibi ablata repeteret, aut alias duras conditiones poneret: tum tarde admodum illa pax Danica, adeoque et huius noſtrae exſequutio, procederet. Interim hic neque bellum, neque pax foret: nec abduci exercitus, atque alibi impendi poſſet: et multa alia incommoda ſequerentur. Res tandem Danica, ob difficultates quaſdam, quae citra Sereniſſimae Regiae Maieſtatis ſcitum ſolui non poſſent, in aliam ſeſſionem reiecta eſt.

Die XIII. — Seſſio habita cum Foederatis. Noſtri excuſabant, quod ſuper rebus Danicis nihildum certi iam adferrent, eo quod Sereniſſimus Rex ab vrbe abfuiſſet, adeoque ſuper difficultatibus eius negotii non potuiſſet conſuli. Interim tam a noſtris, quam a Caeſareis, certa concepta erat formula, qua negotium Danicum comprehendebatur. Poſtea legebatur certum ſcriptum, quo Legatio Electoralis paratam ſe declarabat, Plenipotentiario Danico, ex parte ſui Principis, dare ſaluos conductus, ad hos tractatus: neque per ſe ſtaturum, quo minus ille admittatur. Eadem monebat,

* Fuerat autem, a Polonis, aliquoties ante ſpes facta Legato Dano, Regem Poloniae libenter conſulturum rationibus Daniae, ſancitamque cum Suecis pacem, non niſi duobus aut tribus poſt menſibus, quibus pax Danica coaleſceret, ratam habiturum. — In colloquio, die XII Martii, inter Danum Polonoſque habito, additum ab Magno Regni Cancellario: ſi ne id quidem temporis ſufficeret, poſſe omnino confirmationem pacis differri, vſque dum etiam inter Danos Suecoſque res pactione eſſent compoſitae. Verum hoc caſu Polonos paria vel maxime exſpectare. Quae dictu ſane quam ſpecioſa, re vana et inania Parsbergius, pro prudentia ſua, ingeniique perſpicacitate, facile redarguit: neque tamen omiſit ad Daniae Regem deferre. Vid. DIARIVM DANIC. ad diem XII Martii. Haec quum ita ſe habeant, ex vano videntur hauſta, quae PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. VIII. 67. hiſce verbis prodidit: *Auſus quoque Parsbergius fuerat citra mandatum, et ſub ſpe rati cauere, Daniae Regem non prius conuenta firmaturum, quam hic quoque concluſum ſit. Id quod a Polonis reiectum hoc quoque praetexto, quod ipſi hoc promiſſo*

monebat, eſſe apud Suecicos tentandum, an velint illum admittere? Si nolent: tum culpa excluſionis non erit a parte noſtra, ſed a parte Suecorum. Caeſarei legebant conceptum a ſe punctum amneſtiae. Iidem legebant guarantiam Daniae Regis, quam conceperant: ſiue is tractatibus his comprehenderetur, ſiue minus. Referendarius punctum Danicum Legationis Polonicae legebat. Electorales, poſt formulam lectam, qua punctum illud Danicum concipi volebant, inferebant ſimul poſtulatum, ſuper commutatione locorum quorumdam, inter Sereniſſimum Electorem et Regem Sueciae, circa Oderam in Pomerania: vt nimirum, quidquid ex hac citeriore parte Oderae eſt in poteſtate Suecica, commutetur cum aequiualente Electoralis poſſeſſionis, ſiue in Electoratu, ſiue in Pomerania. Circa Elbingam iterum moti ab Electoralibus, et a noſtris ſoluti ſunt ſcrupuli. De Duce Curlandiae hoc monebant Electorales, vt certum tempus reductioni eius determinetur: item, vt addatur hoc Articulo, Ducem illum vt Sueci ad fines ſuos, modo ſecuro et digno Principe, ſiſtant.

Die XXIII. — Seſſio habita cum Foederatis. ** Noſtri, per Cancel-

miſſo pure obligentur, Danum autem ſeſe exſoluere poſſe, ſi Belgae non conſentiant, a quibus ipſe pendebat: prout et a Belgis Gallia, atque Anglia, reſpiciebatur. — Hoc ipſo die, Oratores Poloni, vt Auctor Anonymus Diarii teſtatur, inter ſe ſuper legatione conſultauere, quam accelerandae paci, ad Regem Sueciae, mitterent, velut ſuſpecto pacificatore Gallo, qui de induſtria negotium traheret. Quae res tum ampliata, dein euentum non habuit. — Eodem die XII Martii, Felkerſamius, priuato colloquio, grauiter cum Magno Cancellario contendit ſuper rebus Curonicis, quas haud ſatis curae cordique eſſe Polonis Legatis intelligeret. De quo ipſe, in DIARIO, ad h. d. expoſuit.

** Per dies proximos ſuperiores, nihil publice ſollemniterque actum. Felkerſamius, ſuper liberatione Principis ſui, Legatos Polonos, frequenter prenſare; Superos, Inferos mouere. Die XIV. — Fantonius is, de quo ſupra memorauimus, pag. 126. ad Galliae Regem eſt ablegatus. Die XV. — inter Polonos Foederatoſque ſententiae, ſuper pacis deſcriptione, priuatim expeditae. Die XXI. — litterae Morſtini, Oratoris Poloni in Dania,

Cancellarium Magnum, ſcopum conuentus proponebant, in hunc modum: Nuncius de morte Regis Sueciae adlatus, etſi non vſquequaque adhuc certus et indubitatus, ° variis tamen cogitationibus impleuit animos; forte etiam ancipitem curam iniicere poſſet, an tractatus hi noſtri, ita, vt coepti ſunt, continuandi videantur? Nobis tamen nullae adhuc ſatis graues iuſtaeque cauſſae occurrunt, propter quas abrumpere debeamus coepta noſtra; multae grauiſſimae, cur continuare. Pericula, a Moſco inſtantia, in dies augeſcunt: etiam non procul a Varſauia ſtrepuere arma eius. Chouanſcii exercitus acceſſione nouarum copiarum auctus eſt, etc. Interim viſum eſt nobis, de re iſta, cum Excellentiis Veſtris deliberare, ipſarumque ſententiam audire. His dictis Foederati ſeorſum capita contulerunt. ° Poſtea D. Liſola, (alter enim Legatus Caeſareus propter morbum grauiſſimum aberat,) breuibus reſpondebat: Diuinam inprimis prouidentiam circa Sereniſſimum Regem et Regnum Poloniae admirabilem eſſe, eiusque ingens ſpecimen et argumentum fore iſtam Regis Sueciae mortem, ſi ea certa ſit. Interim quemadmodum Legatio Polonica continuare hos tractatus velit: ita Legationi Foederatorum tractandi animum minime intepeſcere, ſed potius magis magiſque inflammari. Si enim Rex ille mortuus ſit: ſpem ſibi non dubiam adſulgere, meliore et tutiore

nia, adlatae ſunt, nunciae mortis Regis Succiae. Is enimuero iamiam die XXII Februarii, ſt. n. Gothenburgi obierat, ſebri acuta: quam fertur moerore et curis, propter cladem Fionicam, contraxiſſe. Vid. BASNAGIVS Ann. Belgic. T. I. p. 592. Princeps vaſtiſſimi animi, gloriae adpetentior, fulmen belli. Obitus eius tanto luctuoſior Suecis, quanto hoſtibus opportunior, herede Regni impubere. Cui tamen Ioh. Caſimirus Rex ingemiſcebat, magis pro animi bonitate, quam neceſſitudine, qua Suecum adtingebat. Regina, *ſi is caſus pacem promoturus ſit, eo ſe gaudere*, non diſſimulabat. Conf. PVFENDORF. Rer. Brandeb. VIII. 73. Sed vero Sueci Legati, tali nuncio perculſi, animum tantum non penitus deſpondebant. Et praeſenti rerum ſtatui verba quoque adcommodabant in ſcripto, quod

tiore ſine pacificationem cum Regimine Suecorum futuro, quam cum ipſo Rege, bellorum nimis auido, et fluxae fidei Principe, *** terminari poſſe. Interim modum, quo, poſt fata illius Regis, tractatus iſtos continuari et ſtabiliri poſſe exiſtimet Legatio Polonica, ſe ex ipſa intelligere velle. Cancellarius Magnus: Diſpiciamus inter nos, de modo quam ſecuriſſimo, ſi quis inueniri queat, hos tractatus continuandi. Plenipotentiam Legationis Suecicae mors iſta Regis, ſi certa ea eſt, irritam quodammodo reddidit: quamquam ipſi Commiſſarii Suecici eam fulcire conantur. Dicunt enim, plenipotentiam ſuam non a Rege tantum, ſed a Regno etiam profectam. Poſito igitur, Regem mortuum eſſe, (quod ipſi tamen ſtrenue negant,) auctoritatem tamen Regni manere illaeſam. Deinde relictum a Rege Principem filium, qui patri deſignatus ſit ſucceſſor, et regni heres. Ceterum quum circa haec dubitationes ac difficultates iure moueri poſſint: aliam ab illis ſecuritatem, et verbalem, et realem requiramus. Equidem ea, quae Comes *de la Garde*, tantus Regni illius Senator, nunc vero etiam tutor et praecipuus Miniſter conſtitutus, et cum illo Oxenſtierna, Senator pariter primariae auctoritatis, (ne alios iam nominemus,) in iſtis tractatibus ſtatuerint, rata fore apud ceteros Regni Suecici ſtatus, credi facile

quod perſoluendae, pro deductione militum pecuniae, eadem die XVI Martii, ab Legato Gallo exhibitum fuit. Id equidem infra in Actis Pacific. N. XLVII poſui. Inter haec, Poloni hoc ipſo die, in Conſilio Regio, et die inſequente, in priuato conſeſſu penes Palatinum Poſnanienſem, de rebus Suecicis conſultauere: ac rationibus et exemplis adlatis, tandem decretum, quamuis mortuo Rege, perſequendum eſſe negotium, coeptamque veluti telam pertexendam. Ita retulit Auctor Anonymus Diarii ad h. d.

* Nam et Legatus Gallus ſuſpectae fidei arguebat: et Sueci ipſi, quid hoc eſſet, ignorare ſe profitebantur.

** Illi, ſuper ea re, et antea inter ſe agitauerant conſilia: de quibus vid. PVFENDORFIVS §. 74. vbi hoc quoque, cum Polonis legatis, colloquium diligenter commemorat.

*** PVFENDORFIVS loc. comm. —

le poſſit. Potius tamen eorum, quae hic conſtituta fuerint, ratificatio aliquamdiu differri poteſt, et debet, donec certa Regiminis forma, in Regno Sueciae, fuerit ſtabilita. Interim nos verbali et reali ſecuritate vallati, pergere iam poſſumus in tractatibus. Realis ſecuritas v. g. haec erit optima, ſi illi et pro ſecuritate tractatus, cum ipſis continuandi, atque in id, vt Legationem hanc ipſorum etiam nunc pro legitima acceptemus, nobis ex nunc loca, quae adhuc tenent, tradant; Ducem item Curlandiae, et eius familiam etc. reſtituant. [°] Foederati vero interim, dum ratificatio ſequeretur, Pomeraniae loca et alia retinerent, quaſi pignoris loco. Foederatis non adeo diſplicebant iſta, dummodo a Suecicis acceptarentur. Interim de hac re Legationem Polonicam, ſine dubio, cum Legato Mediatore acturam eſſe: ſe quoque, de eadem re, conſultaturos. Electorales iterum commutationis locorum, circa Oderam faciendae, mentionem faciebant. Noſtri eam ſibi curae fore reſpondebant.

Die XX. — Fuit ſeſſio primum cum Foederatis. Cancellarius Magnus: In nupera ſeſſione, communi conſilio diſpicere coepimus, quid in caſum mortis, cuius fama increbuit, Sueciae Regis faciendum videretur. Nunc iterum Excellentiarum Veſtrarum ſententiam requirimus, etiam Sacrae Reg. Maieſtatis nomine amanter rogantes, vt nobiſcum conſilia, ad maturandos hos tractatus neceſſaria, ineant. Pericula enim noſtra ingraueſcunt: Maieſtas Sua, multorum Senatorum precibus et hortatibus adſiduis, in Poloniam reuocatur. Adeſt iam in vrbe Mediator, qui declarationem a nobis exſpectat. Foederati digreſſi nonnihil inter ſe, ſuper hac propoſitione, deliberarunt. Poſtea reſpondit D. Liſola, [°°] in hunc modum: Quanto ſtudio

Quam viuo Rege, bellandi auido, et a quo non niſi chartacea cautio obtinenda ſit.

* Quem modum ſecuritatis Cancellario Magno primum ſe commendaſſe, Felkerſamius

ſtudio pax a nobis quaeratur, ſatis ex iis, quae hactenus dicta factaque inter nos ſunt, innotuiſſe arbitror. Et nunc profecto vehementer doleremus, ſi tam ſancto negotio vel vnius horae mora, noſtra culpa, iniiceretur. Ceterum praeter opinionem mors iſta, aut certe conſtans fama eius, interuenit. Ceſſat Legatorum Suecicorum plenipotentia. Nec videmus, quomodo cum iis, qui nunc pro viris mere priuatis, in hoc negotio, haberi debent, donec aliam plenipotentiam acceperint, ſalua exiſtimatione noſtra tractatus continuare poſſimus. Fieret id contra morem publicum. Nec licet nobis id facere, citra nouam, ab Auguſtiſſimo Caeſare, inſtructionem. Quod de Pomeraniae locis obiicitur, ea in noſtra poteſtate tam diu eſſe manſura, donec ratificatio legitima tractatuum iſtorum fuerit ſubſequuta, hoc nobis non ſufficit. Armis illa occupauimus: armis ibidem progredi poſſemus. Sed, per tractatus iſtos, curſus armorum noſtrorum impediretur, antequam de pace certi et ſecuri eſſemus. Quid ſi enim pax iſta, a Statu Suecico, non ratihaberetur? Interim emergere iterum Sueci poſſent: et crudelius bellum ſurgeret. Satius itaque eſſe videtur, vt Legati Suecici alias plenipotentias exſpectent, quae intra breue tempus, ſi bona fide et ſerio res agetur, haberi poterunt. Nobis pariter, a Caeſarea Maieſtate, breui ſuper hac re adferetur declaratio. Meminerunt Excellentiae Veſtrae, quantae antehac circa plenipotentias motae ſint difficultates, et quam tractatus iſtos adgredi nec Polonica, nec Suecica, Legatio voluerit, niſi illae adeſſent legitimae. Multo iuſtius nunc circa hoc negotium plenipotentiarum cunctamur. Mortuo Rege poteſtas nulla: et mortuo mandante,

 mandata-

kerſamius, Cancellarius Curlandiae, refert, in DIARIO, ad diem XVII Martii.

** Conf. PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. loc. comm. pag. 525.

mandatariorum facultas exolefcit. Interim confiderationes has noftras iudicio Excellentiarum Veftrarum fubiicimus, viciffim ab iifdem petentes confilium. Noftri refponderunt: Alia via iam cum illis agimus. Realem enim fecuritatem, et pignora, ab illis defideramus: nimirum, vt loca ablata, et Ducem Curlandiae, reftituant nobis, Foederati autem noftri occupata interim retineant. Veftris Excellentiis mora tractatuum non eft periculofa: fed periculofa eft nobis. Mofcorum enim cum Suecis tractatus, ob rationes iam antehac a nobis adlatas, omnino praeuenire debemus. Mofcus, per tractatus, parum forfan nobis volet reddere, quia omnem Lithuaniam et fere Vcrainam quoque tenet. Itaque difficiles erunt cum illo tractatus. Dns Lifola: Agant Excellentiae Veftrae per Mediatorem cum Suecis, ita tamen, vt famae Principalium noftrorum et noftrae confulatur, ne Orbi vniuerfo ludibrio fimus. Forfan pertentari clam poffent animi Suecorum, per Mediatorem, quo vfque progredi velint. Cancellarius Magnus: Noluimus quidquam, in ifta re, clam et fine Foederatorum confcientia agere. D. Lifola: Atqui Sueci tamen iam habent Proiectum Polonicum. Noftri omnes negabant, cum vllo communicatum id effe. Cancellarius Lithuaniae: Si fperamus, eos plenipotentiam breui habituros, cur perdimus tempus? Quum inprimis S. Regia Maieftas abire hinc cogitet, et fcire tamen velit, quo loco hic relinquat tractatus. Dns Lifola: Poffunt interim Proiecta reuideri, et tentamenta aliqua tractatuum fieri, citra conclufionem. Interea venient plenipotentiae. Veftrae Excellentiae poffunt in dubiis fuis S. Regiam Maieftatem, quae hic praefens eft, confulere: nos non item. Adeoque maior noftra difficultas eft. Noftri: Siquidem realem fecuritatem, tam pro nobis, quam pro Excellentiis Veftris, defide-

desideramus, loca nimirum Prussiae et Curlandiae nobis restituenda, contra loca Pomeraniae tamdiu ab Excellentiis Vestris ad ratificationem vsque retinenda, nemini tractatus isti vel ludibrio vel fraudi esse poterunt. Habenda est ratio Illustrissimi Ducis Curlandiae, et familiae eius: certe S. Regia Maiestas non magis de suis rebus, quam de istis miseris captiuis Ducibus, sollicita est. Dns Lisola: Proponantur Suecis difficultates nostrae, et simul sententia eorum requiratur per Mediatorem. Electorales: Satis vndiquaque patet, quantopere Serenissimus Elector restitutionem Celsissimi Ducis Curlandiae, et familiae eius, desideret: adeoque nunc quoque moram ei obiici nullo modo vellet. Interim magna difficultas, per defectum plenipotentiae Suecicae, nobis obiicitur. Magna erit imparitas tractantium. Nos, quae constituemus, seruare tenebimur: quia nullus in plenipotentiis nostris defectus est. Illi sine dedecore reuocare poterunt, si volent, quaecumque nobis adnuerint. Praeterea quum Pomeraniam nos retenturos aiunt, donec ratificatio sequatur, in eo nihil noui nobis offerunt. Nam et alias, etsi iste casus non interuenisset, ea loca restituere ante ratificationem non tenebimur. Cancellarius Magnus: Nostri caussa bellum Foederati susceperunt: nostri caussa pacem quoque, si de securitate sua certi sint, non detrectabunt.

Adductus postea est Mediator, qui in hunc sensum loquebatur: [a] Speraueram notabilem tractatuum nostrorum hac hebdomada progressum: sed ea elapsa est, sine fructu: 1) Ob difficultates Proiectorum: 2) Ob famam, de Regis Sueciae obitu. Sed Proiectum iam conceptum esse intelligo, adeoque inde nulla amplius mora erit. Quod ad mortem Regis Sueciae adtinet, de ea

 non

[a] Conf. DIARIVM CVRONICVM ad h. d.

non nisi rumor adhuc vagatur. Quantum famae credendum sit, satis notum prudentibus. Huic inprimis rumori fides nondum haberi potest, quia ex locis suspectis adfertur. Fateor, aliquo modo probabilem esse: sed tamen non est certa haec fama, quum Residens Suecicus Hamburgensis litterarum, Gotheburgi, die XVIII Februarii scriptarum, mentionem faciat, nullam vero mortis Regiae. Dankuartius, ex Scania, nihil quoque de ea scribit. Sed vt supponamus, veram esse hanc famam: non est tamen ideo suspendenda negotiatio nostra. Mortuo Rege, bellum non exstinguitur: finiendique belli caussa manet eadem. Equidem morte mandantium vis mandatorum quandoque vanescere solet: sed hoc fit inter priuatos tantum: in publicis non fit, * nisi quando res adhuc plane integra, et nondum coepta est. In Gallia Princeps Condaeus post mortem Ludouici XIII. ad Rocroy pugnauit cum hostibus, non exspectato nouo mandato. Si negotium non esset coeptum, non deberet incipi: sed quia coeptum est, potest, et debet continuari. Quum autem inter tractationem, et conclusionem, distinguendum sit: de illa, quin continuari possit, non est dubitandum. Conclusio maioris consequentiae est. Interim, ex parte Sueciae, de illa quoque non videtur ambigendum. Nam et ipsi hi Legati promittunt, se de medio sui aliquot obsides hic relicturos, donec ratificatio Suecica sequatur. Nostri: Nos rebus magis, quam personis

* De quo non nostrum est in praesenti disquirere. At neque exemplum Principis Condaei, aut potius Angiani Ducis, (*Duc d' Enguien,*) quo tum nomine Ludouicus Borbonius claruit, rei satis conueniens videtur. De pugna ipsa, ad Rupem Regiam, (*Rocroy,*) die XVII Maii, An. MDCXXXIV pugnata, victoriaque de Hispanis parta, legendus inprimis IO. LABARDAEVS, in egregio, de rebus Gallicis, historiarum Opere, Lib. I. p. 33 sq. Conf. Commentar. de rebus Ludouici Borbonii, (*Memoires, pour servir à l' histoire de Louis de Bourbon,*) T. I. p. 81. Ceterum Legatum Gallum complura, in hanc rem, exempla, opinionesque Iurisconsultorum,

ſonis, adquieſcere vellemus. Loca itaque nobis reſtituant, vti antea dictum. Mediator: Excellentiae Veſtrae, pro ſecuritate futurae ratificationis, petunt reſtitutionem locorum. Quam ſecuritatem habebunt Sueci, an Polonia ſit ratificatura, nec ne? Debet eſſe aequalitas. Sed quidquid ſit, de iſtis porro agemus: Modo tractatus continuentur: quod vt fiat, maxime opto, et deſidero. Caueamus omnes, ne in nos illud quadret Taciti:* *Acribus initiis, incurioſo fine.* Rex Chriſtianiſſimus pacem Poloniae, et eius vicinis, ſerio optat, ** ſuamque operam, per me, ſedulo iterum iterumque offert. Ego Regis illius miniſter, nihil, quod ad pacem promouendam pertinet, patiar vmquam in me deſiderari. Gratiae illi actae ſunt a noſtris, ſimulque declaratum, ex hac parte nihil quoque, quod ad pacem maturandam facere videatur, omiſſum. Ceterum caſum hunc, qui interuenerit, etſi nondum de eo omnimodo certitudo ſit, tanti tamen eſſe, vt iure omnium animos in ſe aduerterit. Et iam porro non tantum de continuatione, ſed et de ſecuritate tractatuum, iure cogitari. De qua ſe omnes ipſius quoque Mediatoris conſilium audire paratos. Electorales pariter gratias eidem, pro ſtudio conciliandae pacis, agebant. Ad quam, aiebant, Sereniſſimus Elector noſter non minus aliis propenſus eſt. Et ad eam promouendam nos Miniſtri Suae Serenitatis, quidquid in nobis eſt, conferimus. Sed ad talem caſum inſtructi non ſumus. Non

mirum

rum, ciuiliſque prudentiae doctorum, magno numero aduocaſſe, reperio. Adeo certe Auctor Anonymus Diarii ad h. d. eum aduenilſe commemorat, noua farragine rationum, atque exemplorum vndique congeſtorum, inſtructum, praeter ea, quae, priuato colloquio, ante expedierat.

* Ann. VI. cap. 17.

** KOCHOVIVS Climact. II. p. 433. publici diplomatis, circa id tempus ab Lumbrano exhibiti, meminit: *quo Chriſtianiſſimus Rex vt auctorem ſe eius foederis, ſic rumpendi vindicem profeſſus, vere Chriſtiano zelo, in procurandam Europae tranquillitatem ſe dabat.*

mirum igitur, ſi, re improuiſa quaſi deprehenſi, curſum negotiationis non' nihil ſuſpendimus. Cogitet Mediator, quid in ſimili negotio facturus ipſe ſit. Nullum enim exſtat exemplum, vbi ceſſantibus plenipotentiis tractatum ſit. Quod ad Condaeum adtinet, quem Mediator adlegauerit, ille dux belli fuit, non pacis miniſter. In bello rerum gerendarum occaſiones ex re nata ſumuntur: quae ſi ex voto dentur commodae, mors Principis obſtare non ſolet, quo minus Succeſſori, et Reipublicae, quam optime ſeruiatur. Neque ad praelia patranda exſpectari ſolent ab Aula mandata. Condaeus igitur pugnare, quum res et occaſio iuſſit, potuit, etiam mortuo Rege. Sed ſi tranſigendi occaſio oblata fuiſſet: faſſus haud dubie eſſet, id in ſua poteſtate non eſſe. Cogitet Mediator, magnam hic fore inter partes tractantes diſparitatem. Nos qui legitima Legatorum auctoritate inſtructi ſumus, ad ea, quae proponemus, aut concedemus, obſtricti tenebimur: non item Sueci, qui, vbi e re ſua eſſe videbunt, ad defectum plenipotentiae confugient. Mediator: Si Foederati habent aliquas difficultates: ſaltem ne manus Poloniae ligare velint, quo minus illa rebus ſuis conſulat. Reſponſum, non ligari manus, ſed ſecuritati communi conſuli. Cancellarius Magnus: Nos pro ſecuritate res, non perſonas, obſides poſcimus. Reſtituant Sueci, ſtatim poſt factam ſubſcriptionem, Illuſtriſſimum Curlandiae Ducem cum omni familia: reſtituant loca Pruſſiae et Curlandiae. Foederatis vero, vſque ad ratificationem, loca Pomeraniae relinquant. Mediator: Iſtis conceſſis, vellentne omnes eſſe contenti? Electorales: Pomeraniae loca, etiam citra caſum mortis, et valorem ſuum habentibus Suecorum plenipotentiis, retenturi eramus vſque ad ratificationem.

tionem. Nihil itaque nouum nobis offertur. Quid ſi Stetinum interim, vſque ad ratificationem, ſequeſtro daretur? His dictis Mediator abiit.

Rediit D. Liſola, cui omnia, quae cum Mediatore acta eſſent, expoſuit Cancellarius Magnus. Ille cum Electoralibus digreſſus, conſilium cum illis iniit. Poſtea in hanc ſententiam loquutus eſt: Omnes modos perquiſiuimus, quibus tractatus iſti maturari poſſe videntur, et profecto eos non impedire, ſed promouere contendimus. Interim tamen videndum, ne ludibrio nos exponamus. In re perplexa temperamentum quaeramus, quod nobis ipſa Mediatoris diſtinctio ſuppeditet. Ille enim inter tractationem, et concluſionem, diſcrimen fecit. Age, tractetur: complanentur inſtrumenta: tentetur, quo vſque in conditionibus procedi poſſit. Etiam noſtra ſimul proponant Legati Poloni: ſed tamen non ſine ſcitu noſtro. Interim venient nouae Suecorum plenipotentiae: venient etiam ab Aula Caeſarea mandata. Tum et ſubſcriptio et concluſio omnium propoſitorum ſequi poterit. Noſtri reſpondebant: Nollemus tam diu tractatus noſtros differri, donec nouas plenipotentias recipiant Sueci. Ad compenſandum enim plenipotentiae ſuae defectum, tanto facilius iam in reſtitutionem eorum, quae nos poſtulamus, conſentient. Diu circa hanc materiam vtrimque diſceptatum eſt: noſtris volentibus, vt tractationi finitae ſtatim quoque Caeſarei ſubſcriberent. Dns vero Liſola deſiderabat, vt Polonica Legatio caueat Caeſareae, tractatuum iſtorum ratihabitionem, cum ratihabitione Foederatorum, coniunctum iri. Concepta tandem talis formula: „Vt, in caſu hoc emergente mortis „Regis Sueciae, tractatus tamen noſtri communes curſum ſuum

„ſortiantur, non impediunt Legati Foederatorum, quo minus Le-„gatio Polonica interea, dum Legatio Caeſarea a Domino ſuo „noua mandata accipiat, concludat, et ſubſcribat iis, quae in inſtru-„mento communi, tam ex parte Poloniae, quam S. C. Maieſtatis, „continentur.„ Sed eam formulam, adcuratius conceptam, ſcripto dare promittebat Dns Liſola.

Quum in multam noctem procurriſſent diſceptationes, tandem paullo ante decimam iterum aduocatus eſt Legatus Mediator, et coram eo excuſata mora reſponſi, cuius cauſſa ſit rei arduae perplexitas, ob quam aegre inter ſe partes conuenire potuerint. Simul eidem Mediatori indicatum, conſentiri ex parte noſtra, et Foederatorum in continuationem tractatuum, ſiue mors Sueciae Regis certa ſit, ſiue minus: ſed conſentiri hac lege: 1) Vt Illuſtriſſimus Dux Curlandiae, cum familia ſua etc. reſtituatur, intra quatuor ſeptimanas, computationis initium faciendo a proximo die Lunae. Interim illum ad fines, e. g. Rigae, ſiſtendum, vt ſtatim, poſt ſubſcriptam et concluſam pacem, reduci in ſuum Ducatum poſſit: 2) Vt fiat euacuatio omnium locorum, quae Sueci tenent, Mariaeburgi, Elbingae, et Bauſci in Curlandia, etc. Concluſum praeterea, conuentum agere in monaſterio Oliuenſi, vt ex propinquo, et minore ſua moleſtia, inter partes agere Mediator poſſit. Mediator: Super conditionibus, quas hic poni audio, praeliminariter iam cum Suecis egi, mentem eorum exploraturus. Video illos nihil, gente ſua indignum, facere velle: in aequa tamen conſenſuros non dubito: Vt Ducem Curlandiae ſimpliciter reddant, vix adduci eos poſſe video: et conditio iſta, prout a Legatione Polonica ponitur, lubrica eſt. Si enim noua mandata Sueci acceperint:

ceperint: non consentient in eiusmodi simplicem restitutionem, quia plenipotentiae defectus, ob quem alioquin consensuri viderentur, esset iam resartus, neque adeo istis conditionibus nouis opus fuerit. Certius igitur et tutius erit, commutationem, etsi non ex pari, facere. Restituatur Dux Curlandiae: et vicissim ex hac parte Comes Koenigsmarkius. Deinde, vt omnia loca euacuent, statim a subscriptione, persuaderi pariter illis vix poterit. Aliquod enim quasi telum in manibus sibi relinqui volent, quo ratificationem tanto fortius vrgere possint. Mariaeburgum et Stumam in Prussia, Bauscum in Curlandia, reddent. Elbingam, vsque ad ratificationem, retinere cupient. Electorales adhuc, circa defectum plenipotentiae, mouebant scrupulum, et simul Mediatori hoc expediens proponebant: Reddamus nobis vicissim procuratoria nostra: agamus sine istis, vt pares inter nos simus. Proponatur hoc Suecicis Legatis. Tandem totius sessionis, ad decimam noctis protractae, conclusio talis concepta est: Mediator, nomine Suecorum, consentit 1) in restitutionem Illustrissimi Ducis Curlandiae, totiusque familiae eius, intra possibile tempus faciendam; siue plena mandata Suecicis Legatis in casu mortis Regiae venerint, siue minus: dummodo vicissim, ex parte Poloniae, libertate donetur Comes Koenigsmarkius. 2) Consentit idem, nomine Suecorum, cessuros hos locis omnibus, occupatis a se in Prussia, et Curlandia: excepta Elbinga, quae sola reseruabitur, ad ratificationem vtrimque praestandam. Interea tractatus continuandi sunt: idque Oliuae, vt tanto citius partes sibi mutuo per Mediatorem respondere possint. Electorales Elbingam, simul cum ceteris locis, euacuari postulant. Idem postulant Legati Poloni.

Die XXII. — Seſſio fuit cum Foederatis, in qua Proiectum Polonicum perlectum eſt. * Puncta omnia et ſingula examinata, diſcuſſa, et, ſi qua opus eſſe videbatur, correcta. Quum in aliis conuentum eſſet: diu circa Danicum punctum haeſit deliberatio. Poſt multa vltro citroque in hoc negotio dicta, noſtri tandem illud medium, cuius iam antehac mentionem iniecerant, adprehendendum ſtatuerunt, vt nimirum exſequutio pacis huius, ad tres menſes, ſuſpendatur. Interim circa pacificationem Danicam laborabitur. Super hoc puncto Danico digreſſi Legati Foederati, poſtea reſponderunt, certi temporis determinationem damnoſam fore Regi Daniae. ** Si, ſine determinatione temporis, exſequutio pacis noſtrae ſuſpenderetur, melioribus ille conditionibus paciſci poſſet. Sed hac de re, quia perardua eſt, deliberare vlterius nobis fas ſit. Interim Articulus iſte, quem concepimus, de admittendo Regis Daniae Miniſtro, *** Suecis proponatur, vt ſenſum eorum,

* Id equidem totum, ex Codice Zaluſciano, infra protuli, in Actis Pacificationis, No. XLVIII.

** Rem explicat PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. VIII. 72. p. 523. *Suſpenſa,* inquit, *in vnum et alterum menſem executione, Dano haud conſulebatur, quod Sueci interim tempus per inania extrahere poſſent; elapſa die dicta tractatum abrupturi.*

*** ſ. Declaratio Legationum Poloniae et Foederatorum, ſuper negotio Danico: cuius ante memini, pag. 140. not. * Hoc loco verba ipſa lubet adiicere: *Cum Legatio Suědica, die nona menſis Ianuarii, Partibus paciſcentibus declararit, quod ad tractandam ſimul concludendamque cum Ser. Daniae Rege pacem inſtructi ſint et parati; Eiuſdemque Regiae Maieſt. Deputatus Extraordinarius in Memoriali, nuper S. R. M. Poloniae exhibito, teſtando Ser. Daniae Regis in pacem vniuerſalem ſtudio, denunciauerit, nihil ex parte Regis, Domini ſui, deſideratum iri, quod ad promouendum tam laudabile inſtitutum, terminandumque coniunctim negotium requiri poſſit: poſtulat Legatio Poloniae et Foederatorum, vt ſine vlteriori mora mandata procuratoria vtrinque commutentur, propoſitioneſque in negotio tractatuum pacis, vna cum alte memorato Rege inſtituendorum, reciproce edantur.*

* Poſt aduentum, in monaſterium Oliuenſe, orta eſt, prout Auctor Diarii Anonymus ad h. d. tradit, inter eiuſcemodi alia, dubitatio, ſuper prima ſalutatione:

eorum, in hoc negotio, ſic exploremus. Si eum admitti nolent: nos ſaltem extra culpam erimus. Interea temporis, nos quoque certi aliquid, de negotio Danico, concludere poterimus. Soluta ita eſt ſeſſio. Eodem die quidam ex Commiſſariis, praecipue Palatinus Poſnanienſis, Striſſam abiit, ibique iam ſedem fixit.

Die XXIII. — Prima ſeſſio fuit Oliuae: * in qua Mediator primum ſcrupulos aliquot Suecorum, circa primum Articulum Proiecti, expoſuit. ** Nempe addi titulum *Sereniſſimi* expreſſe, et citra abbreuiationem: deinde etiam *Potentiſſimi* adiici velle Legatos Suecicos. Deinde nolle eoſdem mentionem, in eo Articulo, fieri pactorum cum Imperatore, et Electore: quippe, quae ſint contra Suecos inita. Quum regereretur, mentionem iſtorum omitti non poſſe, quia iſta foedera defenſiua, et in caſum neceſſitatis facta ſint: laboratum tandem eſt, circa aliquod temperamentum inueniendum. *** Propoſitumque tale eſt a Mediatore, vt

 concipian-

tione: qua ſe ſuperſedere Poloni rebantur poſſe, nullo in Suecos, necdum amicos, iure hoſpitalitatis obſtricti. In ipſo autem conſeſſu illo, demum litterae ad Suecos, de morte Regis, adlatae. *Primo congreſſus die*, inquit PVFENDORFIVS, Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VII. §. 8. *Suecis mors Regis, quae quinque ſeptimanas ante contigerat, innoteſcebat: de qua pars aduerſa ante oΣtiduum intellexerat.* Id etiam Diarium Legatorum Suecicorum, (ipſi *Protocollum* vocant,) teſtatur: cuius, quae in tabulario Regni Holmienſi ſuperant fragmenta, beneficio Regio, per Generoſiſſimum Virum, Dn. STIERNMANUM, Stellae Polaris Equitem, mecum humaniſſime communicata ſunt, altero Volumine, (neque enim inſtituto voluntatique ſucceſſionem proſperam defuturam putem,) in lucem producenda. Initium Partis IV. ab hoc conſeſſu factum eſt: de litteris autem, quas diximus, ſic in ea proditum: — *Litterae diuerſae certitudinem de morte Glorioſiſſimi Regis noſtri, proh dolor! adferunt. Vnde ſumma oritur conſternatio mentium, et perturbatio animorum, Dnis Legatis noſtris. Idem confirmante Dni Legati Terlonis relatione, et a Brandeburgicis Legatis communicata Copia litterarum noui Regis noſtri, Clementiſſimi Domini Caroli XI. ad Dnum Regni Admirallium, Comitem Wrangelium, datarum* Conf. DIARIVM CVRONIC. ad e. d.

** Conf. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

*** Conf. DIARIVM SVECICVM l. c.

concipiantur verba primi Articuli, vbi de foederibus agit, in hunc modum: „Saluis omnibus pactis, inter Augustissimum Imperato„rem, et Serenissimum Electorem, cum Serenissimo Rege et Re„gno Poloniae, quantum huic pacificationi non sunt contraria.„

Postea ad secundum Articulum Proiecti progrediebatur Mediator, vbi de amnestia agitur: ac primum maiorem, circa eum, difficultatem fore dicebat, quia in eo, vti ceteris ciuitatibus, ita Elbingae conseruatio priorum iurium et priuilegiorum sanciatur, interim iisdem priuilegiis Elbingae derogetur, per pacta, cum Serenissimo Electore inita. His enim pactis tradi Elbingam Electori. Iam autem antiquissimo Casimiri III. Regis Poloniae, priuilegio * cautum esse, et constitutum, vt Prussia indiuulsa maneat, nec pars eius vna ab altera separetur. Responsum est Mediatori, interuenire saepe mutationes et casus, vbi ab eiusmodi priuilegiis recedi debeat, et iure possit. Regiomontum olim fuisse ciuitatem Regalem, nunc non esse. ** Relinqui talia dispositioni Regum et Reipublicae. Inprimis si quae vrbs peccarit, posse vtique ei adimi, vel minui priuilegia, vt male actis poena sit. Mediator: Sueci dicunt, non esse Elbingae imputandum, quod se Suecis dediderit: suasu enim, et exemplo Polonorum id factum. *** Iam Sueci salua existimatione

* Priuilegio, quod vocant, Incorporationis, de An. MCCCCLIV. Id, ex IO. LASCONIS atque IAC. PRILVSII Statutis Regni Poloniae, repetitum est in WILLENBERGII, Diss. de vnionis, qua Poloniae iungitur Prussia, indole, §. III.

** Quippe, excutiendo Equitum Teutonicorum iugo, Regiomontum quoque foederi, An. MCCCCXL sancito, adfuit, ac dein anno eiusdem seculi quarto et quinquagesimo sese, cum ceteris, ditioni tutelaeque Casimiri III. Regis permisit. Vid. CASP. SCHVTZII Chron. Prussiae p. 141 et 196. In legatis Ordinum, ad eum missis, Gregorius Schuachius et Nicolaus Rademanus, ciuitatum Regii Montis senatores, (*Greger Schwach von Koenigsberg, Nickel Rademan aus dem Kneiphoue Rahtmanne,*) diserte nominantur. Verum haud diu post illorum in potestatem redactum est. Conf. CPH. HARTKNOCHII Hist. Prussiae p. 315 et 629.

ſtimatione ſua deſerere Elbingam, quin cauſſam priuilegiorum eius agant, non poſſunt. **** Cancellarius Magnus: Si Elbingenſes ſuſceptum ſemel iugum Suecicum, exemplo Polonorum, quos allegant, excuſſiſſent: vtique non priuatione priuilegiorum, ſed auctione, digni eſſent. Poloni reſipuerunt, et ad Dominum ſuum redierunt; non item Elbingenſes. Ceterum de iure ſupremo, quod Rex et Reſpublica in vrbes ſuas habet, libere idem Rex et Reſpublica diſponit, nec de eo cuiquam reſpondere tenetur. Sueci ſatisfaciunt officio ſuo, quando indemnitati eius vrbis, quantum poſſunt, conſultum eunt: ſed noſtri officii quoque eſt ſtare foederibus. Itaque categorice reſpondemus, a pactis, cum Sereniſſimo Electore initis, in quibus Elbinga comprehenditur, nos non receſſuros: nec velle nunc pacem inire, qua priora pacta violentur. Mediator: Extra bellum habet, et, quando vult, exercet Rex et Reſpublica ſummum ius, vt in alias ſuas vrbes, ita in hanc: nempe libere diſponit ſecundum conſuetudinem, et leges receptas. Sed quando, rebus per bella turbatis, tractandum eſt, plerumque de ſummo iure remittere oportet. Cancellarius Magnus: Nobis non ſunt tractatus cum Elbingenſibus; ſed cum Suecis, qui ſe in iura noſtra ne immiſceant. Mediator: Pacta illa, cum Electore, contra

*** Conf. DIARIVM SVECIC. l. c.

**** Qua excuſatione Sueci, etiam in Stumdorſianis pactionibus, fuerant vſi: prout OGERIVS, facundus rerum auctor, teſtatur, loc. comm. p. 349 ſq. Certe ipſo deditionis pacto cautum erat, cuncta vt priuilegia vrbi non modo ſalua atque intemerata ſeruarentur, ſed vero etiam augerentur. De quo vid. PVFENDORF. l. c. Lib. II. §. 62. Enimuero Poloni multo maxime infenſi Elbingenſibus, quod veteri, in Suecos, ſtudio et adſectu obſequium, erga Rempublicam, exſuiſſent, praecipua iura, ſigillum Pruſſiae, et in Comitiis praeeminentiam, vt ſuperiore bello, ita etiam hoc, quod erat huc vſque geſtum, ad Gedanenſes tranſtulerant. Hi itaque, ne redderentur iſta antiquis poſſeſſoribus. Regem inter alia peculiaribus litteris ſollicitauere. Earum exemplum, ex Codice Zaluſciano, infra exhibui, in Actis Pacificationis, No. XLIX.

contra Suecos inita ſunt: et quidquid ibi Elbingae adimitur, cedit in odium et probrum Suecorum, quorum cauſſa priuilegia ciuitatis imminuuntur. In amneſtia autem promittitur, priuilegia manſura ciuitatibus, etc. Referendarius Regni: In hoc Articulo nullum eſt medium. Stat ſententia, inſiſtere et ſatisfacere pactis, cum Sereniſſimo Electore initis. Mediator: Sueci pariter dicunt, ſe non poſſe deſerere cauſſam Elbingenſium. Vſitatum eſſe in omnibus pactis, agere cauſſam adhaerentium. Referendarius Regni: Res iſta non eſt in poteſtate noſtra. Inſtructioni noſtrae inhaerendum, et auctoritati Comitiorum, qua pacta, cum Sereniſſimo Electore, ſtabilita ſunt: * contra ire nefas eſt. Si tamen Sueci Elbingam omnino priori ſuo ſtatui redditam cupiunt: dent Elbingenſes Sereniſſimo Electori duodecies centena millia: tum cedet Elector iure ſuo. Mediator: Sed medium aliquod adaequatum ipſi Electorales inueniant, ne ad hoc vadum tractatus noſtri haereſcant. Electorales: Aliquando Braunsberga, pro Elbinga, nobis oblata eſt. ** Mediator: Diſpiciantur eiuſmodi media. Pacis certe cauſſa aliquid faciendum eſt. Noſtri: Pacta, quae habemus cum aliis Principibus, infringere velle, non eſt viri pacifici. Quemadmodum Mediator veteribus pactis, quae Sueci habent cum aliis Regibus vel Principibus, nollet praeiudicium fieri: ita noſtris pariter fieri nolit. Rei iniuſtae, quam petunt Sueci, omni ſtudio reſiſtat.

Cancella-

* Anno MDCLVIII. Vid. KOCHOVIVS Climact. II. p. 295.

** Oblatam dicunt, quam inani ſtudio aliquoties quaeſierant. Primum in Velauienſi tractatu: de quo PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VI. §. 75. *Ceterum,* inquit, *vti ſuper ſummo Boruſſiae imperio Electori demum ſatisfactum fuit: ita vt Braunsbergam permutatione ſibi adquirere poſſet Elector, haud dabatur, Iohanne Caſimiro excuſante, in ſacra bona* (eſt enim Braunsberga vrbs in ditione Praeſulatus Varmienſis,) *nil ſibi poteſtatis competere.* Conf. Dni LENGNICHII

Cancellarius Magnus obiter iniecit aliquid, de tormentis, Poloniae per Suecos ablatis: quae nunc illi transfundi, et Suecicis insignibus notari iubeant, haud dubie ea tamquam Suecica auehere volentes.

Quum abiisset Mediator, adfuit Dnus Lisola. Cui Magnus Cancellarius retulit, quae cum Mediatore acta essent, et quid vellent Sueci. Quod inprimis nollent veterum pactorum, cum Imperatore, et Electore, mentionem adponi. A Mediatore autem hoc iam temperamentum proponi, vt pactorum fiat mentio, sed cum hoc additamento: *Quatenus huic pacificationi non sunt contraria.* Dnus Lisola: Pacta nostra sunt priora. Potius itaque cauendum est, ne pacta haec, quae molimur, derogent prioribus. Cancellarius Magnus: Aliam nobis Mediator, nomine Suecorum, mouit difficultatem, et quidem maiorem, ratione Elbingae. Huius vrbis integritati, omni ratione, consulere volunt Sueci, eiusque desertionem atque imminutionem probrosam sibi fore existimant. Nos contra insistimus pactis, cum Serenissimo Electore initis, et, quae ratione Elbingae illi promisimus, seruare constituimus: adeo quidem, vt, nisi pars aduersa hic cesserit, vicina rupturae videatur negotiatio nostra. Postea perlectum est Proiectum Suecicum, etsi id nondum authentice traditum, sed quasi obiter tantum relictum a Mediatore esset. Cuius erant Articuli quinquaginta. ***

Die

GNICHII Hist. Prussiae, P. VII. p. 185. Iam vero in pacificatione Oliuensi res, ab Electore, denuo tentata, aliis rationibus, euentu eodem. Vid. PVFENDORF. loc. comm. Lib. VIII. §. 70.

*** At needum perfectum erat. Absolutum numeris suis Auctor Diarii Anonymus, ipsique Legati Suecici, constitisse capitibus, supra quinquagesimum, octenis testantur. Accessere dein quinque alia, quae ad Caesarianos, et Electorales, spectabant. Atque hanc talem formulam pacis, descriptam ex Codice Zaiusciano, infra in Actis Pacificationis No. L reddidi.

X

Die XXIV. — Qui erat dies Viridium. [*] In hac ſeſſione primum actum eſt de negotio Danico. Et quum antehac Suecis per Mediatorem, de admittendo Danico Miniſtro, mentio iniecta eſſet, iam reſponſum Suecicum adferebat Mediator tale: Admitti ad hos tractatus non tam ipſe Miniſter Danicus a nobis poſtulat, quam alii pro ipſo. Nihilominus parati ſumus ipſum admittere, ſi renuncient Dani tractatibus, qui in Dania ipſa adfecti, ac paene perfecti ſunt. Ipſe Mediator quoque addebat, mirari ſe, cur ipſe Deputatus Danicus taceat; cur non per ipſum, tamquam Mediatorem, agat res ſuas. Cancellarius Magnus: Nos pro Rege Daniae, tamquam belli ſocio, adhuc intercedimus, vt eius cauſſa hic ſimul agatur. Mediator: In eo maxima difficultas erit, an renunciare velit, aut poſſit Dania tractatibus, domi inceptis. Noſtri: Agemus cum ipſo Deputato Danico, et quid ea in re poteſtatis habeat, intelligemus. Mediator: Res iſta non eſt in poteſtate ſolius Regis Daniae: ſed Mediatorum quoque conſenſus requiritur.

Poſtea ad Proiecta tranſitum eſt. Mediator dicebat, vtrumque ſe habere, ſed Suecicum non prorſus adhuc perfectum eſſe. Interim de primariis Articulis agere coeptum eſt. Praemiſit tamen Mediator aliqua generalia, ad pacem, monita. Nimirum, non eſſe in pacificationibus ſummum ius perſequendum. Prudentiam exigere, vt quando non poſſumus id, quod volumus, velimus id, quod poſſumus. [**] Nihil in odium partis faciundum: aequalitatem vtrimque quam maxime ſeruandam, ne alterutra pars iure queri

* PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 74. p. 525. *Polonici Commiſſarii eo vſque feſtinabant, vt ne per ſeptimanam quidem, meditationi Paſſionis*

queri poſſit, honori ſuo quidquam deceſſiſſe. Speciatim in primo Articulo teſtandum eſſe, ſi veterum pactorum facienda ſit mentio, ea vtrimque ex pari ſeruanda fore, vt ſit aequalitas: adeoque, ſi veteribus nihil derogare debeant noua, nec nouis vetera derogare debere. Quoad ſecundum Articulum, vbi de amneſtia, et redintegratione ciuitatum Pruſſiae in veterem ſtatum, agitur: fateri ſe, rem eſſe adhuc crudam, et dolendum, inter initia protinus hanc difficultatem obiici, quae omnium maxima eſſe videatur, et ceteris moram iniiciat. Potius differendum hunc Articulum fuiſſe ad locum, vbi agitur de reſtitutione locorum Pruſſiae. Noſtri replicabant, ad amneſtiam omnino pertinere punctum Elbingenſe, et Sereniſſimum Electorem velle ſuorum, quae nobiſcum habet, pactorum indemnitati ante omnia conſuli. Cancellarius Magnus addebat: Fruſtra differetur hoc punctum in alium locum, vel tempus. Eadem mens et ſententia noſtra tum erit, quae nunc eſt: neque vllus nouus aſtrorum influxus illam immutabit. Referendarius Regni: In ſequenti Articulo, agitur mox de exſequutione, adeoque tum nihilominus de Elbinga, et aliis ciuitatibus Pruſſiae, quae a Suecis tenentur, neceſſe erit agi. Fruſtra igitur dilatio quaeritur. Mediator quaerebat, an conſentiatur in id, vt ratione foederum haec formula ponatur: *Saluis, integris, et in ſuo robore manentibus foederibus, ac pactis, reſpectiue initis, in iis omnibus, quae non aduerſantur praeſenti tractatui.* Noſtri reſpondebant, prius de ea re agendum ſibi eſſe, cum Caeſarianis Legatis. Circa ſecundum Articulum, f. ſcopulum pacis maximum, videbatur Mediatori,

nis Dominicae deſtinatam, ac Paſchatis ferias, intermitterent.

** TERENT. Andr. II. 1. *Quoniam non poteſt fieri, quod velis, Id velis, quod poſſit.*

diatori, vt is differretur, et interim de aliis tractaretur. Electorales ordine progrediendum esse vrgebant: et inprimis Cancellarius Pomeraniae Polonorum, in caussa Electorali promouenda, studium laudabat. Luxit egregia fides, inquit, Polonicae Legationis erga Serenissimum Electorem nostrum, quum toto hoc tempore foedera sua, cum Sua Serenitate inita, tam constanter propugnarunt. Ceterum a Suecis ea subinde Mediator nobis adfert, quae ad Polonos tantum, non aeque ad Foederatos, spectant: quasi vellent illi separare Foederatos, aut certe posthabere eos viderentur. Exarsit Mediator. Frustra, inquit, laborabimus, si Christianissimus Rex meus, aut ego, suspectus sum, quasi non optima fide agerem cum omnibus, qui hic tractant. Cancellarius Pomeraniae negabat, se Christianissimi Regis, vel ipsius Legati, fidem in dubium vocasse; sed dixisse solummodo de iis, quae Mediator a Suecis, et nomine Suecorum, adferret. Videri sibi Suecos hoc agere, vt diuellant Foederatos. Mediator: Non est hoc in potestate Suecorum: si id maxime vellent, non possunt praestare.

* Limites illi iamiam ordinati descriptique, in ipsis pactis Vilnensibus, inter Sigismundum Augustum, Poloniae Regem, atque Ordines Liuoniae, An. MDLXI initis: quae possunt legi apud DAVID. CHYTRAEVM, in Saxonia, p. 528 sq. et BOECLERVM, in Diatr. de adquisito et amisso I. R. G. iure, in Liuoniam, App. No. II. Conf. KOIALOVICII Hist. Lithuaniae, P. II. p. 447 sq. Hoc loco verba, quae ad rem praesentem faciunt, subiiciam. — *Possessionem illorum omnium Illustritati Suae assignauimus, contulimus atque conferimus, primum totum illum tractum Curlandiae et Samogitiae, incipiendo a salso (s. Balthico) mari sursum, sequendo fluuium Hilgae, ascendendo ad antiquos limites, per Katziuilum inceptos, et dispositos inter Samogitiam, Lithuaniam et Russiam: et Russiam ab una et Liuoniam ab altera partibus, versus dictum Pelocen ad Dunam fluuium, descendente vero Duna vsque in mare salsum; adeo vt quicquid in istis terminis cis Dunam versus Lithuaniam continetur, et ad Ordinem Liuoniae spectabat, nunc et in perpetuum apud Illustritatem Suam et eius heredes masculos permaneat, Curias videlicet, bona et Nobilitatem, quae ad arcem Duneburgensem ex hac parte fluminis Dunae versus Lithuaniam spectarunt. — Ex altera vero parte Dunae, solam*

praeſtare. Quum reſediſſet non nihil hic paroxyſmus: concluſum tandem, differendum hunc Articulum, ad diem Sabbathi proximum.

Tranſitum deinde eſt ad Ducem Curlandiae, vt nimirum ex nunc a Suecis litterae ſcribantur, quibus vrgeatur, et efficaciter mandetur deductio Ducis, et familiae eius, ad fines Curlandiae: atque, vt eae litterae tradantur Cancellario Curlandiae, qui praeſens hic ſit. Speciatim etiam noſtri hoc poſtulabant, vt, ſiquidem Koenigſmarkii reſtitutionem pariter vrgerent Sueci, hic caueat, et pro ipſo etiam Commiſſarii Suecici, de non vindicando. Dein, vt ſeparato Articulo agatur de reſtitutione Ducis Curlandiae, et Koenigſmarkii: ne exaequentur inter ſe, qui dignitate diſtent. Poſtea Mediator, circa limites Liuoniae difficultatem a Suecis moueri monebat. Quibus enim terminis circumſcriptam poſſederint illam prouinciam, iiſdem circumſcriptam retinere eam velle: de antiquis limitibus nolle ſollicitos eſſe. Cancellarius Lithuaniae: Nos habemus inueſtituras veteres Ducum Curlandiae, in quibus limites Curlandiae deſcribuntur, quibus a Liuonia diſterminatur. [a]

 Nunc

lam arcem Dunemundam Illuſtritati eius ad tempora vitae concedimus. Pro nobis vero, et Sereniſſimis ſucceſſoribus noſtris, ratione ſuſceptae defenſionis, et aditorum ac etiam nunc adeundorum multorum periculorum et certaminum, quae nobis pro Liuonia propemodum iam deſperatis rebus ſumſimus, totum tractum et omnem reliquam prouinciam vltra Dunam, vigore praeſentis contractus, cum Illuſtritate eius initi, reſeruamus. — Cumque tractus Dunae ſurſum atque deorſum limites inter nos et Illuſtritatem eius conſtituat; aequitatis ratio poſtulat, vt medietate fluuii in piſcando, et aliis commoditatibus, eius Illuſtritas perpetuo gaudeat, quaeque inſulae, ſiue mediamnes, alteri parti viciniores ſunt, apud eandem partem maneant. Enimuero Cancellarium Lithuaniae crediderim praecipue ad Stephani Regis litteras clientelares, Ketlero Duci An. MDLXXIX datas, reſpicere: quas Felkerſamius ſe ſuppeditaſſe memorat, in DIARIO, ad d. XI Martii. Earum formula Theodiſce edita eſt, in ZSCHACVITZII Praetenſionibus Princ. Europ. (*Einleitung in die Rechts-Anſprüche hoher Häupter,*) P. II. p. 180. In his litteris, praeter alia, omnino ea deſcriptio finium repetita eſt: atque etiam in diplomate inueſtiturae, Friderico Caſimiro Duci ab Iohanne Sobieſcio, Rege, conceſſo: quod vid. in Solida Demonſtr. de electione Ducis Curlandiae, p. 147 ſqq.

Nunc partem Curlandiae Liuoniae adiungere velle videntur Sueci. Magnus Regni Cancellarius concepit Articulum, ratione Curlandiae Ducis, vt is quam primum Rigam ducatur: quo nomine obligant ſe Legati Suecici, ſcripturos ad praeſentes Gubernatores Liuonici Status, et exercitus Suecici. [*] Abiit Mediator.

Venit D. Liſola, qui illico inquirebat de Proiectis, numquid commutata eſſent? Negabatur, commutata eſſe. Ille querebatur, Suecos iam pridem habere, neſcio, a qua manu, Proiectum Polonicum. Addebat porro: Quo animo Sueci ſint in Confoederatos Poloniae, patet vel inde, quod in ſuo Proiecto nullam mentionem eorum faciant. [**] Obiter quoque mentionem iniiciebat litterarum Curtini, Secretarii Suecici, Gedani interceptarum: in quibus ille Curtinus, nomine Regis Sueciae, gratias agebat Regi Galliarum, quod is Legatum ſuum, adeo ſibi curae res Suecicas habere, iuſſerit. Noſtri referebant D. Liſolae, quid ſuper Commiſſario Danico actum ſit, cum Mediatore. Dein quaeſitum ex illo, num Legatio Caeſarea conſentiat in formulam generalem, de foederibus, quam ſuperius retulimus. Eam quidem plurimum adhuc difficultatis creare. D. Liſola: Cur ſuper foederibus nominandis difficultates mouet Mediator? Sit fas etiam Suecis, ex pari nominare ſuos Foederatos, prout Poloni nominabunt ſuos. Noſtri: Nos generatim noſtros nominare malumus. Alias enim Turcae, Tatari, [***] et tot alii, nominandi eſſent. Electorales: Formulam de

* Conf. DIARIVM SVECIC. l. c.

** Nondum enim quinque capita extrema, de quibus ante memini, exhibuerant. Id quod demum factum eſt, die XXVI Martii.

*** Quibuſcum foedere iuncti fuere, aduerſus Coſacos rebelles, Moſcos, et Racocium, Tranſiluaniae Principem. Is, e Polonia regreſſus, cruento praelio, ab Tataris victus eſt: ab Turcis haud multo poſt honore et poſſeſſionibus, ad extremum vita priuatus. Vid. PASTORIVS Flor.

de foederibus, propoſitam a Mediatore, recipere non poſſumus. Verba enim illa, *In omnibus, quae huic paci non aduerſantur*, interpretationi et cauillis patent, et facile inde anſa captari poteſt ad bellum nouum. Varie igitur circa eamdem formulam corrigendam laboratum eſt. Tandemque Cancellarius Magnus ita concepit: „Saluis omnibus, et integris remanentibus pactis et foede„ribus reſpectiue initis, et hoc tractatuum inſtrumento non abolitis, „ita tamen, vt ea, quae hoſtilitates concernunt, durante praeſenti „pace, penitus ceſſent.„ Dnus Liſola iterum querebatur de Proiecto: quaſi id iam traditum Suecis eſſet, ſine ſcitu Caeſarianorum. Illi iam ſciunt mentem noſtram, quum in Polonico Proiecto Caeſareorum quoque poſtulata comprehendantur: nos non item ſcimus illorum mentem, quum Proiectum ſuum cunctentur dare, et quidquid eius Poloni habent, in eo nihil ſit, quod ad Caeſarianos ſpecialiter pertineat. Noſtri fortiter denuo negabant, Proiectum Polonicum Suecis datum eſſe. Deliberationes, quae iam fiant, fieri ex Proiecto Polonico, nondum tradito. Neque enim vllam adhuc Proiectorum factam eſſe commutationem. * Dnus Liſola: Aequalitas ſeruanda eſt. Pari paſſu procedant poſtulata noſtra cum Polonicis. Tractentur communia omnibus, et inprimis guarantia, quae ad omnes pertinet. Nunc noſtra poſtulata differuntur. Poſtea, vbi tractatus Polonici ad finem vergent, non niſi breuiſſimum tempus noſtris dabitur: ſi tum ad votum Suecorum obſequi

Flor. Polon. Lib. VII. pag. 603. et KOCHOVIVS Climact. II. p. 225 ſq.

* Immo facta fuerat, per Legatum Pacificatorem, ſuperiore die. Id quod Sueci, in DIARIO, ad h. d. liquido teſtantur. *Dns Mediator Proiectum inſtrumenti pacis*, inquiunt, *Dominis Legatis noſtris tradidit: commutatumque ſimiliter eſt noſtrum Proiectum. Polonicum perlectum eſt. — Suecicum conſtitit Articulis* LVIII. *Polonicum et Foederatorum* XXIV. *reſeruata vtrinque libertate addendi, et minuendi.*

ſequi noluerimus, totam inuidiam impeditae vel dilatae pacis in nos deriuare conabuntur. Electorales Proiectum a Suecis, quod tam diu iam promittant, poſtulandum eſſe vrgebant.

Mediator venit iterum. Cui Cancellarius Magnus offerebat formulam de foederibus et pactis ſeruandis, qualis ab ipſo, de conſenſu ceterorum, concepta erat. Mediator requirebat, quid noſtri et Foederati deſiderarent, in illa formula: *Quae huic tractatui non ſunt aduerſa.* Simul querebatur, tempus inutiliter teri rebus nullius momenti. Si quis generalibus terminis non contentus, nimis ſpecialia vrgeat, eam rem non bonam fiduciam, ſed potius dolum, ſpirare. Referendarius Regni: Clare dicamus. Nos foederibus noſtris iure cauemus. Simul vt, et quandocumque, Suecus* rumpere voluerit hos tractatus, (quod vel nunc facere poteſt,) foedera noſtra, quae cum Colligatis habemus, ſine peculiari renouatione vigebunt. Mediator: Sed agendum eſt more ſolito. Quum pax agitur, omnia remouentur, quae paci illi aduerſantur, foedera et pacta. Relicta deinde hac materia, actum iterum de Duce Curlandiae. Sueci tempus liberandi illius, circa concluſionem tractatuum,** demum conſtitui poſſe exiſtimant. Interim conſentiunt, vt ſtatim ad Duglaſſum ſcribatur, de illo Rigam deducendo. Atque ipſi, ea de re, in Curiam Suecicam ſcribere promittunt, et ad Duglaſſum: ſed ſaluis conductibus Polonicis opus eſſe, pro eodem Duce. Mediator addebat, Suecos circa reſtitutionem Curlandiae Ducis non fore difficiles. Ipſum Regem Sueciae defunctum, in vltimis codicillis, eius Ducis feciſſe mentionem ſatis optabilem. Poſtea

* Propugnaculum Cobrunnenſe, patrio vocabulo *die Kobruns-Schantze.*

** Cui rei expediendae is et ad ſuperiorem conuentum, et ad hunc, aduocatus

Poſtea de limitibus Liuoniae actum. Mediator, Suecos Dunam pro limite nolle accipere, aiebat; Rigenſes habere priuilegia Regum Polonorum, quorum vi, cis Dunam, aliquos fundos tenent. Ibidem aliqua, etiam a Suecis, exſtructa fortalitia ° iam eſſe, quibus defenſio Rigae et commerciorum in Dunam fluuium carere non poſſit. Cancellarius Lithuaniae: Fortalitium exſtructum eſt, durantibus induciis. Vnde nullum ius naſcitur. Liuoniam, quam tenuerunt, Suecis cedere, non Curlandiam, neque vllam huius partem, volumus. Poſtea Mediatorem Magnus Regni Cancellarius de Proiecto Suecico, quod tot diebus fruſtra exſpectetur, admonuit. Mediator in craſtinum Proiectum pro Caeſarianis, pro Electoralibus in diem Veneris, adlaturum ſe promittebat. Noſtri porro reſponſum in cauſſa Danica, de admittendo nimirum Miniſtro Danico, D. Pasbergio, requirebant. De quo Mediator ſe admoniturum Suecos pollicebatur. Lecta eſt formula, qua ſe obligabant Legati Suecici ſiſtere Ducem Curlandiae, cum Sereniſſima Coniuge, et omni familia, intra ſex ſeptimanas Rigam, etc.

Die XXV. — Antequam Mediator adeſſet, egere noſtri cum Cancellario Curlandico, Dn. Felkerſamio, ſuper limitibus Lithuaniae. °° Magnus Cancellarius Lithuaniae pro fundamento, in hac controuerſia ponendo, putat pacta inter Sigiſmundum Auguſtum, Poloniae Regem, et Status Liuoniae, qui ſe Regi tum ſubmiſerunt. His Suecorum praetenſiones plane eſſe contrarias: quum varia loca Liuoniae ſuae adiiciant, vt Neumunde, Weſterſchantz, Dalen, Runen; et vtramque Dunae ripam adfectent. Cancellarius

tus adductuſque fuerat a Legatis Polonis. His etiam ſcriptum, de limitibus Liuoniae, ante exhibuerat: cuius aliquoties, in DIARIO, ipſe meminit.

larius Curlandiae: Curlandiae noſtrae a Suecis, per interualla, ſemper aliquid ademtum eſt, adeo vt loca ademta ad quatuor milliaria ſe iam extendant. De Rigenſibus fatendum eſt, habere illos cis Dunam, hoc eſt, in ripa Curlandica, aliquos fundos, de quibus diſputari amplius iam non poteſt. Sed teneant Rigenſes ſuas terras: interim, quae ab anno MDCXXI. ademta ſunt Curlandiae, reſtituantur. Magnus Cancellarius Lithuaniae: Habuerint Rigenſes in noſtra ripa aliquas terras: at ius tamen non habuerunt fortalitia in iis erigendi. *

Interim ſuperuenit Mediator: cui Magnus Cancellarius Regni retulit, Legationem Polonicam cum Cancellario Curlandiae, ſuper limitibus Liuoniae, contuliſſe, qui, quae ad rem pertineant, optime omnium ſcire poſſit. Quum Cancellarius Curlandiae, in fine tabulae adſidens, aliquid de rebus Curlandicis dicere inciperet, minus patienter et ſedentem illum, et loquentem, audiuit Mediator: ** non niſi Legatis abſolutorum Principum ius ſedendi hic eſſe, inquiens: non permiſiſſe Dnum *d' Avaux* ſedere aliis vllis Miniſtris: *** praeterea hunc interturbare ſermonibus ſuis negotia tractanda. Noſtri, mirati non nihil indignationem Mediatoris, regerebant,

* Conf. DIARIVM CVRONIC. ad diem XXV Martii.

** In tractatibus Stumdorfianis: quibus aderat conciliator pacis Claudius Memmius Comes Auauxius, (*Claude de Mesme, Comte d' Avaux,*) Regis Galliae tum per Septentrionem, poſtea ad pacificationem Veſtphalicam, legatus, vir ſummus, politiſſimo ingenio, doctrina eleganti, dexteritate, ſollertia, rerum ciuilium peritia, et vſu iuxta inclitus, dicendi ſcribendique laude ſpectatus. Ex eius Commentariis BOVGANTIVS, florentiſſimus rerum auctor, immortale Opus Hiſtoriae Pacis Veſtphalicae concinnauit.

*** Adhaec prudentiam eius, fidem, praeſtitamque praeclaram operam in ſuperioribus Lubecae conuentibus, quibus pacis procurator interfuerat, dignis laudibus celebrabant. Lumbranus autem, his atque talibus inſuper habitis, negabat Vaſalli Principis adminiſtrum rebus praeſentem poſſe interuenire. Qua iniuria exacerbatus iam et ipſe Cancellarius Curlandiae,

rebant, esse hunc Vasalli Regni, Ducis Curlandiae, Ministrum, et, informationis caussa, a se illum huc vocatum. *** Quumque Cancellarius Curlandiae surgeret, et abire vellet, iubebat Palatinus Posnaniae illum sedere. Mediator adquieuit: sed a Suecis longum parari scriptum, super limitibus Liuoniae aiebat. Rem igitur eam, quia prolixa, nec dum matura sit, in aliud tempus differendam. Nunc adferre se declarationem Suecicam, super negotio Danico, et de Ministro Regis Daniae admittendo. Declarationis illius hic erat sensus: * Velle se admittere tractatus, et Commissarios Danicos, sed his conditionibus: 1) Si tractatus pacis, in Dania, concludi nequeant, vel abrumpantur. 2) Vt tractetur a paribus vtrimque Ministris, nempe a Senatoribus Regni. 3) Commercium litterarum, per mare, liberum sit. 4) Partes praecipue omnes, nimirum et tractantes, et mediantes, consentiant in hanc translationem tractatus. 5) Ne per hanc translationem mora praesentibus pacis tractatibus inferatur. Quod ad paritatem Ministrorum adtinet, inter Gallos et Hispanos aliquando impares Ministros admissos. ** Aliquando primos Status Ministros congressos, *** et in ea tantum re paritatem seruatam, etsi alioquin in titulis, et ho-

 noribus

diae, grauiter et acerbe respondebat. Nolo verba repetere, quae, ipsius DIARIO loc. comm. inclusa, inferius legi possunt. Tandem resedere haec iurgia. Felkersamius autem sic iis turbata cuncta tradit, vt re infecta sit discessum. Sed PASTORIVS, sed reliqui rerum harum scriptores, refragantur.

* Formula ipsa edita est in DIARIO EVROP. loc. comm. p. 73. et in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. pag. 663.

** Ita ab Gallis aliquando missum, ad pacis tractatus, Principem nouimus, ab Hispanis Marchionem. In Hispania enim Principes neque nascuntur, neque fiunt. Et quod olim de ea PLATINVS PACATVS, in Paneg. Theodosii cap. 4. dixit: *Haec iudicum mater, haec Principum est:* id sane de Imperatoribus, Traiano, Hadriano, accipiendum. Ceterum in pacificatione Monasteriensi Hispani, ne qua re Gallis inferiores viderentur, inter Legatos habuere Iosephum Bergagnaeum, Archiepiscopum et Ducem Cameracensium, S. R. Imperii Principem.

*** Velut haud diu ante, in pacificatione

noribus familiae, magnum eſſet diſcrimen. Quod ad Danicum Miniſtrum adtineret, equidem inter duo haec Regna moris eſſe antiqui, per Senatores agere negotia ſua. ° Sed morem illum tum duntaxat ſeruandum videri, quum duo illi Reges, in finibus Regnorum ſuorum, tractant; non item, quum alibi. Danicum, qui adſit, Miniſtrum habere procuratoria ſua, et plenam, vt ipſe adfirmet, tractandi facultatem. Mediator: Sed Sueci volunt inſuper tractatus Danicos prius abrumpi, et deinde conſenſum Mediatorum, qui in Dania iam tractatus negotium coepere, ad translationem tractatuum requirunt. Reſponſum, conferendum de hoc negotio eſſe, et cum Caeſarianis Legatis, et cum Miniſtro Danico. Adeoque tranſitum eſt ad alia.

Mediator de formula foederum priorum, integre ſeruandorum, agere coepit. Eam, inquit, Sueci ſe intelligere negant. Videri illam implicare contradictionem. Malle itaque, vt generaliter ea concipiatur. Noſtri: Non videmus, quomodo mentem noſtram melius declarare poſſimus. Mediator: Fateor, nec me illam formulam ſatis capere. More ſolito agatur, ea in re: verba extraordinaria vitentur. Referendarius Regni: Si talem formulam Sueci volunt, admittant adpendicem: qualem voluimus in alio Articulo, vbi de Elbinga etc. agitur. Mediator: Eſſet iſta adpendix

tione Pyrenaea, Mazarinus ac Ludouicus de Haro: alter Regis Galliae, alter Hiſpaniae Regis amicorum princeps: cetera diuerſi, aliis titulis, nec pari familiae honore.

° Qui mos, in Pace Stetinenſi, anno MDLXX. confirmatus fuit. In ea namque conceptis verbis conſtitutum, vt diſſidia ab vtriuſque Regni delectis ſenatoribus componerentur. Vid. LOCCENII Hiſt. Suec. pag. 387. Inde in ſollemni, congreſſu acris olim, inter vtramque partem, aemulatio orta eſt: cuius ſingularia documenta memini me, apud OGERIVM, legere. Ita etiam in nupera pacificatione Bromſebroenſi vtrimque diligenter prouiſum, ne qua dignitatis praeeminentia alteri altera concederet. Rem iuuat ex BOECLERI Hiſt. belli Sueco-Danici Lib.

pendix contra rationem. Referendarius: Eſſet magis contra rationem, ſoederibus noſtris non ſufficienter cauere. Mediator: Nec Sueci, nec pars Suecis aduerſa, leges dare in verbis poſſunt. Mediatoris eſt, viam mediam, et verba media inuenire. Referendarius: Volumus, in hoc tractatu, annihilari aliqua foedera, (nempe, quae inter Sueciae Regem et Electorem,) volumus cetera ſeruare integra. In hoc medium aliquod inueniendum eſt. Illa verba, quae Sueci ponunt, *Quae paci huic non aduerſantur*, cauillationi et ſiniſtrae interpretationi nimis ſunt obnoxia. Tandem negotium hoc, ad Caeſareae Legationis praeſentiam, dilatum eſt. Quum adeſſet Dns Liſola, retulit illi Magnus Cancellarius, quid actum, et vbi aqua haereat, nempe, circa illa inprimis verba, *Quae hoſtilitates concernunt:* quae ſibi nimis obſcura eſſe dicunt Sueci. Dns Liſola: Et nos in eo haeremus. Veremur enim, ne Imperii rebus officiat iſta formula, et ne Imperator hac ratione impediatur, quo minus Statui alicui, in Germania, requirenti opem ferre poſſit. Mallem omnia potius foedera exprimi, vt res ſit clara et lucida.

Itum inde in deliberationes, et diu iterum circa adtemperandam hanc, de foederibus, formulam laboratum eſt. Placuit denique haec formula: *Saluis, integris, et in robore ſuo, quoad omnia puncta,*

articulos.

Lib. III. p. 267 ſq. repetere. *Tempore ſcilicet pridem deſtinato,* inquit ille, *conuenere Senatores Regnorum a Suecis, Cancellarius Imperii Axelius Oxenſtierna, Iohannes Skyttius, Matthias Soopius, Thuro Bielckius: e Dania, Cornificius Vlfeldius, cui proxima a Rege auctoritas, Chriſtianus Thomae, Chriſtophorus Vrne, Georgius Seefeldius. — Ventum eſt ad locum, praeuia ſuperioris anni tranſactione deſtinatum. Bromſebroae a pontibus nomen habet, qui vtrimque collem, aquis circumfluum, adnectunt limiti Suetico Danicoque. Indicio eius rei lapis fungitur, in medio conſtitutus. — Poſtquam tuba ſignum dedit, Senatores Suetici Danicique e tentoriis, ante vtrumque pontem collocatis, progreſſi, in medio colle, Sequeſtribus ad lapidem, quem dixi, conſiſtentibus, ſibi inuicem occurrunt.*

articulos et clauſulas, remanentibus pactis et foederibus a partibus initis, ita tamen, vt horum praetextu pax praeſens nequaquam violetur. Mediator contra a Suecis aliam formulam adtulit, hanc nimirum: „Quod autem inita a partibus foedera adtinet, maneant „illa in ſuo robore, in quantum huic pacificationi non contrarian„tur, nec eorum praetextu pax haec perpetua vllo modo viole„tur.„ Electorales, non contenti iſta formula, illa inprimis verba nolebant, *Non contrariantur*, dicentes, ſe metuere interpretationem Suecicam. Bellum quocumque praetextu volentibus facile aliquid oblatum iri, quod huic paci contrariari videatur. Noſtri, vt aliquid ex Suecica formula retinerent, priora verba adtexuere, in hunc modum: „Quod inita a partibus foedera adtinet, maneant „illa integra, quoad omnia puncta, articulos et clauſulas in ſuo ro„bore, nec eorum praetextu pax haec perpetua vllo modo violetur.„ Mediator quum hanc formulam Suecis monſtraſſet, reuerſus inde, dixit, nolle Suecos eam recipere, niſi addatur: *In quantum huic pacificationi non contrariantur.* Multum, nec ſine vehementia animorum verborumque, deliberatum eſt, an et quomodo talis limitatio foederum ſit admittenda? Electoralibus eam maxime omnium abnuentibus. Tandem Magnus Regni Cancellarius Deum obteſtabatur, nimium temporis huic vni formulae concipiendae inſumtûm. Miſſis igitur his, ad noſtros Articulos nos conuertemus. Non ferunt enim res noſtrae has nimis ſcrupuloſas,

* At enimuero Poloni, quemadmodum Anonymus tradit, in Diario, ad h. d. moram ferre vllam recuſabant, ſuſpicati id, quod erat, procraſtinari ab Foederatis pacem Sueco-Polonicam, vt in Pomeranis bellum protraheretur, atque inter Suecos, Danoſque, pax procederet. Et ſane Parsbergius ipſe in Commentarlis, de legatione ſua, paſſim profitetur, id ſe potiſſimum egiſſe, eo ingenii neruos, eo conſilia intendiſſe, vt, impedita pace Polonica, Dani Polonos praeuenirent. Vid.

DIARIVM

pulofas, fuper verbis, contentiones: nec propter inanes futurorum metus praefentibus periculis deeffe debemus. Cancellarius Pomeraniae quadrantem adhuc horae huic rei impendi rogabat. Res eft, inquit, magni momenti. Si haec, quam Sueci volunt, formula admittatur: ex occafione Elbingae reperient facile aliquid, quod paci huic aduerfari videbitur. Et fic vrgebunt haud dubie, vt ratione eiufdem Elbingae pactis noftris prioribus, quae cum Polonia habemus, aliquid derogetur. Noftri: Obligauimus fidem noftram, nos in cauffa Elbingenfi a rationibus Sereniffimi Electoris nolle recedere. Toties mentem noftram expofuimus: toties proteftati fumus, velle nos communem cauffam iuxta cum noftra agere. Quoniam vero tantae morae, per nimias fcrupulorum acervationes, nectuntur, * neceffitate ad noftra agenda adigimur. His cum aliqua animorum commotione actis, tranfitum eft ad fcriptum, de Ducis Curlandiae liberatione conceptum. Quod quum legiffet Mediator, idem ad Suecos detulit. ** Reuerfus inde, Suecos contentos effe dixit fcripto. Nihil iam fupereffe, quam vt falui conductus, a Rege Poloniae, adfint, et mittatur tubicen. Quod ad res eiufdem Curlandiae Ducis adtineat, earum inuentarium haberi: promittere autem Suecos, omnia, quaecumque adferuata fint, (credere vero fe, adferuata effe omnia, nifi quae in primo fortaffis impetu perierint,) bona fide reddituros Duci, et eius familiae.

Die

* DIARIVM DANIC. ad diem XVIII Februarii, ft. v.

** Legati Sueci id iam fuperiore die, ad ipfos detuliffe tradunt. Formula illius legatur in DIARIO SVECICO, ad diem $\frac{14}{24}$ Martii. Verum haec, prima fronte inter fe aduerfa, nullo negotio conciliari componique poffunt. Quippe die XXIV oblatum Suecis fuerat, deinde retractatum, expeditumque die infequente, atque ita Suecis d. XXVI a pacificatore Gallo exhibitum. Haec quoque formula exftat loc. comm. ad d. $\frac{15}{25}$ Martii.

Die XXVI. — Actum iterum de rebus Curlandicis. * Quum in restitutionem et Ducis, eiusque familiae, et rerum ablatarum, quae sunt in inuentario, consensum sit a Suecis: de iudiciis, obligationibus, recognitionibus porro conueniendum. Postea etiam de commerciis, et inprimis de finibus. Mediator: Distinguendum est inter decreta in absentes, inuitos, indefensos, et illa, quae in praesentes ac litem libere contestatos lata. Haec enim, etsi ab hoste lata sint, valere debent: illa non item. ** Et in hanc sententiam facta conclusio. Debita quoque legitime contracta, et obligationes, non armis extortas, validas esse debere, statutum est. Propositum quoque, vt Mitauia, per fluuium Bulderam, sit libera nauigatio in mare: soluto tamen telonio. Postea de finibus Liuoniae actum. Nostri Dunam limitem esse volebant, vtpote naturalem maxime, et inuariatum: et is ipse limes, in veteri inuestitura, *** positus est. Mediator: Sueci priuilegia, ante et post inuestituram data,

* Quae antea inter Legatum Pacificatorem atque Suecos fuerint, super Elbinga, disceptata, de iis vid. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

** Inter haec, aliquando ad acerbiora delapsus fuerat: velut, ius fasque victori esse, leges et decreta victis pro arbitrio imperare. Quae quidem Polonos haud tulisse tacita, Auctor Anonymus Diarii ad h. d. commemorat. Neque enim victorem haberi, celebrarique posse eum, qui Prussia, qui Liuonia expulsus sit. Verum hi tanti motus, excusata ab Gallo verborum intemperantia, quasi pulueris exigui iactu, conquieuere.

*** Vid. supra p. 164 sq. not. *

**** In formula induciarum sexennium, quae in Dni LENGNICHII Hist. Prussiae P. V. App. p. 165 legitur, cautum est Art. III. *Serenissimus Rex Sueciae reddat — Mitauiam in Semigallia cum suo territorio Duci Curlandiae: hoc obseruato, vt Nouomunda et Spilgen cum iis, quae cohaerent, vti in prioribus induciis factum est, Rigam sequantur, et Frauenburgum his legibus reddatur, vt portus Frauenburgensis cum tota Habi ripa ac littore maneat, in potestate Regis Sueciae.* — Art. IV. *In Liuonia vtraque pars, vti nunc possidet, ita possideat, durantibus induciis, excepta Mitauia, vt in superiori Articulo.* Id quod confirmatum stabilitumque est, in pactis Stumdorfianis, Articulo VI. Vid. supra p. 104. not. *

**** Id temperamentum Lumbranus, etiam Suecis ante commendauerat, laudato in primis exemplo Galliae atque Hispaniae Regum, qui hac tali ratione, super finibus Regnorum, in Pace Pyrenaea, nuper transegissent. Vid. DIARIVM SVECIC.

data, opponunt, et porro poſſeſſionem, a primis induciis continuatam: fortalitia item Rigenſi ciuitati neceſſaria allegant: declarantque adeo, ſe a limitibus, induciarum tempore vſitatis, **** recedere non poſſe. Res eſt magnae et operoſae indaginis. Si aliter decidi non poterit, more vſitato ad Commiſſarios, vtrimque deligendos, et, ſi nec hi finire rem poſſint, ad arbitros remittatur. **** Palatinus Poſnanienſis: Medium hoc nobis ſuſpectum eſt, quia exempla nos terrent. Ad limites, inter Pomeraniam Suecicam et Electoralem determinandos, deſignati fuerant tractatu Oſnabrugenſi Commiſſarii. ***** Sed quam tarde Commiſſio illa, et quam infeliciter denique Electori ceſſerit, ſatis in propatulo eſt. Rigenſibus priuilegia et poſſeſſiones, ſi quas ex hac parte Dunae habent, maneant: ſed ſaluo iure ſupremi dominii, quod in eas habet Reſpublica noſtra, et Dux Curlandiae. Cancellarius Lithuaniae: De fortalitiis quod ingerunt, neſcio, quo fundamento nitatur. Stephanus quidem

SVECIC. l. c. Lubet autem verba formulae, Art. XLII. in praeſenti ſubiicere: *Vt de dicta diuiſione conueniatur, ſtatim vtrimque deputentur Commiſſarii, qui coniunctim bona fide declarent, qui ſint illi montes Pyrenaei, qui, iuxta contenta in hoc Articulo, inpoſterum duo Regna diuidant, et limites, quibus contineri debent, determinent. Et congredientur mentionati Commiſſarii, atque — de limitibus coniunctim conuenient, et vnanimi conſenſu ſuperiora declarent. Quodſi vero deinde concordare hac in re inuicem haud poterint: mittent e veſtigio ſententiae ſuae rationes duobus duorum Dominorum Regum Plenipotentiariis, qui, poſtquam difficultates et controuerſias, quae ſe offerent, cognouerint, de hoc puncto conuenient.* Is idem modus finium regundorum aliquando et inter Daniae ac Sueciae Reges vſurpatus: ne quid de recentioribus huiuſcemodi exemplis dicam. Ceterum Lumbrani iſtud conſilium, quamquam iterum et ſaepius repetitum, Sueci nolebant ad aures admittere: cuius perſequendi duntaxat ius poteſtaſque data ipſis haud eſſet.

***** Art. X. §. 2. — *De qua* (latitudine littoris Orientalis) *inter Regios et Electorales Commiſſarios, circa exactionem et ceterorum minutiorum definitionem, amicabiliter conuenietur.* Sed, ſuper ea, graues controuerſiae exortae ſunt, atque per complures annos agitatae. Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. III. §§. 29 ſqq. Conf. TOB. PFANNERI Hiſt. Comitiorum Ratisb. Lib. I. §§. 7 ſqq. Demum An. MDCLIII. res compoſita fuit, tranſactione Stetinenſi: de qua rurſus PVFENDORFIVS l. c. §§. 49-58.

dem Rex exſtruendi propugnaculi nullam Rigenſibus dedit poteſtatem; multo minus Suecis. Modus, per Commiſſarios, rem determinandi nec mihi placet. Melius fuerit, hic finire negotium hoc, de limitibus. Mediator: Nobis iſta res nimium temporis eximet. Ex aequo et bono, per Commiſſarios, definiri melius poterit. Sed quia, ſuper negotio iſto, deliberatione opus erat, ei locum vt faceret Mediator, paullum ſeceſſit.

Perrogabantur a Palatino Poſnanienſi ſententiae. Cancellarius Magnus Lithuaniae aiebat: ſe ex Mediatore hoc ſubintellexiſſe, in negotio Elbingenſi faciliores fore Suecos, dum ipſis limites in Curlandia, quos velint, concedantur. Palatinus Poſnanienſis: Video Suecos fortalitiis iſtis firmiſſime inſtituros, quia, quantum in iis praeſidii poſitum habeant, ſatis patet. Pacis cauſſa relinquantur illis, ſed diligenti limitatione circumſcripta. Electorales: Melius foret, munimenta illa, adeo a Suecis adamata, deſtrui penitus, ne, eorum occaſione, Regna haec adeo facile collidi poſſent, et ne Suecis tam pronus in Curlandiam pateret ingreſſus. Si, quidquid ex hac parte Dunae terrarum eſt, Curlandiae Duci relinqueretur: eſſet is intermedius, et quaſi antemurale, inter Polonos et Suecos. Sed quia portus Rigenſis ſine illis fortalitiis, vt ex ipſo Cancellario Curlandiae intelligimus, conſiſtere non poteſt, adeoque pars aduerſa rem tanti momenti nobis haud temere volet largiri:

* Diligentius atque copioſius rem ipſe ediſſerit, in Diario, ad h. d. Et ſane iuuat, inde praecipua repetere. Ait autem: Reuerſo ad Suecos Pacificatore, Polonos cum Brandeburgicis miſcuiſſe, ſuper modis finium regundorum, conſilia, ac, re adcurate expenſa, tandem hos potiſſimum propoſuiſſe. Si Duna amnis terminus futurus non ſit, Ciſdunana propugnacula exſcindenda eſſe, et ſolo aequanda. Quodſi Rigenſes, quia priuilegiis innitantur, propugnacula iſta retinere vellent: ea iuri ac dominio Ducis Curlandiae ſubiecta eſſe debere. Sin et dominium illorum

largiri: non putamus hoc obice negotium pacis retardari debere. Propter Elbingenſe negotium, equidem nollemus Duci Curlandiae quidquam decedere. Eius enim vtilitatibus Sereniſſimus Elector aeque ſtudet, ac ſuis. Interim quando validas ſatis rationes ſe habere Legatio Polonica putat, ob quas munimenta illa Suecis concedere velit, vt non gratis id fieri videatur, vtamur ſane hoc vecte, ad leuandum ſaxum illud Elbingenſe. Attamen hoc ſimul caueatur, ne plura eiuſmodi fortalitia, in Curlandia, exſtruere Suecis liceat. Et, ne iurisdictionem pro arbitrio extendant, definiatur illis ſpatium ad iactum tormenti, aut ad quadrantem milliaris. Vlterius fortalitiorum illorum iuriſdictio ne pateat. Magnus Cancellarius Lithuaniae: Maneant fortalitia penes Suecos, quandoquidem iis carere non poſſunt. Interim fundi dominium ſit penes Ducem Curlandiae. Per Commiſſarios ſi controuerſia haec, de limitibus, decidenda relinquetur: res ea longis comperendinationibus trahi, et tandem, ſi res ita ferret, occaſio belli eſſe poſſet. Interea tamen fundum Reſpublica, aut ius in fundum, non amitteret: fortaſſis et campus daretur, Liuoniam ipſam recuperandi. [o] Referendarius Regni: In fortalitiis iſtis ſecuritas commerciorum Rigenſium conſiſtit; et ſine his Riga Moſco nuper reſiſtere non potuiſſet. Vnde Succi, maximo damno ſuo, illa nobis concedere non poſſent, neque adeo volent. Neque fun-

lorum, ac Dunaemundae, Suecis concedendum eſſet: certe reliquorum omnium Ducem Curlandiae debere eſſe dominum. Sin denique, praeter omnem ſpem, nihil horum quidquam adrideret: tum ſane Commiſſariis, tamquam Diis iratis, rem neceſſario committendam fore. — Interea Sueci fremere; monere atque hortari, ne in hunc veluti ſcopulum omne pacis negotium illidatur; iraſci in primis Cancellario Curlandiae. Hunc namque ſine dubio eſſe, qui id agat: ſed profecto eumdem, quid ſerus veſper vehat, neſcire.

do, qui eſt inter illa duo fortalitia, cedent: quia nos, in loco intermedio, munimenta aliqua ponere poſſemus. Practicabilia igitur illis proponenda ſunt. Meo iudicio munimenta illa iam largienda ſunt, ſed adcurata limitatione, vt Palatinus Poſnanienſis ſuaſit, determinanda: et determinationem hanc iam nunc fieri mallem. Lubricum enim eſt, et maioris ſumtus, quam fructus, Commiſſariis rem hanc committere. Theſaurarius Curiae: Limites iſti, in pactis Stumdorfianis, [*] ita generaliter deſcripti ſunt, vt in duo illa fortalitia iam. tum tacite conſenſum eſſe videatur. Arbitrum ſumere, non abs re foret, quod Dnus Mediator ſuaſit. Sed vbi iam reperietur, qui ab omni partium ſtudio immunis aut ſit, aut eſſe credi poſſit? Contenti igitur eſſe debemus bona aliqua limitum iſtorum definitione. Succamerarius Pomeraniae: Circa fines iſtos determinandos, maior in prioribus pactis adhiberi debuit diligentia. Sed quia emendari iam non poteſt, quod tranſiit: malum bene poſitum ne quidem iam mouendum videtur. [**] Ne autem in poſterum quoque, ex eodem hoc fonte, nouae difficultates oriantur, opto, hic iam totum negotium finiri. Et quidem per gradus agendum puto: et primo demolitio poſtulanda: deinde quam arctiſſimis limitibus fortalitia illa circumſcribenda. Si aliter fieri non poſſit, fas erit liberalitati noſtrae, ſeſe pro re nata diffundere.

Mediator interim reuerſus, ab Electoralibus nomine Suecorum ſaluum conductum pro celoce, (*Galeota*) per portum Pillauienſem

* Articul. VI. Verba, per aliam occaſionem, ſupra deſcripſi, p. 104. not. *

** Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. h. e. *Ne moueris malum, bene conditum.* Conf. ERASMVS in Adagiis, Chil. I. Cent. I. num. 62.

* Conf. DIARIVM SVEC. ad h. d.

** Is quidem immenſam pecuniae vim, velut

uienſem emittenda, poſcebat. Electorales permiſerunt. Referebat idem Mediator, * circa propoſitionem de iudiciis, et debitis, nullam facere difficultatem Suecicos Legatos. Comitem tamen Duglaſſum, in Articulo debitorum, nominatim poni nolle, quia id illi parum honorificum fore videbatur. Viſum itaque, Articulum ita concipi: „Debita ab vtriuſque partis hominibus priuatis, et duci„bus, contracta ſoluenda.„ In nauigationem liberam, ex mari Mitauiam, nolle Suecos conſentire. Rigenſium enim commerciis hoc fore ſumme damnoſum. Et ideo Rigenſibus quoque cautum eſſe, vt ibi mercium cunctarum ſit depoſitorium. Neque Ducem Curlandiae habere, cur nauigationis iſtius beneficium nunc poſtulet, quum numquam eo antehac ſit vſus. Noſtri: Saltem hoc ſolatium, pro aerumnoſa captiuitate, Duci concedendum videtur. Mediator: Exemplis docemur, potius captiuos magnis pecuniae ſummis libertatem redemiſſe: vti Franciſcus I. Rex Galliae fecit, ** et multi alii. Super finibus magnas adhuc difficultates, a Suecis, moueri. Dicere illos, ſatis liberales ſe fuiſſe, quando Liuoniae partem Poloniae conceſſerunt, quum antea totam voluerint. Quodſi Polonia in limites, quales ipſi velint, conſentire abnuat: ſe litteras in gratiam Ducis Curlandiae, vt Rigam deducatur, non ſcripturos. *** Noſtros non parum hoc offendit. Heſterna die, inquiunt, ſine conditione promiſerat Legatio Suecica, litteras iſtas per tubicinem expedire. Cur nunc a promiſſo receditur? Et quid damni habebunt Sueci, ſi Dux captiuus locum captiuita-

 tis

velut lytrum, Carolo quinto Imp. ſoluturum ſe, promiſerat, in Pace Madritenſi: cuius formula in Collect. Tractatuum, (*Recueil des Traités,*) T. II. p. 112 legitur.

*** Immo vero iam ſcripſerant. Sed enim ſubſcribere ante recuſabant, quam controuerſia ea, ſuper Liuoniae limitibus, ſatis eſſet compoſita. Ita habet DIARIVM SVECICVM

tis tantum mutabit? Erupere hic verba non pauca, ruptionem tractatuum minantia. Magnus Cancellarius Regni: Magna partis aduersae hic adparet pertinacia. Rem iustam, claram, nec adeo magnam poscimus. Illi possessionem obiiciunt; sed violentam. Verum age, temperamento rem componamus. Demoliantur Sueci fortalitia illa: nos vicissim nulla ibi exstruemus. Ita tuti vtrimque erimus. Nunc illi semper Curlandiae imminent, et quasi manus perpetuo iniiciunt. A nobis vero, qui nulla vicissim munimenta istic habemus, quod timeant, prorsus non habent. Rigensium priuilegia, et pacta, frustra nobis obiiciuntur. Habuerint illi pacta aliqua cum Duce Curlandiae: at tum illi sub Polonia, et earumdem, cum Duce, partium erant. Sueci iam ostendant pacta, quae cum Duce ipsimet, non quae olim Rigenses, inierint. Ita soluta sessio.

Die XXVII. — Quod de Elbinga pridie innuerat Mediator, id iam plenius expressit. Consentire nimirum Suecicam Legationem, vt certus Articulus concipiatur, quo testatum faciat eadem Legatio, se non impedire, quo minus Elbinga tradatur Dn. Electori: sed vt nulla fiat mentio foederis Electoralis cum Polonia, quasi traditio illa fiat, vi foederis istius. Foedus enim istud non improbare se quidem: sed nec adprobare velle, quippe aperte contra Suecos factum. Quod ad fortalitia Dunae adsita adtineat, illis cedere nolle Suecos, quia sine illis Riga seruari nequeat. Summam pecuniariam, pro locis Prussiae et Curlandiae, illos quidem

SVECICVM ad h. d. — *Dn. Regni Thesaurarius: — Caueat Minister Curlandicus, ne istiusmodi suggerendo caussetur moram tractatibus, et Dux suus rem totam perdat. Scriptas esse iam litteras pro Duce illo, ad Dn. Duglassium, Dn. Baronem*

dem vſque poſcere: ſed ſe mentem Polonicae Legationis categorice ipſis declaraſſe, ne nominari quidem vllam debere pecuniariam redemtionem. Religionis exercitium, quod in Proiecto ſuo poſtulent Poloni, priuatim incolis Liuoniae Suecos concedere velle. Bona expulſorum, quae reſtitui velit Polonia, iam annis quadraginta poſſeſſa eſſe a Suecis. Non poſſe iam dominia bonorum illorum, ſine ſumma confuſione rerum omnium, mutari.[c]

Quum abiiſſet his propoſitis Mediator, noſtri cum Foederatis vltro citroque, de iis ipſis propoſitionibus, deliberarunt. Ac quod Sueci circa Elbingam, in priſtino ſtatu conſeruandam, adeo laborent, aut certe in eo negotio honori ſuo conſulant, minus mirum videbatur. Interim tamen vt declaratio Suecica, quam Mediator ſuper Elbinga adtuliſſet, ſcripto comprehendatur, omnino credebatur neceſſarium eſſe: atque inprimis, vt, in eo, hoc adiiciatur expreſſe, talem traditionem Elbingae Suecos pro violatione pacis non habituros. Electoralibus modus iſte, a Mediatore, nomine Suecorum propoſitus, non ſatis placebat: neque eo Sereniſſimo Electori ſatis cautum videbatur. Ab eo vtique, ad talem modum acceptandum, ſe non inſtructos eſſe profitebantur. Sed res iſta, vtpote difficilior aliis, ad vlteriorem deliberationem reiecta eſt. Poſtea reuerſus a Suecis Mediator, de nauigatione, in fluuio Bulderauia, coepit agere. Negare nimirum Suecicam Legationem, talem nauigationem vmquam hactenus fuiſſe vſitatam: priuilegia Rigenſium, et ius antiquum poſſeſſionis, poſtulato Polonico repugnare.

nem Benedictum Horn, et Locumtenentem Generalem de Helmfeldt: ſed iam Duos Legatos eaſdem ſubſcribere nolle, antequam punctus de Liuonia, illimitate cedenda, expeditus ſit.

c Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

gnare. [*] Noſtri: Poſſeſſionem poſſunt quidem obtendere, ſed illegitimam. Commiſſione res illa decidi debuit, prout olim conuenerat. Sed ea Commiſſio tamdiu dilata eſt, vt tandem prorſus exoleuerit. Priuilegia, quae allegantur, data ſunt tum, quum Bulderauia nondum eſſet nauigabilis. Sed beneficia eiuſmodi pro re nata dantur: rebus mutatis, etiam mutari poſſunt. Mediator: Sed nouum ius eſt, quod iam Dux Curlandiae petit, in quod nolunt Sueci conſentire. Noſtri: Quoniam Liuoniam, quam hactenus vi induciarum, tenuerunt Sueci, nunc in perpetuum cedimus illis: liberum eſt nobis, conditiones aliquas viciſſim ſtipulari. Et Duci Curlandiae, pro tot illatis ipſi miſeriis, iure hoc ſaltem ſolatium dari debet. Nos tot illuſtria magna, ad pacem, inclinationis indicia dedimus Suecis: viciſſim illi quoque aliqua praebeant, nec ſe adeo in leuibus quoque difficiles exhibeant. Mediator: Illi dicunt, ſibi non eſſe integrum, quidquam noui concedere. Illorum verba et rationes adfero, non meas. Et id in poſterum tanto religioſius ſeruabo, quia animaduertere videor, verba mea eo trahi, ac ſi cauſſam aduerſam acrius propugnem. His dictis abiit.

Interea venit a S. Regia Maieſtate Referendarius Regni, nouos ad pacem ſtimulos, nomine Suarum Maieſtatum, noſtris adferens. Quibus occaſio ex nouis non optimis, ab Vcraina adlatis, ſubnata

* At Sueci quidem, Articulo Proiecti, quod vocant, ſexto et viceſimo, nauigationem aduſque Mitauiam, prout induciarum tempore fuiſſet, liberam promiſerant, perſolutis duntaxat ſolitis vectigalibus. Qua quum adquieſcere Poloni nollent, Pacificator iam ſuperiore die rem ad Suecos detulerat. Ab his reſponſum inuenio, huiuſcemodi verbis: *Mithauienſium neutiquam locum habere poſtulata haec: ius Depoſitorii, vulgo* Stempelrecht, *oportere Rigenſibus ſeruari.* Vid. DIARIVM SVECIC. l. c. Id quod nunc quoque repetitum eſt: ſparſis ſimul minis, de abrumpendo omni pacis negotio, niſi iſti velut obices e medio tollerentur.

** PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 70. *Sueci — id temperamenti*

ſubnata erat. Nouus inde calor maturandis tractatibus illatus. Ac primum, ne controuerſia Curlandica nimium moretur negotium pacis, deſinitum, vt fortalitia illa debite, hoc eſt, quadrante milliaris, ſeu ſpatio vnius ſtadii, circumſcripta maneant penes Suecos: ſed hac ſimul lege, ac cautione expreſſe addita, ne plura alia illic exſtruere liceat. Praeterea haec ponenda conditio, vt viciſſim Sueci, de Elbinga, nihil difficultatis moueant amplius. Mediatori itaque Magnus Cancellarius Regni, quid iam ſtatutum eſſet, et quid viciſſim a Suecis exſpectetur, expoſuit. Mediator, omnia ad Suecos relaturum ſe, dixit. Ceterum de Elbinga iam nunc, nomine Suecorum, hoc adferre: Velle ipſos ſcripto priuato profiteri, traditionem Elbingae in manus Electoris ſe, pro violatione pacis, minime habituros. Quum iterum abiiſſet Mediator, de Elbinga actum cum Electoralibus. Electoralibus ſuſpectus iſte modus, quem Sueci proponerent, videbatur. Eo enim Suecos honori ſuo, cuius obtentu traditionem talem Elbingae publico Articulo inſeri nolint, minime conſulere. Immo maiorem inde famae labem ipſis imminere. Quod quum ipſos non lateat, et nihilominus rem hanc adeo vrgeant, credibile, ipſos itaque aliud quid in ſinu fouere. ** Et quae noſtra ex tali ſcripto ſecuritas erit, praeſertim, ſi eius in ratihabitione nulla fiet mentio? Vtique irritum, et nullius ponderis, eiuſmodi

menti proponebant, vt. inſtrumento pacis, in vniuerſum vrbibus Boruſſiae caueretur. Sed ſe peculiari ſcripto declaraturos: ſi Elbinga Electori tradatur, id pro violatione pacis haud habendum. Id quod noſtris neque tutum ſatis, neque decorum videbatur. Ac Elector valde abſurdum iudicabat; quum Sueci pactum deditionis Thorunienſis firmaſſent, ac Hieronymo Radzicíouio, non melius de ipſis, quam de ſua patria merito, cauere vellent; quare ferre nollent pacta, tam ſollemni modo inita, ac in Comitiis confirmata perſiſtere? Ita id negotium in ancipiti erat: non Suecis ſolum, ſed et plerisque Polonorum, Electori eam vrbem inuidentibus, rel.

eiusmodi scriptum fuerit. Palatinus Posnaniensis: Facienda omnino erit mentio, in ratihabitione, etiam priuatorum scriptorum. De cetero, ne moueant Excellentiae Vestrae scrupulos non necessarios. Magnus Regni Cancellarius: Tanto minus difficultatum Excellentiae Vestrae mouere debent, quia in arbitrio Serenissimi Regis et Reipublicae erit, Elbingam redimere. Neque enim ius perpetuum, in Elbingam, concessum est Serenissimo Electori. Rogamus, vt, sepositis scrupulis non necessariis, negotium pacis iuxta nobiscum promoueant, aut certe non morentur. *

Rediit denuo Mediator. Cui Magnus Regni Cancellarius, nomine Legationis Polonicae: Non sine magna difficultate, inquit, attamen pacis caussa, statutum est inter nos, in materia limitum adtemperare nos desiderio Suecorum, dum ipsi vicissim nobis se quoque, in sequentibus, praebeant faciles. Primo, titulum Sueciae Serenissimo Regi nostro, ad dies vitae, ne abnuant. Secundo, de summa pecuniaria pro locorum occupatorum restitutione sileant penitus. Tertio, Catholicis, qui sunt in Liuonia, libertatem suae religionis integram relinquant, aut reddant. Quarto, expulsorum a Liuonia rationem habeant, vt restituantur, vel saltem

* Rem paullo copiosius explanat PVFENDORFIVS loc. comm. Neque supervacaneum est, verba etiam haec adscribere. *Interim Poloni orabant, et obsecrabant, vt nostri, misericordia in eorum Rempublicam ducti, rem ne extrahant. Moscum quotidie altius in viscera Regni penetrare: Cosacorum rebellionem inualescere: exercitum Polonicum confoederationem, vti ipsi vocant, agitare, nec prius in hostem mouere velle, quam residuis stipendiorum solutis. Lithuanos quoque, petito, etsi non obtento Regis consensu, conuentum suae nationis indixisse, inaudito in hac Republica exemplo, quos metus sit, ne, Polonia auulsi, Mosco se dedant: quod vt declinetur, potius extrema quaeque admittenda. Igitur nostros vrgebant, vt vel in cautionem, qualem Sueci obtulerant, vel in secretum Articulum consentirent. — Quin ipse Rex testabatur, Electorem pertinaci cautionis recusatione sibi ipsi nociturum, quod pacta Bydgostiana ad promouendam, non impediendam, pacem spectare*

tem iis, ratione bonorum, ſatisfiat. Sunt illi membra Reipublicae noſtrae: ius ſuffragii habent in Comitiis. Ratificationi igitur pactorum iſtorum reclamabunt, atque intercedere volent, niſi ſatisfactionem acceperint. Quinto, Articulum de Elbinga publico potius, quam priuato, ſcripto comprehendi ſinant.* Quum haec ad Suecicam Legationem detuliſſet Mediator, reuerſus inde retulit, illam ſuper duobus capitibus, titulo nimirum, ad dies vitae concedendo, et de pecunia remittenda, deliberare velle. In cetera ſe conſentire nullo modo velle, nec poſſe.**

Dies XXVIII Martii, Reſurrectioni Seruatoris noſtri ſacer, totus pietati datus eſt.

Dies XXIX Martii, qui ſecundus Paſchatos erat. Eum tamen inter ſacra pietatis, et tractatus negotia, partiri viſum eſt. Mediator, poſt felicis feſti et proſperorum tractatuum adprecationem, de quinque propoſitionibus, nuper ad Suecos delatis, reſponſum adtulit. Ac primo, quod ad Catholicae religionis, in Liuonia, exercitium adtineat, Suecos in ea re plus concedere nolle, quam in propoſito a ſe Articulo Proiecti, et in pactis Stumdorſianis, conceſſum ſit.*** Neque in reſtitutionem expulſorum eoſdem conſentire.

ſtare debeant: velut minaretur, ſi hoc modo pax impediatur, ſe quoque pactis iſtis teneri nolle.

* Praeter haec Polonorum deſideria, apud Anonymum Auctorem Diarii, ad h. d. inuenio et ſextum, ſuper debito Racociano: de quo quaedam ſuperius dixi p. 131. not. *** Illius etiam mentio facta, in DIARIO SVECICO, ad diem XXIX Martii.

** Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

*** In pactis Stumdorſianis quidem nulla, ſuper exercitio religionis Romanae Catholicae, apud Liuones, diſerta cautio: quamuis illud, inter Polonos ac Suecos, magnis animorum motibus eſſet diſceptatum. Enimuero intemeratum, vt ante, futurum Sueci Legatis Pacificatoribus, data dextra fideque, promiſerant. De quo latius infra commemoraui, Obſeru. XVII. In hanc prorſus ſententiam Articulus Proiecti, quod vocant, ſeptimus decimus perſcriptus eſt, hiſce verbis: „Quod ad „religionem, eiuſque exercitium, in Li„uonia Suecicae poſſeſſionis adtinet, ma„neat

tire. Gustauum Magnum olim exsulibus illis potestatem fecisse intra triennium ad sua. Nunc eorum bonorum dominia multifariam mutata, nec sine summa rerum confusione ea iam reddi posse antiquis possessoribus. ° Quoad Elbingam, in genere cauendam esse vrbibus, ad Poloniae regimen redeuntibus, priuilegiorum conseruationem. Suecos interim priuato scripto declaraturos, non obfuturum pacis huius integritati, si Elbinga Serenissimo Electori tradatur possidenda. De satisfactione pecuniaria, diuturnam sibi cum Suecis controuersiam intercessisse. °° Poscere illos adhuc summam CCM thalerorum. Sed in hac eadem summa, pati eos, vt acceptum sibi feratur id, quod a Racocio sibi solui Respublica Polona postulet. Praesidiariis suis aliquam offam obiiciendam: alioquin ex locis restituendis educi se illi non sinent. Aut certe sufficiens aliquod spatium concedendum fuerit, °°° quo ex Suecia

„neat in illo statu, quo fuit viguitque tempore induciarum, nec libertati conscientiarum vis aliqua inferatur. „ Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

* Conf. DIARIVM SVECIC. l. c. item PVFENDORFIVS de rebus Caroli Gustaui Lib. VII. §. 10.

** Talem satisfactionem Sueci, etiam in pacificatione Stumdorfiensi, sibi postulauerant: (vid. OGERIVS loc. comm. pag. 336.) et obtinuerant nuper, in Pace Vestphalica: cuius Articulo XVI. §. 8 sq. constitutum, vt deducendo, e Germania, militi quinquies centena vncialium millia soluerentur. Sed quam nunc numerari sibi volebant pecuniae vim, non esse duntaxat satisfactionem, (namque leuiorem, quam pro tali nomine, rebantur,) sed quoddam quasi subsidium, dicebant. Super ipsa autem re, multis et acribus verbis, cum Gallo Pacificatore disceptatum. Adeo is, ira commotior, arma virosque contra Suecos, si pergerent negotium extrahere, at vero pacem cum Moscis quam proxime coalituram, crepabat. *Deuentum est*, verba sunt DIARII SVECICI, loc. comm. *ad acerrimam disputationem: et quum Dns Mediator reposuisset, intra tres dies, si nobiscum pacem inire non possent, cum Mosco conclusuros Polonos esse, Dns Regni Thesaurarius respondit: Si rumpere Poloni velint, viderint, quid agant*, rel. Et sane Poloni siue satisfactionis, siue subsidii, quidquam dare, illa in egestate publica, pertinaciter recusabant. In quam rem, elegans est locus KOCHOVII Climact. II. p. 427. nec tempero mihi, quin verba subiiciam: *Ast responsum*, ait ille, *conciliandae pacis, non licitandae, iniri media, quum durabilior semper amicitia sit, quae ex aequo et honesto, quem quae ex emto, comparatur. Tam dedecere Suecos, illiberalis stipis facere mentionem, quam Polonis integrum* non

cia adquirant, vnde os obturari poſſit militi. De titulo Sueciae, ad dies vitae retinendo, non fore Suecos difficiles, **** ſi in aliis pariter faciles ſe Poloni praebuerint. Itaque ad finem reiiciendum hoc negotium.

His propoſitis, abiit Mediator, vt locum daret Polonicae Legationi cum Foederatis, ſuper his, quae a Suecis adtuliſſet, deliberandi. Palatinus Poſnanienſis: Religionem noſtram tanto meliori iure, in Liuonia, tueri quaerimus, quanto nos in Regno Poloniae aequiores ſumus in religionem Diſſidentium. Quod quum Veſtris Excellentiis, (conuertebat autem ſermonem ad Electorales,) non ſit ignotum: eo enixius nunc religionis noſtrae in Liuonia conſeruationem curare debent. Electorales: Nos deſideramus, vt voto Excellentiarum Veſtrarum adnuant Sueci. ***** In Imperio Germanico mutuus Principum conſenſus eſt, vt quiſque

 in

non eſſe, per eas largitiones ſe macerare, quos iniquiſſimum bellum depauperaſſet. — Praeterea ſpes erat, famem breui praeſidia ex ciuitatibus expulſuram, quibus, non niſi pretio deliniti, excedere Sueci vellent. At hi quidem, abolita poſtulatae ſummae parte dimidia, reliquis ducentis vncialium millibus mordicus inhaerebant. De debito autem Ragociano, cuius ſummam velut acceptam Poloni imputarent, rurſus KOCHOVIVS loc. comm. *Quadriennio ante*, inquit, *Ragocius ad Nigrum Oſtrouum armis inferior, condictam pecuniae ſummam, pro damnis Regno illatis depenſurum ſe receperat: nec praeſtitit.* — *Tranſcribi in ſe poſtulant debitum Sueci: negant enixe Caeſariani, bello indubitatam occaſionem quaeri metuentes, vbi moleſtus creditor repetundarum agit, reſque pacatas Hungariae interturbat, tranſcripta nomina in ditionibus Ragocii requirendi. Etiam noſtri, quamuis irrepetibile debitum cenſerent, ingenue tamen imaginarii pretii mentionem recuſauere.*

*** Inuenio apud rerum harum ſcriptores, trimeſtre ſpatium diſerte illos conſtituiſſe.

**** Erant ex Suecis Legatis praecipue duo, ſi quid adſequi coniectura poſſim, Gardius, Theſaurarius Regni, ac Guldenclauius, qui proni in hanc ſententiam inclinarent. Contra nitebatur Oxenſtierna: quemadmodum is ipſe profitetur, in Conſilio, ſuper foederibus, inter Sueciae ac Franco-Galliae Regna, (*Avis du Comte Benoit Oxenſtiern, Chancelier de Suede, au ſujet des Alliances de ce Royaume avec celui de France.*) apud ROVSSETVM Coll. Tract. T. XVIII. P. II. p. 218. Verba ipſa, memoratu digna, infra exſcripſi, Obſ. XII.

***** PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 68. *Poſtulabant Poloni dehinc a noſtris, vt, quoniam ii pro*

in ſuis αὐτονομίαν, etiam in rebus religionis, retineat adeoque exercitium religionis pro lubitu permittat, vel vetet. Hoc quia ſemel placuit, vſque retinetur. De Liuonia, quoad religionem, nunc demum certi aliquid determinandum eſt. Palatinus Poſnanienſis: Quoniam id, quod quaerimus, impetrari a Suecis vix poteſt, ſaltem hoc ab illis requiramus, vt in locis praecipuis Liuoniae exercitium ſit liberum Catholicae religionis. Magnus Cancellarius Regni: Nonne ſatis benigne cum Suecis tranſigimus, quum Epiſcopatuum dignitates, et bona omnia, illis remittimus? Viciſſim nobis exercitium ſaltem liberum religionis noſtrae concedant, in iis minimum locis, vbi ſunt Catholici. Si nolint conſentire in publicum: ſaltem priuatum concedant. Aegre equidem huc condeſcendo, qui religionem Catholicam quam latiſſime proferre fines ſuos vellem. Sed ad multa etiam acerba deſiderium pacis iam nos compellit. Magnus Cancellarius Lithuaniae: Aut zelo noſtro, in hoc negotio, aut poſſibilitati indulgendum. Si zelo; omnia templa, et quaecunque eo pertinent, repetenda eſſent: ſi poſſibilitati; exercitium primo publicum, ſi hoc obtineri nequeat, priuatum vrgeamus: ſed vt id horum ipſorum pactorum fide firmum ſit, ac maneat. Referendarius Regni: Religionis noſtrae negotium

pro libertate Euangelicorum in Polonia pugnent, ſibi quoque, pro libertate Catholicorum in Liuonia certantibus adſiſtant. Quod a noſtris ſtrenue factum. Id quod Suecis non potuit nôn mirum ante videri, quam occultam ſtudii cauſſam, pacis procraſtinationem, introſpicerent. Ait itaque PVFENDORFIVS Comment. de rebus Caroli Guſtaui, loc. comm. *Accedebat Iohannis Caſimiri ſuperſtitio, per Ieſuitas, Auſtriacorum inſtinctu, obſirmata. Cui ſuccinebat Lumbranus, inani pietatis obtentu mire ſe iactans, ac ipſe ſubinde rupturam tractatuum minitans, ni Sueci adnuere vellent. — Magis tamen mirum viſum, ipſos Electorales inſigni cum feruore negotium id, de libertate ritus Catholici in Liuonia, concedenda commendatum ire.* Quod autem Brandeburgici oratores paullo poſt, apud PASTORIVM,

negotium tanto feruidius agimus, quia in eo nobifcum ipfi etiam Electorales faciunt, antehac in eo negotio nobis contrarii. Electorales: Religioni Catholicae tum contradicere vifi fumus, quum cauendum putaremus, ne Sueci dicere poffent, Polonos religionem Catholicam in Sueciam reducere voluiffe, et fic illi odiofam cauffam Poloniae, et hos ipfos tractatus Principibus Proteftantibus redderent. Aliter loquimur, quum de religionis exercitio, in Liuonia conferuando, res eft. Referendarius Regni: Interim laudo, quod nunc nobis fuffragentur. Ceterum quoniam Suecis Liuoniam concedimus: volent haud dubie illam, cum plena et integra poteftate ibi pro arbitrio fuo difponendi. Aut fi noftro defiderio acrius volemus infiftere: viciffim illi Arianos in priorem ftatum reftitui volent in Polonia. Thefaurarius Curiae: Sueci in Silefia aliquas faltem ecclefias, pro Lutheranis, obtinuerunt in tractatu Monafterienfi. * Pari ratione nobis quoque aliquas faltem, in Liuonia, concedant. Succamerarius Pomeraniae: Religio nobis adeo cara eft, vt et pretio fanguinis redimenda eius libertas videatur. Nihil et nunc pro ea tuenda intentatum relinquamus. Si nihil amplius obtinebimus: faltem id dabunt nobis Succi, ne minus religiofi, in tuenda Liuonicorum Catholicorum

RIVM, adfirmant, ius fafque Principibus Germaniae, fecundum Pacis Veftphalicae fanctionem, effe, exercitium religionis per ipforum prouincias, prout lubitum fuerit, aut permittere, aut vetare, id profecto longe aliter fefe habet: autonomia Principum, quod ad religionem, certis quibufdam limitibus circumfpripta. Vid. INSTR. PACIS OSNABR. Art. V. Ceterum ad iftam Succos quoque, per hanc ipfam occafionem, prouocaffe repetio. Quippe Guldenclauius, legatus Suecus, *cedere* ait *Polonos cum iure territoriali Liuoniam: etiam ius territoriale effe, vt dominus poffit reformare: allegans autonomiam, ex Inftrumento Pacis Ofnabrugienfi.* Vid. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

* INSTR. PACIS Art. V. §. 40. Conf. Dni a BVCKISCH Obferu. ad h. l. pag. 319 fq.

corum libertate, videamur, quam ipſi in Sileſiorum Proteſtantium fuerunt. Concluſio tandem facta talis: In controuerſia finium Liuoniae ideo praebuimus nos faciles, vt viciſſim illi nobis in aliis obſequantur. Exercitio religionis libero inſiſtamus: item titulum Sereniſſimo Regi, ad dies vitae, conſeruemus. Pecuniariam ſatisfactionem categorice negemus. Locorum reſtitutionem, inprimis Mariaeburgi, et ſimul Ducis Curlandiae, vrgeamus.

Haec omnia Regni Cancellarius Mediatori, qui interim acceſſerat, facunde expoſuit. Mediator: Multum ſuper religione diſceptaui cum Suecis: ſed illi leges Sueciae fundamentales opponunt, quae religionis exercitium non permittunt, niſi ſoli Auguſtanae Confeſſioni.* Noſtri: Sed leges illae de Sueciae Regno loquuntur, non autem de prouinciis adquiſitis. Electorales: Bremam Rex Sueciae hac conditione tenet, vt tamen Reformatae religionis exercitium ibi permittat. Ordines etiam Foederati Belgii, in locis adquiſitis, religionis libertatem concedunt. Mediator: Ordines ideo concedunt, quia Rex Galliae id vrget. Alicubi tamen Ordines etiam contraueniunt, multum querente Gallia. Certe ex toto Maioratu ** expulſi ſunt Catholici. Quod ne fieret, tractatibus ſuis efficere non potuit Hiſpanus. Noſtri: Adhuc noſtro nomine de religione, vti et de aliis quatuor propoſitionibus, cum Suecis agat. Sed inprimis etiam Ducis Curlandiae liberationem, et Mariaeburgi euacuationem, vrgeat. Quam vtramque quum promiſerint, inde reſilire non debent. Referendarius Regni:

* Quippe in ſollemni Ordinum conuentu, An. MDXCVII Arbogae celebrato, decretum, *vt vna ſolum Auguſtanae Confeſſionis religio, in Concilio Vpſalienſi, ante quadriennium ſancita, et Regis iureiurando confirmata, vbique in Suecia locum habeat, nec vllius alterius religionis publicum exercitium admittatur*, rel. Vid.

gni: Sincere nobis dicant, an promiſſis ſtare velint, nec ne? Si nolunt, cras parati ſumus abire. Mediator: Promiſerunt quidem reddere Mariaeburgum, ſed ſemper ſub ſpe pecuniae accipiendae. Sine qua militem educere ſe non poſſe adfirmant. Noſtri: Nos, vt ad alia deſideria noſtra faciliores redderemus Suecos, in materia finium illis faciles ac benignos nos praeſtitimus. Conceſſimus illis ius Regni Sueciae: illi viciſſim titulum ſaltem Regi noſtro ad dies vitae concedant. Nos Liuoniam illis reſignamus: illi ſaltem religionem ibi liberam eſſe permittant.

Quum abiiſſet Mediator, noſtri de exſulibus Liuoniae conſultarunt. Dicebatur, fidem et conſtantiam illorum praemio dignam, neglectu minime mulctandam eſſe. Et verendum, ne paci huic in Comitiis contradicant, inueniantque ſuffragatores, quum adfinitatibus et clientelis non careant. Impetrandum hoc ſaltem a Suecis, vt vendere ſua illis liceat, et intra certum aliquod tempus, de quo conueniri poterit, moderni poſſeſſores cum illis tranſigant. Praeſcriptionem, quam allegent Sueci, in talibus non valere. *** Ceterum, quum bona iſta exſulum a praecipuis Sueciae Magnatibus teneantur, exiguam ſpem eſſe, illos in reſtitutionem conſenſuros. In eum caſum, ſummam ſaltem aliquam memorabilem a Suecis exigendam, qua exſulibus ex parte aliqua ſatisfiet. Electorales: Sueci agunt adeo feruide cauſſam Elbingenſium, quod hi partes ipſorum ſint amplexi. Melior cauſſa eſt exſulum Liuoniae, qui, propter conſtantiam ſuam, exuti ſunt bonis. Tanto

acrius

Vid. LOCCENIVS loc. comm. pag. 432.

** Maioratus Siluae Ducalis: Belgis, *De Mayerye van's Hertogenboſch.*

*** Neque enim bona ſua exſules reliquerant ſponte: neque recuperandi animum atque ſpem vmquam depoſuerant. Qua quidem tali derelictione praeſcriptio legitima, velut fundamentis, innititur.

B b

acrius eorum negotium agendum eſt. Faciebant iidem mentionem monetae Suecicae, vt eliminetur ex prouinciis Regni. Sed inprimis de Elbinga vt ſingularis Articulus ſcribatur, vrgebant, quo integritati foederis Bidgoſſienſis aperte caueretur. Noſtri: Dummodo Sereniſſimus Elector Elbingam poſſideat, de cetero iam non ſcrupulos moueat.* Rediit Mediator a Suecis, apud quos non multum profecerat. De titulo velle illos reſpondere, vbi alia fuerint complanata. Mariaeburgo deducturos militem, acceptis CCM Imperialium: ſi hos dare Polonia nolit, det neceſſarios militi commeatus, et ſubſidia omnia, ad alimentationem et viam neceſſaria. In religionis puncto antiquum obtinere Suecos, neque ea in re quidquam amplius concedere velle. Noſtri: Quia adeo difficiles experimur Suecos, neque nos priores declarationes noſtras mutabimus: et prout nunc rem natam videmus, non eſt, cur redeamus, quum inanem operam ſumere nos animaduertamus. Ita diſceſſum eſt.

Die XXX. — Mediator ad noſtros et Electorales: Vellem ex hodierno Euangelio, pari effectu, vobis dicere poſſe, quo diſcipulis Chriſtus dixit: *Pax Vobis!* De propoſitionibus, heri agitatis, contuli iterum cum Legatione Suecica.** Sed parum adhuc ad deſideria Veſtra pronam reperio. Tandem ex meo ſenſu aliqua

* PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 70. *Igitur noſtros vrgebant: — Nam Electori ſufficere, ſi vrbe potiatur: ac Polonos euictionem praeſtituros: interim Pomeraniae oppida capta retineri poſſe.*

** In eo colloquio actum fuiſſe comperi, etiam de pacis ſecuritate, quam Sueci exigerent praecipue ab Imperatore, atque Electore: *vtpote, qui, ſine vlla cauſſa data, S. R. Maieſt. gloriosiſſimae memoriae armis infeſtis non tantum in Boruſſia, et prouinciis Danicis, ſed etiam in Holſatia atque Pomerania, adeoque in ipſo Romano Imperio, contra Pacem Oſnabrugenſem, adorti fuerint.* Vid. DIARIVM

qua illis temperamenta propoſui: 1) Vt conſentiant in titulum: 2) Vt de ſatisfactione pecuniaria ſileant. ' His obtentis, conaturum me apud Legationem Polonicam efficere, vt, quoad religionem Catholicam in Liuonia, ſtetur pactis Stumdorſianis, et vt reſtitutio exſulum Liuoniae ſilentio ſepeliatur. Poſt longam concertationem, contentos ſe fore, Legati Suecici dixerunt, CCCCM florenorum: aliter ſe militem, ex vrbibus, educere non poſſe. Ad me quod adtinet, fateor ipſe, dura eſſe, quae poſtulantur: interim paci aliquid dandum videtur. Quam ſemper rebus ſecundis, quales nunc Polonicae ſunt, amplecti melius eſt: quia de futuris numquam certi eſſe poſſumus. His dictis abiit. Noſtri, collatis inter ſe ſententiis, vno ore conſentiebant in id, nihil omnino pecuniae dandum: nec in tractatu vlterius ſe progreſſuros, niſi Sueci de pecunia promittant ſilentium. Inprimis, ſi exſulum Liuonicorum cauſſa nihil nobis velint concedere. His enim longe plus Sueci, ſi ex aequo res decidenda eſſet, dare deberent, quam nunc a nobis exigunt. Magnus Cancellarius, qui tardius aduenit, addidit, indignum eſſe nomine Polono, etiam loqui de tali pecuniaria vrbium redemtione. Se iam cum Caeſarianis ſermonem, ea de re, habuiſſe. Illos aperte dicere, Caeſarem Suecis Pomeraniam gratis non redditurum, ſi illi, pro locis Pruſſiae et Curlandia, pecuniam

 velint.

RIVM SVECIC. ad h. d. Sed acerrima diſputatio agitata eſt, ſuper ſatisfactione, ſiue pecunia ſubſidiaria: quam omnino debitam ſibi, olim etiam ſperatam, Sueci pertinaci ſtudio poſtulabant, noua praeter reliquas cauſſa. Nam ſi reſtituendae ipſis Pomeraniae meritum, in ſe, Rex Poloniae inclinare vellet: inclinari in ipſum etiam debere damna facta, quae nunc eſſent immani pretio reſarcienda. At vero ſe, pro aequitate duntaxat ſua, moderata petere, vt habet DIARIVM SVECICVM loc. comm.

400/m. *Florenorum, et 150 laſtas ſiliginis.*

velint. Ne igitur infamibus eiufmodi propofitionibus nos amplius Sueci morentur, neque in religionis puncto nobis moueant difficultates. Nefas fane fuerit, in eo morem gerere defiderio Suecorum. Et rogo, vt, in re ifta, Excellentiae Veftrae velint fuccurrere zelo meo.

Quum rediiffet interim Mediator, mirari fe, dixit idem Cancellarius, Suecos hodierno Euangelio, de pace, non moueri. Exhorrefcimus, et iure, probri loco, ducimus mentionem pecuniae, quam toties ingeminant, etiam moniti, fruftra fe id facere. Rex nofter Regno, Refpublica Liuonia cedit, pacis cauffa. Illi nihil viciffim concedunt nobis: fed pecuniam infuper pofcunt. Clare itaque et categorice iterum refpondemus, nos progredi in tractatibus nolle, fi de pecunia velint amplius loqui. Neque Foederati Pomeraniam reddere volunt Suecis, nifi hi pretium a nobis expofcere definant. Mediator: Ego eafdem difficultates illis ob oculos pofui. Illi neceffitatem mihi opponunt. Pecuniam iftam non pofci, per modum fatisfactionis, fed tantum in fuftentationem et eductionem militis. ° His dictis, rediit ad Suecos. Reuerfus a Suecis Mediator: Declaratione, inquit, Foederatorum, qua gratis fe Pomeraniam reddituros fignificent, fi gratis Sueci loca occupata reddant, nonnihil flexa eft Legatio Suecica. Interim infuperabilis educendi militis difficultas ipfam habet follicitam. Itaque deliberan-

* Conf. DIARIVM SVECICVM loc. comm.

** At repofuiffe Polonos, Auctor Anonymus Diarii ad h. d. refert, inconueniens effe, Foederatos fufpectae fidei arguere. Licere enim Suecis, non ante fubfcribere pacis legibus, quam fuper ea re fatis effet ipfis cautum.

*** Articulo XVII. cuius verba fubiiciam, vt haec Polonorum dicta, haud prorfus confentanea, ad illa exigantur. Ita vero habent: *Exercitus omnes, exceptis*

deliberandi moram in craſtinum petit. De Duce Curlandiae nihil amplius difficultatis mouent.

Die XXXI. — Mediator: Cura militis conſeruandi adhuc ſollicitos tenet Suecos. Abſque hoc eſſet, de pecunia nullam facerent amplius mentionem. Sed praeterea iam quaerunt, quomodo certi eſſe poſſint, Foederatos Pomeraniam gratis reddituros? Verentur enim, ne id poſtea reuocetur. [oo] Deinde tranſitum militis, per loca Foederatorum, iam nunc paciſci vellent: quem Foederatos non negaturos putant, ſi pax generalis fuerit inita. Rogant, vt communi conſilio et ope, Legatio Polonica conſeruationem militis iſtius curare velit. Fieri poſſe, vt iſtae copiae Polonis ipſis aliquando, contra Moſcum, bonam operam nauent. Noſtri interrogarunt, quam viam eligere velint Sueci, in milite educendo? Mediator: Si pax generalis facta fuerit, in Pomeraniam ducentur copiae; ſi minus, per mare. Noſtri: In pactis Stumdorſianis [ooo] ſtatutum fuit conſenſu, vt peditatus mari eat, equitatus terra, ſed ſine damno terrarum Poloniae. Nunc ſi omnino terra eundum fuerit: (quod nondum inter nos deliberatum, multo minus concluſum eſt:) tranſitum equidem non poterimus negare, neque neceſſaria vitae ſubſidia in tranſitu. Quod ſi vero, contra Moſcum, nobis opem ferre voluerint: ſtipendia illis ſoluemus. Mediator: Non deerunt Dantiſci, qui ſuppeditent pecuniam: modo Polonia

 fidem

ptis praeſidiariis, tempore ſupra definito, ab vtraque parte ex prouincia deducantur, et quidem Suecicus per mare. Si tamen equitatui, intra adſignati temporis ſpatium, traiiciendo nauium copia non ſuppetierit: liber illi et innoxius tranſitus, quam breuiſſimo itinere, per terram in ditiones ipſorum, ſine damno incolarum, Regno Poloniae mediate vel immediate ſubiectorum, concedi debet. Quod itidem obſeruetur, ſi aliqui pedites dicti exercitus Suecici dimiſſi fuerint.

fidem interponere velit. Noſtri: Fidem interponere, et pecunias dare, idem eſt.

Abeunte ſub haec Mediatore, ſucceſſit Legatus Caeſareus. Qui intellecto, quid vellent Sueci, reſpondit: In declaratione, quam de reſtituenda Pomerania dedimus, expreſſe addita eſt haec conditio, vt poſtulatis Poloniae prius ſatisfiat. Adſuit mox iterum Mediator, nouis propoſitionibus turgens. Quoniam, inquit, Sueci vident, pecuniam a Polonis impetrari non poſſe, recedunt a poſtulato priore. Sed iam alia depoſcunt: * 1) Vt Polonia auctoritate ſua, apud Gedanenſes, certam pecuniae ſummam, ſub cautione Suecica, impetret: 2) Volunt eſſe certi de renunciatione iuris et tituli Suecici Regni: 3) Vt Confoederati ad reſtitutionem occupatorum ſeſe obligent: 4) Vt liber militaribus copiis tranſitus, et hoſpitatio, per ditiones ſuas promittatur a Polonia, et Foederatis: 5) Vt non opus ſit, ſcripto ſe obligare, ad Elbingae traditionem in manus Electoris: 6) Vt foedera ponantur, cum hac clauſula: *In quantum his pactis non aduerſabuntur.* 7) Vt negotium filiae Radziuilianae, ſecundum tenorem Proiecti Suecici, componatur: 8) Vt Koenigſmarkio filius captiuus, et bona in Marchia, reſtituantur: 9) Praeſidium Strasburgenſe vt dimittatur: 10) Vt ſaluus conductus

* Quod ad numerum, haud ſatis conuenit inter rerum harum ſcriptores. Felkerſamius quidem, in Commentariis ſuis, propoſitiones fuiſſe decem, tradit, facta nullius diſerta commemoratione. In DIARIO SVECICO ad h. d. nouem tantum editae ſunt: neque illae his, quae a PASTORIO produntur, omnes conſentaneae. Ad hunc fere modum formula typis euulgata eſt, in DIARIO EVROP. l. c. pag. 57. et in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 663 ſq. Atque illi etiam incluſum eſt alterum, ſuper ceſſione et renunciatione iuris ac tituli Suecici, caput: id quod in DIARIO SVECICO tacitum praetermiſſumque. Porro caput ſextum de renunciatione pactorum, neque in Diario, cuius modo mentionem inieci, neque in exemplis editis, legitur. Alia in vtriſque contracta, aut diuiſa. — Ceterum

ductus dentur, pro eductione liburnicarum, seu dromadum, vulgo galeotarum, ex portu Pillauiensi: 11) Vt securitati Acatholicorum, seu Dissidentium, in Polonia plene caueatur.

Nostri non sine admiratione audiuere ista: et postquam Mediator abiisset, cum Foederatis super toto hoc negotio deliberarunt. In aliud quasi solum se deportatos sibi videri, dicebant omnes. Resilire Suecos ab iis, quae iam antehac concesserint. Forsan tum illis spem fuisse, rumpi posse vincula societatis, inter Poloniam et Foederatos. Nunc quia videant, id non succedere, alio modo et longe duriore agere incipiunt. Parum spei de bono tractatuum istorum successu. Mascule respondendum Suecis, et iuxta in casum ruptorum tractatuum solida, pro securitate et salute communi, iam nunc ineunda consilia. Redeunti itaque Mediatori responsum est breuiter, in hunc sensum: Longius nos, quam nunc res ipsa nos docet, progressos esse credideramus. Neque vmquam nouas eiusmodi propositiones, a Suecis, exspectauimus. Mutatio ista, vti exiguam nobis spem de bona Suecorum, ad pacem, inclinatione relinquit: ita maius et deliberatius exigit consilium. Itaque recta iam hinc Gedanum ire cogitamus. Animis igitur non parum commotis, protinus discessum est. **

terum de successu talium Gallus Pacificator ipse animum despondebat: quamuis, pro ratione officii, non renueret ad Polonos deferre.

** Apud Auctorem Diarii Anonymum, ad h. d. res paullo copiosius exposita est, in hanc fermè sententiam. Missum e vestigio semet ipsum, quem esse Pacium, summum Lithuaniae Cancellarium, supra dixi, vna cum Referendario Regni, vt hanc talem rem, tam inexspectatam, ad Regem deferrent. Hunc, ira accensum, oppido apud animum constituisse, arctiora in foedera non modo cum Imperatore, atque Electore Brandeburgico, sed cum ipsis Moscis, festinato gradu ire, ac vim omnem et arma, vnos in Suecos, expedire. Ceterum Legatos suos iussisse, nulla mora, ex Gedano vrbe, ad Penates reuerti.— Posthaec aduenisse Lumbranum,

MENS. APRILIS

Die I Aprilis, nulla fuit ſeſſio. ° Mediator tamen, de ſanando tractatuum vulnere ſollicitus, poſtquam cum Suecis magna cura egerat, intellecta eorum ad aequiora inclinatione, venit Gedanum, et S. Regias Maieſt tes, tum Proceres, prout quemque in aula deprehenderat, ad reſumendos propere tractatus animauit, ſpe facta boni ſucceſſus.

Die II. — Noſtri Gedani, in aedibus Dni Petri Hendrici, °° cum Foederatis concilium habuerunt. In quo exorſus Magnus Cancellarius: Satis, inquit, Excellentiae Veſtrae videre commotionem animorum, quam Sueci, in nobis, effecerunt nouationibus ſuis. Heri paullo aequiora nobis Mediator adtulit. Interim necdum ſatis certi ſumus, an ſincere paciſci velint Sueci. Securitati igitur

Pacificatorem, (Felkerſamius eum, per hanc ipſam occaſionem, Gallicum Anguem paullo inclementius adpellat,) neque, vt acerbiora mitigaret, quaſi mellitis verborum globulis pepercisse: ſed vero turbida cuncta, animos inprimis Reginae, vehementer commotos, reperiſſe. Eam praecipue, vt erat muliebriter impotens, grauiter inuectam in illum fuiſſe, et vero etiam commoneſeciſſe, ne, adgrauatus odio publico, in Poloniam rediret. Adeo omnes exaſperatos vano atque irrito pacis negotio eſſe. Adeo minas iam nunc Gedani, crebris ſermonibus, iactari. — Sed enim Lumbranum, pro ingenio gentis flexibilem, promiſiſſe diligentem operam, vt ad aequiora etiam Suecos flecteret. — Nec promiſſi illius ſpem penitus feſellit. De quo traditum eſt praecipue in Commentariis Gallicis, ſuper Pacificatione Oliuenſi: e quibus, quae ſint adprime memorabilia, deſcripta ad me tranſmiſit IOSEPHVS BARRIVS, Academiae Pariſienſis Cancellarius, vir ſummus, ac ſtudiorum noſtrorum beneuolentiſſimus patronus. Hoc loco verba iuuat adiicere, quae ad rem praeſentem ſpectant. Ita habent illa: *Il y eut encore des diſputes ſur la liberté du Duc de Curland, et ſur une nouvelle demande de huit cents mille livres, que les Suedois exigeoient pour payer leurs troupes: les conteſtations furent ſi pleines d'aigreur, et les Deputés ſe ſeparerent avec tant de hauteur, que l'on crut ne pouvoir renouer les negociations. Mais les Mediateurs, et ſurtout l'Ambaſſadeur de France, adoucirent les eſprits, et on convint de continuer les conferences juſqu'à ce, que l'accommodement ſut arreté. On obligea les Plenipotentiaires de Suede à ne plus inſiſter ſur l'argent, qu'ils demandoient, à conſentir à l'élargiſſement du Duc de Curland*, etc.

°° At vero habitum fuit, praeſente Rege, a Polonis Conſilium, horis pomeridianis,

igitur noſtrae conſulturi, pro ſolita inter nos fiducia et amicitia deliberemus, quid faciundum videatur, ſi Sueci poſtulatis, quae acceptare non poterimus, inſtiterint; et quo pacto bellum continuandum ſit, ſi tractatuum iſtorum negotiatio fuerit diſſoluta? Reſpiciendum inprimis eſt nobis ad bellum, quod in Lithuania et Vcraina gerimus cum Moſco: qui vbi intellexerit, tractatus hos ſine effectu diſſluxiſſe, tanto duriores conditiones nobis proponet. Interim, nec in Suecorum poſtulata, qualia nunc nobis obgerunt, conſentire poſſumus. In Liuonia, religionis Catholicae exercitium nolunt illi permittere: nobis id deſerere nefas eſt. Sed et alii id genus ſcopuli complures reſtant. Ad quos ſi diſſiluerint tractatus iſti: ineamus conſilia vi manuque rem agendi, fortioribuſque vinculis arma noſtra coniungamus ita, vt iam nunc mutuis declarationibus

nis, vt prius, quae Pacificator Gallus adferret, cognoſcerent. Is aliis atque aliis rationibus tandem expugnatos, ab ſe, Suecos eſſe adſerebat, ac, reſuſcitato pacis negotio, facile poſſe adduci, potiora vt deſideriis Polonorum, praecipue ſuper titulo Sueciae Regio, atque militum deductione, adnuerent. His et talibus explicatis, Sobothi Suecos conuenit. Sed quae cum iis acta, in DIARIO SVECICO ad h. d. ſatis enarrata ſunt. Hoc loco praeſtat, ſecundum Auctorem Anonymum, digna memoratu de Conſilio Regio repetere. In eo, primum laudata conſtantia Legatorum, placuit, negotium pacis nuper diſſectum, die craſtini, reſtaurare: 2) Cum Foederatis colloqui, et, non coalita pace, quid ſibi ab ipſis exſpectandum ſit, ſententias explorare: 3) Seruandis, in Liuonia, ſacris Romanis Catholicis, exſulibuſque reſtituendis, nihil intentatum omittere: 4) Schlippenbachium, non niſi ſpectata eius opera, ab Rege exaudiendum, aut praemiis, quibus inhiaret, cohoneſtandum eſſe. Promiſſa autem illi deinceps fuiſſe centum florenorum Polonicorum millia, ſatis conſtat. Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. § 79.

** Cuius ſupra a PASTORIO iniecta eſt mentio, p. 57. Ego, qui nihildum de eo compertum habebam, nuper ab Ampliſſimo HANOVIO, Gedanenſium Muſarum ornamento, accepi, quantum ſibi expiſcari datum ſit, mercatorem fuiſſe, illa in Vrbe primarium, eademque familia ortum Chriſtophorum Hendreichium, virum doctiſſimum, cuius Pandectae Brandeburgenſes in manus eruditorum hominum venere: Spemannorum autem (*von der Spey*) gentem, ex qua gener Petri Hendreichii prodierat, longe nobiliſſimam habitam; eam Vrbi dediſſe Senatorem, Iohannem Spemannum, de Republica optime meritum, atque, anno ſeculi ſuperioris quinto et viceſimo, fatis defunctum.

tionibus caueamus nobis, de hoſte communi, iunctim et conſtanter eo vſque proſequendo, donec pacem, commodo et dignitati noſtrae conuenientem, obtineamus.

His auditis D. Baro Liſola ad Dn. Comitem Colouratum, qui domi adhuc aegritudine adtinebatur, conſilii ineundi cauſſa abiit. Inde quum rediiſſet: Nos equidem, inquit, rumpendae pacis minime auctores vel ſuaſores eſſe volumus. Potius vero, ad promouendam illam, quidquid in nobis eſt, conferimus. Interim, quod res eſt, fateri oportet, S. Caeſaream Maieſtatem, Dominum meum Clementiſſimum, ideo potiſſimum arma induiſſe, vt Polonia honoram pacem denique obtineat, ac ne intempeſtiue, et cum incommodo ſuo, arma cogatur deponere. Religionis cauſſam quod Excellentiae Veſtrae adeo curae ac cordi habeant ſibi, rem dignam nomine Catholicorum faciunt: gratum etiam animum hoc modo erga Diuinum Numen exhibent, cuius auxilio praecipue ſalutem Poloniae deberi omnes fatentur. Viciſſim itaque gloriae Dei quam ſtudioſiſſime incumbendum. Ceterum nec Suecorum res eo loco eſſe videntur, vt tractatuum iſtorum abruptio iis conducere poſſit. Multum adtriti hoc bello, et exhauſti, poſtquam Rex inſuper fato conceſſit, animum quodammodo amiſerunt. Neque Gallia, ipſorum cauſſa, rem ſuam nouis difficultatibus implicabit, vel periculo obiiciet. Magis itaque in ſpeciem, quam ex vero, ſe duros ac difficiles Sueci nunc praebent, vt noſtros explorent animos, et tentent conſtantiam: ſimul et veſtigant, numquid hoc pacto

* Verum haec, ſuper ſancienda pace, verba magnifica, ac ferme ſeſquipedalia, Liſolam quidem, refert Auctor Anonymus Diarii, Polonice perſcripti, ad h. d. ore promta habuiſſe; longe alia conſilia, quam quorum induiſſet ſimulationem, pectore clauſa tenuiſſe. Nec tamen eum, licet ſui celandi egregium artificem,

pacto extorquere nobis possint? Quod si autem serio rem agunt, et in eiusmodi duritie perseuerare volunt: nostrum quoque erit, alios contumacibus cuneos admouere. Sacra vtique Caesarea Maiestas, vti et Serenissimus Elector, secundum pacta cum Polonia inita, omnes vires suas eo conuertent, vt bello, quam acerrime continuato, pacem bonam Poloniae concilient. Pacem vtique nullam inibunt, donec huius desideriis et necessitatibus quam plenissime fuerit satisfactum. Ceterum de specialibus belli continuandi modis ac rationibus separatim postea, vbi res iusserit, agemus. Interim hoc sciant Excellentiae Vestrae, dum hic tractatur, alibi arma Caesaris non feriari, nec feriatura. Eamdem, in bono communi promouendo, et alacritatem et constantiam a Polonia pariter sibi Sacra Caesarea Maiestas promittit. * Electorales similiter, nomine Domini sui, debitam Poloniae auxiliandi promtitudinem offerebant: sufficientem insuper manum, ad recuperanda, quae in Prussia restent, loca promittentes: a Polonis nihil requiri, quam vt modicas copias equestres exercitui Electorali iungant. ** Principem Electorem, etiam absente Electore, ex voto S. Regiae Maiestatis et Reipublicae Polonae, cuius iussibus ille pariturus sit, quidquid reliquum est belli, confecturum.

Magnus Regni Cancellarius vt Caesareae, ita Electorali Legationi pro tam beneuola declaratione gratias agebat, vtramque iuxta de constantissimo Regis et Reipublicae Polonae adfectu, et sincero erga communem caussam studio, securam esse iubens.

 Viciffim,

artificem, sic potuisse ista, veluti intra septa, cohibere, quin erumperent, atque indicia sui haud obscura praeberent. Quippe facile esse intellectum perspectumque, Foederatis bellum et arma potiora, quam pacem, videri.

** Ductu Boguslai Radziuilii, rerum Prussicarum scientissimi.

Viciſſim, inquit, S. Regia Maieſtas et Reſpublica Polona nihil vel faciet, vel inibit, quin ſimul dignitati, commodo et ſecuritati ſuorum Foederatorum ſufficienter proſpectura ſit. Cancellarius Lithuaniae: Res Danicae aliquas dubitationes nobis iniiciunt. Scimus illi Regi S. Caeſaream Maieſtatem, et Suam Serenitatem Electoralem, arcto foedere innexas eſſe. Sed quid, ſi Danus cum Suecis, prout ea in re ſtrenue laboratur a Mediatoribus, * pacem ineant? An arma Caeſarea et Electoralia, poſt pacem illam initam, aduerſum Suecos ceſſabunt? An Pomeraniam deſerent? Merito de hac re informari petimus, vt ſciamus, quam ſolidis fundamentis ſuperſtruamus conſilia noſtra. Dnus Baro Liſola: Nos non Daniae tantum, ſed et Poloniae cauſſa, Pomeraniam ingreſſi ſumus: idque adnuente etiam ipſo Collegio Electorali. ** Talis enim

* Et iam tum coiſſe pacem, rumor inceſſerat. Conf. DIARIVM DANIC. ad d. XXIII Martii, ſt. v. Sed vero illa, id temporis, adhuc inuoluta erat multis grauibuſque difficultatibus: quas PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VII. §. 23 ſq. late perſequitur.

** Super expeditione ea diu multumque, teſte PVFENDORFIO Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §§. 17 ſqq. conſultatum diſceptatumque fuerat: id quod hic ediſſerere nihil adtinet. Conf. THEATR. EVROP. T. VIII. p. 1143 ſq. item LONDORPII Acta Publ. T. VIII. pag. 626 ſq. Atque illa profecto quam ſalutaris, et quanto commodo Reipublicae Polonae eſſet ſuſcepta, Caeſarei Legati in Reſponſo, ad Puncta, nomine S. R. Maieſt. Poloniae, ratione Pomeranicae expeditionis, ipſis propoſita, iam olim ſatis explanauerant. Quod needum editum quum beneficio Illuſtriſſimi atque Reuerendiſſimi Domini, IOSEPHI ANDR. ZALVSCII, Kiouienſis Praeſulis, litterarum Maecenatis optimi, mecum communicatum ſit, operae videtur, inde ea, quae ad rem praeſentem ſpectant, expromere. — „Licet S. C. M. vi pactorum Polonicorum „ad nihil aliud teneretur, quam intra „ipſos Regni Poloniae fines, certo militum numero, ſuppetias ferre: tamen ad „inſtantiſſimas Sereniſſimi Regis preces, „ac varias miſſiones, cum in eo ſalutem „Poloniae verſari affirmaret, vt in hoſticum bellum transferretur, eo ſe adduci „paſſa eſt, vt ad eius inſtantiam foedus, „pro coniunctione armorum, et progreſſu in hoſtiles ditiones, cum Sereniſſimo „Electore Brandeburgico ſanciret.— In his „autem pactis expreſſe conuentum fuit, „vt, quandoquidem Rex Sueciae contra „ius Induciarum, et Pacem Oſnabrugenſem, bellum Poloniae intulerit, eiuſque „infeſta

enim declaratio facta: „Si Suecus, ex Pomerania, Imperatorem „aut Poloniam oppugnet, licitum fore Imperatori, in Pomerania „etiam, persequi hostem suum.„ Sed neque in Dania res adeo adhuc ad pacem vergunt. Electorales: Immo scribit ad nos Serenissimus Elector, Regem Daniae se, et Senatores suos, iuramento obligasse, non pacturos se cum Suecis, sine Foederatis suis. Quidquid sit, Serenissimus Imperator et Elector non committent vmquam, vt pacem ineant sine Polonia. Cui adeo bene consultum volunt, vt, eius caussa, etiam Pomeraniam Suecis reddere parati sint. Moneatur Dnus Mediator, vt scribat ad Cardinalem Mazarinum, per Imperatorem et Electorem non stare, quo minus Pomeraniam recipiant Sueci, modo aequis conditionibus cum Polonia

„infesta molimina et apparatus abunde „pateant, contra ipsum tam Aug. Imperatoris, quam S. R. Maiestatis, nec non „Serenissimi Elect. Brandeburgici, (verba „sunt foederis,) copiae coniungerentur, „et in Regem Sueciae, vbicunque locorum belli ratio, et pacis reducendae „consilia requirent, educerentur. — Etsi „tamen S. C. Maiestatis, vigore huius conuentionis, iustum et instructissimum „exercitum in Holsatiam destinauit, qui ibidem contra communem hostem militat: „nihilominus cum saepius et nouissime „quidem, in colloquio Thoruniensi, tam „publice quam priuatim ex parte Poloniae expositum fuerit, nihil vmquam effectum iri, nisi Pomerania inuaderetur; „distrahendas in pluribus locis hostis vires; lacessendum domi hostem, vt, belli „incommoda expertus, ad pacis cogitationes facilius se conuertat: quin et increpari non obscure videretur Pars Caesarea, „quasi metu Imperii hanc expeditionem „detrectaret, et communem caussam mollius, quam par est, sustineret, ac denique, nisi id fieret, qualemcunque pacem, „etiam intutam ac indecoram, Polonis „emendam fore. Quae cum ad S. C. M. „notitiam emanassent, cum nihil magis „ipsi in votis sit, quam S. M. ac Poloniae „desideriis et solatiis cooperari, ac susceptam semel Inclyti huius Regni defensionem, et pacis instaurationem, viis „omnibus, quae ratio belli dictabit, vrgere et perficere, — ex protuberantia affectus, nouum exercitum, praeter eos, „qui iam in Polonia et Holsatia militant, „tormentario apparatu, propriis sumtibus „instructum in hostiles ditiones immittere deliberauit, nulla defensionis propria „causa, nulla augendae dominationis auiditate, nullos a Polonis sumtus exigens, „nihilque, quoad hoc, a Polonia praetendens, quam vt sibimet ipsi deesse nolit.„ Verum haec in praesenti suffecerint. Tabulae foederis Berolinensis, cuius in iis mentio fit, leguntur in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. pag. 229. Enimuero Octouirum

lonia velint pacifci. Adeoque moram pacis minime aliis hactenus, quam Suecis, imputandum. Haec acta funt ante prandium.

Poft prandium, Oliuam denuo itum eft. Vbi confidentibus Legatis Polonicis et Electoralibus, * Mediator mitiores aliquanto, quas ferebat a Suecis, propofitiones expofuit. ** Nimirum confentire illos in filentium, de fatisfactione pecuniaria; item in titulum, ad dies vitae. Sed hac lege, vti viciffim Poloni de religionis Catholicae exercitio in Liuonia fileant, et ea in re ftetur pactis Stumdorfianis. Secundo, vt fileant de reftitutione exfulum Liuoniae. Tertio, vt vrbium Prufficarum priuilegia, terminis generalibus expreffa, maneant in Articulo, de amneftia. Quoad Elbingam, promittere Legatos Suecicos, fe fcripto priuato declarationem daturos, de non impedienda traditione Elbingae, in manus Electoris, fecundum pacta inter Poloniam et Electorem. Viciffim tamen eos reftitutionem praefidii Brodnicenfis, tum etiam liberum egreffum galeotarum fuorum, poftulare ab Electoralibus. *** Magnus Cancellarius, gratiis Mediatori pro labore,

Octouirûm Imperii declaratio nondum nobis aliunde comprobata eft. Ceterum eos haud diffenfiffe, fatis conftat. Vid. PVFENDORFIVS loc. comm. §. 18.

* Antequam comparuiffent omnes, cum Pacio et Reio, qui primi aderant, Gallum Oratorem memorat Auctor Anonymus Diarii ad h. d. effe colloquutum, fuper tempore pacis perficiendae, perfectaeque confirmatione, quam, non exfpectata Comitiorum auctoritate, Rex Suecis adnuere deberet. Ac Polonis quidem rebus expediendis proximum diem Martis illico praeftitutum: quod ad confirmationem, promiffum a Polonis effe, vt Pacificatori tabulae Regiae, quas ipfe apud fe adufque Comitia retineret, traderentur. Qua de re is etiam cum Suecis egit. Vid. DIARIVM SVECIC. ad e. d.

** De iis actitatum inter Gallum et Suecos fuerat, die fuperiore. Praecipue fuper titulo Sueciae Regio, ad fata extrema concedendo Regi Poloniae, grauis difceptatio: quae tandem, vt in DIARIO SVECICO proditur, fic eft diremta: *Scilicet, quia cauendum effet, ne infringatur renunciationis Articulus, per referuationem illam, dum per expreffum Regi Poloniae*

bore, quem promouendis et ſolidandis Tractatibus impendat, actis, ad res propoſitas ita porro reſpondit: Res, in quas Sueci tandem iam conſentiunt, numquam negari debuerunt, vtpote aequiſſimae. Quod ad Elbingam adtinet, cuius tantam curam gerunt Sueci, eius et nos rationem condignam habituri ſumus. Neque eſt, cur ea vrbs in manus Sereniſſimi Electoris tradi adeo metuat. Iſta enim poſſeſſio non eſt, niſi temporaria. Soluta pecuniae ſumma, redibit ciuitas ad dominium Poloniae. Permittitur nunc magiſtratui Elbingenſi venire huc, et agere res ſuas. Dabimus illi ſaluos conductus. **** Reſpiciant Elbingenſes ciuitates reliquas Pruſſiae, Thorunium, Grudentum. Nulli earum imminuta ſunt iura. Quod ad praeſidium Brodnicenſe adtinet, eam rem vt cum Electoralibus complanemus, operam dabimus. Neque, vt ſpero, erit magna hic difficultas. Maxime omnium religio nos habet ſollicitos, cuius patrocinium, in Regno noſtro, Suecos ſuſcipere nolumus. Neque committendum nobis eſt, vt ciues noſtri, qui a nobis in religione diſſentiunt, alio quam ad Regem,

et

loniae ſaepe memoratus titulus reſeruaretur, demum declarari, quod conniuendo, per tacitum conſenſum, cum S. R. Maieſtati Poloniae relinquimus, vt Eadem illo gaudeat, ſicut Stumſdorfii conuentum ſit, in Regno Poloniae, et ad ſuos, vt et ad Reges, Status et Principes exteros, ſed nulla ratione aduerſus S. R. M. Sueciae, Regnique Sueciae Status, Miniſtros ac ſubditos, intra vel extra Sueciam: vtpote retentis, vt hactenus, alteri ad alterum tribus etcaeterationibus: ſub expreſſa tamen cautela, vt id fiat ſine renunciationis praeiudicio. Iam vero, die inſequente, talis ac tanta res ab Legatis Suecis velut ſub incudem reuocata eſt, quaeſitumque in primis de etceterationibus. — Inter haec dubitatio orta, ſuper titulo Pomerano *Principis Vandalorum*: qui *Vendorum*, ſiue *Venedorum*, ex vero ſit dicendus. De *Verda* etiam, aut *Ferda*, quis crederet? tot inter ac tanta negotia, tamquam ad pulpita Grammaticorum diſceptatum. Vid. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

*** Conſ. DIARIVM SVECIC. l. c.

**** Quos, vt ſit, ſequeſter pacis in colloquio, cum Suecis, velut iam datos commemorat. Sed enim ab Elbingenſibus, demum poſt aliquod tempus, miſſi ſunt, qui rerum harum ſatagerent. Tales et in Stumdorſiano conuentu adſuiſſe, ſatis ex OGERIO comperi.

et leges publicas, respiciant. Rogamus, vt Dni Legati Suecici a protectione Dissidentium, seu Acatholicorum, abstineant. Ea res enim, vt in posterum noua mala creare, sic nunc quoque magnas animorum acerbitates, longasque contentiones, posset accendere. In permittendo vero Catholicae religionis exercitio, in Liuonia, ne se praebeant difficiles. Conscientia nos obligat, vt id vrgeamus. Pateat vero Orbi Christiano, interpositione Christianissimi Regis hanc pacem fieri, qui Catholicae religioni minime vllum vult fieri praeiudicium. Quod si vero in publicum exercitium consentire nolunt, saltem priuatum concedant. Porro etiam exsules Liuoniae derelictui a nobis haberi non debent. Fides et constantia eorum, quam Regi et Reipublicae probarunt, aliud requirit. Sueci clientes suos, et qui partes Suecicas sequuti sunt, non deserunt, sed caussam eorum acriter agunt. Cur nos, ea in re, palmam illis concedamus? Si bona illis omnia, sine magna rerum confusione, vt aiunt, reddi non possunt: saltem sextantem, aut aliquam summam, post triennium, aut circiter, dandam concedant. Mediator respondebat: Vellem, me apud Suecos maiorem, erga religionem meam, experiri fauorem. Sed illi omne eius exercitium dicunt legibus Sueciae aduersari. Nec ea in re ipsum etiam Comitem *d'Avaux* quidquam efficere potuisse, in tractatibus Stumdorfianis. * Interim pacem, etiam cum hoc incommodo, suscipi malim, quam continuari bellum, in quo omnis religio perit. Bona Liuoniae omnia, inter Magnates, distributa sunt: quibus ea iam

* De quo latius exposui infra, Obseru. XVII.

** Perscripta est Nicopiae, die VIII Octobris An. MDCLIX. et in DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 6-15. euulgata. In his autem secretioribus mandatis

iam adimere arduum ſit. De Elbinga putant melius tranſigi non poſſe, quam ſcripto priuato. Sic honori ſuo vtcumque conſultum iri arbitrantur. Et vt tanto maior ſecuritas tranſactioni adſit, promittunt efficere, vt ſcriptum iſtud priuatum non minus, quam inſtrumentum publicum, ratihabitione legitima confirmetur. Electorales priuato, de Elbinga, ſcripto vſque acriter contradicebant, altius aliquid hac in re occultari ſuſpicantes. Nimirum, Suecos foederum Electoralium cum Polonia, in his pactis, vllam fieri mentionem nolle, et, ne id faciant, prohibitos eſſe inſtructione, quae, aliquando intercepta, venit ad manus Electorales. [o] Inde colligi poſſe, quid in ſinu foueant.

Noſtri iam Electorales omni ſtudio adducere conabantur, vt in tale ſcriptum priuatum conſentirent. Nihil eſt, inquiebant, quod metuant. Tradetur bona fide ciuitas illa in manus Sereniſſimi Electoris, ſecundum pacta noſtra, cum illo inita. Theſaurarius Curiae: Videntur Sueci, tali ſcripto priuato, non modo honori ſuo conſulere velle, ſed et ſecuritati praeſidii ſui, quod habent Elbingae. Verentur enim forſitan, ne ciues, nouo dominio ſe a Suecis tradi indignantes, inſurgant in praeſidiarios. Demus hoc, quod petunt, timori illorum: quum Sereniſſimus Elector nihil habeat, quod vereatur, pactorum ſuorum, quae nobiſcum habet, fundo innixus. Electorales: Nos conſpicati Dnos Polonos, hac in materia, adeo firmiter cauſſam noſtram tueri, ſcripſimus ea de re, ad Sereniſſimum Electorem, qui ſtudium noſtrum, et ſuffragationem Polonicam,

datis Art. 39. 62 ſqq. id negotii, inter alia, Legatis concreditum, vt Elbingam ciuitatem ipſi Regi Sueciae ſeruarent; ſin hoc non procederet, redderent Regi Poloniae, priſtinis honoribus reſtitutam; Electori quidem Brand. nequaquam concederent.

cam, vehementer probans, iuſſit, vt et ipſi in propoſito firmi ſtemus, et in eodem Legationem Polonicam omni conatu conſeruare nitamur. Multa incommoda nobis ante oculos ſunt, quae oboriri poſſunt. Fortaſſis enim, vt alia nunc omittantur, Elbingenſes, praeſidio Suecico excedente, Electorale nolent recipere. Noſtri: Praeſidium Suecicum non excedet, niſi poſt ratificationem factam. An poſt ratificationem audebit Elbinga reluctari huic paci? Deinde, nonne in Pomerania interim Sereniſſimus Elector retinebit ex locis occupatis aliqua, donec ratificatio facta, et Elbinga fuerit tradita?

Dum abſente Mediatore noſtri, cum Electoralibus, ad eum modum decertarent, ille interim cum Suecis agebat ſuper difficultatibus, ſub incude verſantibus. * Rediens inde Mediator: Gratum, inquit, Suecis eſt promiſſum reddendi praeſidii Brodnicenſis, et dimittendarum liburnicarum, ſeu dromadum, vulgo galeotarum. Optant iam, vt promiſſo effectus quam celerrime ſuccedat. Reſponſum, nihil fore in his difficultatis. De religionis, in Liuonia, exercitio multum a ſe cum Suecica Legatione actum, memorabat idem Mediator. Promiſerunt in gratiam Chriſtianiſſimi Regis id facere, quod in tractatu Stumdorſiano promiſſum fuit Legato Gallico, vbi *deuotionis Catholicae* expreſſa ſit mentio. ** Promiſerunt itidem, in ea, quae circa religionem fient, intra annum non inquiſitum iri. Circa exſules maior difficultas. A quo enim illi compenſatio-

* De ſacris in Liuonia, ac reſtituendis exſulibus; de Elbinga; de vectigalibus, in Duna et Bulderauia fluuiis. Conſ. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

** Non in ipſis duntaxat pacti tabulis, prout alibi luculentius oſtendi: ſed tantum in Actorum deſcriptione. Igitur Poloni talem formulam nunc quidem legibus pacis includi vehementer abnuebant: ne liberiore manu plura Suecis, quam in pactis

penſationem accipient? An a primo, an ab vltimo poſſeſſore, quum toties iam iſtic bonorum illorum mutatum ſit dominium? Quoniam Sueci iam ſatisfactionem pecuniariam non requirunt, ſatisfaciat exſulibus iſtis Polonia, bonis aliquibus Reipublicae. Noſtri: Sueci adeo feruide cauſſam agunt eorum, qui in nos perfidi fuerunt: nos vero inducere volunt, vt homines nobis fidos deſeramus. Sed, age, differatur adhuc iſte Articulus. Mediator: Ratione Elbingae dicunt Sueci, ſe plus offerre iam non poſſe, quam obtulerint. Electorales: Ponatur talis formula: „Elbinga, „iuxta pacta Sereniſſimi Regis Poloniae et Electoris, conſeruabi-„tur in ſuis iuribus et priuilegiis.„ Mediator: Sueci nolunt foederum, contra ſe initorum, in huius tractatus Articulis fieri mentionem. Noſtri, de religione, talem conceperunt Articulum: * *Omnes Catholicae, in Liuonia, religionis homines omni libertate religionis deuotioniſque Catholicae gaudebunt; et, ſiqui cultu ac ritu Catholico vſi fuerint, in eos non inquiretur a quopiam.* Si in hanc formulam conſentiet Legatio Suecica: nihil difficultatis amplius, circa exſules, mouebimus. Electorales abeunti Mediatori cauſſam Elbingenſium commendabant; intereſſe etiam Regis Sueciae, iam pueri, vt amicum habeat Electorem. Huius itaque aequis deſideriis non eſſe repugnandum.

Die III. — Legatus Mediator retulit, Suecicam Legationem in formulam, heri a noſtris miſſam, non cenſentire: ſed concepiſſe

 aliam,

pactis ſuperioribus, data viderentur. Ceterum adtoniti iſta Suecorum pertinacia, ſecum conſtituebant, religionis Romanae Catholicae in Liuonia cultum publicum ac ſollemnem, quocumque etiam inſano pretio, redimere; veluti ceſſione tituli Regii Sueciae, dereliCtione exſulum.

* Quem Auctor Anonymus Diarii, ad h. d. memorat, ab ſemet ipſo perſcriptum.

aliam, quae talis erat: *Quod ad religionem Catholicam, in Liuonia Suecicae poſſeſſionis, adtinet, maneat in illo ſtatu, quo fuit, viguitque toto tempore priorum induciarum, nec libertati conſcientiarum vis inferatur, vel inquiſitio fiat ob eamdem religionem in aliquem, ſi pacate, et ſine ſcandalo publico, vixerit.* Noſtri formula hac non contenti, dixerunt, religionem in conſcientiae ſecretum ea formula includi, quia excludat exercitium religionis Catholicae, adeoque vim illi fieri; vim etiam conſcientiae Sereniſſimi Regis ſui, qui vel titulo Regni Sueciae, in dies vitae conceſſo, cedere paratus ſit, dummodo publicum Catholicae religionis exercitium, in Liuonia, obtinere poſſit. Scripta itaque alia formula eſt, * et miſſa ad Suecos per Mediatorem. Interea noſtri Electorales iterum vrſerunt, ne circa Elbingam moueant amplius difficultatem, ſed ſcripto priuato contenti ſint. Electorales regerebant, pati ſe non poſſe, vt pactis Electoralibus, cum Polonia initis, vis inferatur: id quod occulte moliantur Sueci. Interim redibat Mediator, referens, Suecos in formula mentionem pactorum Stumdorſianorum omitti nolle. Vltima illa verba, *Si pacate et ſine publico ſcandalo vixerint,* expungi quidem permittere: ceterum tamen nullis conuentibus vel conuenticulis, religionis Catholicae cauſſa factis, velle

* Ea neque ab Auctore Anonymo, neque in DIARIO SVECICO, edita eſt. In hoc quidem Legatus Gallus traditur adtuliſſe *ſchedulam religionis reformatam, ſed verbis priori magis praeiudicioſis ac nociuis conceptam.*

** Neque illae his, quae manibus verſamus, Diariis incluſae ſunt. Gallus Paciſicator autem laudare eas, verbis ampliſſimis, atque iterum iterumque Suecis commendare. Inter haec eum commoraſſe reperio *Protocollum Stumdorſienſe typis impreſſum,* ſecundum quod formulae eſſent litteris conſignatae: Suecos autem iſtud ſuſpectae fidei arguiſſe. Vid. DIARIVM SVECIC. ad h. d. Equidem haud dubitauerim, *Protocolli Stumdorſienſis* nomine indigitari CAR. OGERII laudatas Ephemerides, in iiſque ſigillatim *Iter Polonicum*; quo, pari induſtria elegantiaque, totum illud pactionis Stumdorſianae negotium perſcriptum eſt. Atque

velle ſubſcribere. Noſtri: Si conuentus omnes prohibent, prohibent etiam excercitium. Sine hoc autem, quid, aut qualis erit libertas? quam tamen dare videntur, ſed mere in ſpeciem tantum.

Mediator iterum abiit ad Legationem Suecicam, aliquid adhuc pro religione conaturus. Reuerſus dixit, inſiſtere Suecos formulae vltimae. In apertum exercitium ſe conſentire non poſſe, neque in conuenticula, religionis cauſſa, habita. Grauem cenſuram a ſuis ſibi exſpectandam, ſi in talia conſentiant. Interim in hoc ipſo Articulo religionis, plus re ipſa Catholicis, in Liuonia, indultum iri, quam hic promittatur. Priuatas vtique actiones minime vlli inquiſitioni fore obnoxias. Tandem Mediator ipſe formulam proponebat: *Quod ad religionem Catholicam, eiuſque exercitium, in Liuonia Suecicae poſſeſſionis, adtinet, nulla inquiſitio in quempiam, nec libertati conſcientiarum vis vlla inferetur.* Noſtri loco, *conſcientiarum*, poni volebant, *deuotionis.* Miſſae ſimul duae aliae formulae, non multum diuerſae: ** ſed eas omnes repudiarunt Sueci: poſtulata enim eiuſmodi inſtructioni ſuae aduerſari, et vel a ſe conceſſa, tamen a Comitiis Suecicis reiectum iri: atque adeo ſine ratificatione nulla fore.***

 Die

** Atque in hoc, de formula, *Religionis deuotioniſque Catholicae*, vid. p. 370. Praeterea eiuſdem pactionis narratio exſtat, ab FOVLERO, qui Georgio Duglaſſo, Legato Britanno, ab epiſtolis fuit, ſermone patrio concinnata, nigro cygno rarior, ideoque noſtris ſcriptoribus prorſus ignota. Igitur titulum quidem lubet adſcribere: Hiſtory of the troubles of Suethland and Poland. — Relation of the treaty of pacification, between Poland and Suethen, concluded at Stumbsdorf, in 1635. — Brief commemoration of the life and death of Sir George Duglas, Knight, Lord Ambaſſador extraordinary from England, (Lond. 1656. f.) Ceterum Acta ipſa, ex tabulariis, necdum in lucem prolata ſunt: vt proferantur, nos certe, cum peritis rerum harum aeſtimatoribus, vehementer optamus.

*** Conf. DIARIVM SVECIC. loc. comm.

Die IV — Adlatum eſt Extractum, ex Hiſtoria Leonis ab Hiſſema (*Aitzema*) ſub annis MDCXXXV. et ſequ. vſque ad MDCXXXX. Parte IV. fol. 17. et deinde fol. 185. In poſteriore loco, adteſtabatur Mediator illius tractatus Dn. Suecos promiſiſſe, homines Catholicos in Liuonia, toto induciarum tempore, libertate conſcientiarum, religionis, deuotioniſque gauiſuros, nullamque in eos inquiſitionem, vel animaduerſionem, eo nomine futuram. Subſcripta fuit haec adteſtatio a Legatis, Anglico, et Ordinum Foederatorum.

His perlectis, abiit Mediator Legatus ad Legatos Suecicos, qui hac die tardiuſcule aduenere. [**] Ab illis rediens, de Duce Curlandiae iterum retulit, paratos eſſe Suecos, (id quod hactenus, propter nouas ſubinde ortas controuerſias, dilatum ſit,) mittere litteras per tubicinem, quibus mandabitur, vt Dux ille Rigam deducatur. Ex praeſidiariis Brodnicenſibus, iuſſu Regis Poloniae, per Iohannem Doenhofium, praefectum Stargardenſem, primipilares et centuriones ad Suecos adducti erant. Sed hos Suecica Legatio recipere noluit, totum praeſidium libertati reſtitui, et ad ſe remitti deſiderans, et datae fidei Poloniam admonens. Reſponſum eſt, promiſſum eſſe illi praeſidio liberum ad ſuos reditum. Sed ductorem eius praeſidii non ſatisfeciſſe conditionibus. Aliam enim viam, quam quae praeſcripta ei fuerit, ingreſſum. In Ducalis

Pruſſiae

* Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

** Ea ab Guldenclauio perſcripta, et ex pluribus huiuſcemodi aliis, quarum exempla in DIARIO SVECICO ad h. d. legi poſſunt, delecta eſt, quae, ab Regni Theſaurario paullulum retractata, Polonis exhiberetur. Ita vero *Sueci*, inquit PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VII. §. 10. *quamquam aegre huc deſcenderent: tamen, quum dexteritate Gubernatoris et Conſiſtorii iſta eludi poſſent, ac Caeſarei et Electorales inprimis hunc Articulum captarent, ad quem negotium allideretur, Sueci non amplius reniti poterant, quo minus conſentirent, vt Catholicis ſubditis*

et

Prussiae terris, non in Regiis, captos esse illos praesidiarios, et captos esse tum, quum in templorum ac subditorum Electoralium spoliationibus deprehenderentur.

Postea ad formulam, de religione Catholica, in Liuonia, conseruanda, denuo accessum est. Aliam enim alia erat a Suecis ita sonans: ** *Quoad religionem Catholicam placuit, ut subditi et incolae, in Liuonia, illi addicti tolerentur, et conscientia libera domi deuotioni suae, sine inquisitione vel animaduersione, priuatim vacent.* Nostris inter alia verbum, *tolerentur*, displicebat: quia precariam quodammodo libertatem sapere videretur. — Mediator: Ea religio tolerari dicitur, quae primariae et dominanti contraria est. Tandem, paucissimis leuiter mutatis verbis, animi ad acceptandam hanc formulam inclinare videbantur. Magnus vero Regni Cancellarius aduersus totum hunc Articulum religionis, in Liuonia, protestabatur, *** eo quod Episcopali munere suo obligatus sit, ad tuenda religionis iura, bona item et reditus Ecclesiae. Faciant, inquit, reliqui Dni Legati, collegae mei, quod ipsis hac in re visum fuerit: me protestante, id faciunt. Referendarius Regni formulam, de religione, adhuc talem concepit: *Quod ad religionem Catholicam, eiusque exercitium, in Liuonia Suecicae possessionis, attinet, omnes incolae Liuoniae subditique, illi religioni addicti, omni securitate gaudeant, ac conscientia libera, religione, deuotioneque sua,*

et incolis Liuoniae, si qui sint, libertas conscientiae cum priuato religionis exercitio, intra priuatos parietes, sine inquisitione aut animaduersione, permissa sit; non autem aduenis, ut Poloni cupiebant. — Sueci autem, vocabulo subditorum et incolarum, satis sibi cauisse visi sunt, quod illi Catholici, qui subditi non sint, nulla quoque religionis libertate frui debeant: ac per Gubernatores prohiberi queat, ne qui Catholici deinde irrepant, negata facultate praedia aut domos emendi.

*** Vid. Protestatio supremi Cancellarii Poloniae, et ad tractatum Oliuensem Legati, circa conclusionem Pacis de Liuonia, ratione Ecclesiarum Ro. Cath. religionis, — ex Autographo edita in DOGIELIS Cod. Pol. Dipl. T. V. No. 255.

sua, domi sine inquisitione ac animaduersione, priuatim vtantur. Simul et Suecicam, ad huuc modum, reformatam tradiderunt: *Quoad religionem Catholicam, conuentum est, vt subditi et omnes incolae, illam in Liuonia profitentes, securi maneant, et conscientia libera domi, religione deuotioneque sua, sine inquisitione vel animaduersione, priuatim vtantur.* Mediator quum a Suecis, quibus has formulas ostenderat, rediret: Conueniemus, inquit, circa hunc de religione Articulum, modo de exsulibus Liuoniae Legatio Polonica nihil amplius moueat. Referendarius, capta occasione, Dni Baronis Guldensternii, * Castellani Gedanensis, caussam agebat. Sed ea res, in aliud tempus, dilata est.

Die v. – Legatus Mediator nomine Suecorum proposuit, ** vt duo isti Articuli, primus de restitutione exsulum, et secundus de Elbinga, reseruentur ad finem tractatuum. Deinde, vt Articuli, de quibus conuentum sit, in iustam formam redigantur. Magnus Cancellarius Regni: Concipiantur breuibus verbis isti Articuli; postea in

* Cuius auita bona, in Hallandia, Sueci iam olim, quum Sigismundi III. Regis partes esset sequutus, fisco adiudicauerant. Erat autem Sigismundus L. B. Guldensternius *origine Suecus*, vt OGERIVS p. 328. ait, *incolatu Polonus*: Castellanus Gedanensis, Regiae Oeconomiae Mariaeburgensis Administrator, Praefectus Stumensis. Lutheranis in Colloquio, quod vocant, Caritatiuo Thorunii praesedit, auspiciis Regiis, atque ab Georgio Offolinscio, Magno Regni Cancellario, viro summo et eloquentissimo, aliquando vna cum Iohanne et Boguslao Comitibus Lesciniis enixe est commendatus, qui, de pace componenda, ad Suecos mitteretur. Vid. PASTORII Hist. Poloniae Plen. P. I. p. 269. Vir eximius, multis magnisque virtutibus praelustris. Celebratus est ab CONR. THAMNITIO: item saepius a PASTORIO, praesertim in libro eo, cui, ex ipsius vocabulo, nomen fecit *Stella Aurea*. Inde quaedam depromsi infra, Obseru. XVIII.

** Ipsis Suecis in eo conuentu, proposuerat pertractanda capita quaedam, quae ad Liuoniam spectarent: 1) De Comitum Donatiorum satisfactione: 2) de pharo Piltensi: 3) de commerciis: 4) de depositis: 5) de debitis: 6) de subditis fugitiuis. Sed vero horum nihil nunc expeditum. Actum est praecipue super capitibus iis de quibus conuentum fit, in formam redigendis. Eorum titulos ac velut

ea in iustam et sollemnem formam poterunt dilatari. Praelecti itaque sunt Articuli aliquot: 1) De religione in Liuonia: 2) De Duce Curlandiae: 3) Euacuatio Mariaeburgi: 4) Restitutio Koenigsmarkii: 5) Cessio Liuoniae: 6) Cessio iuris in regnum Sueciae: 7) De exulibus Liuoniae, vt sileatur a Polonis: 8) Vicissim vt a Suecis sileatur, de satisfactione pecuniaria. Hos Articulos Mediator detulit ad Legationem Suecicam.

Die VI. — Mediator nomine Suecorum suadebat, vt vnus ex vtriusque partis Legatis, ad concipiendos formandosque Articulos, designaretur. * De eo quum non statim inter partes conueniret, agi iterum coepit de titulo Regni Sueciae: quo vt Serenissimus Rex noster, quam diu superstes fuerit, ad alios Principes vtatur, consentire Suecos dixit Mediator; sed, ad Suecos scribens, eo vt abstineat, velle. Nostri consulendum super ea re Regem suum responderunt. Circa dimissionem deinde Ducis Curlandiae, consentiebant Sueci, in concepta sua formula, ** vt is Rigam deducatur, simul

lut fastigia, PASTORIVS indicauit: enarratio autem diligentior inest DIARIO SVECICO ad h. d. Sigillatim de Duce Curlandiae conf. DIARIVM CVRON. ad e. d.

* Immo Sueci capita ea, quae, a Polonis in scripturam relata, Mediator superiore die ipsis adtulerat, ei iam aliquantum retractata reddiderant, nunc vt iisdem referret, pacis legibus includenda. De quo vid. DIARIVM SVECICVM ad h. d. Ac primum quidem titulo et insignibus Succiae Regiis vt Rex Poloniae *in litteris, ad Regem Sueciae scribendis, aliisue diplomatibus ac scriptis, quae Regnum Sueciae, eiusque ministros ac subditos concernunt*, abstineret, id omnino Polonos Oratores abnuisse, ex eodem DIARIO comperi. Pacificatorem sane traditum est ita diserte dixisse: *Titulo, etiam quoad Sueciam, Regem Poloniae vti velle.* Inter haec disceptatum etiam super ipsa formula renunciationis: in qua ferre Poloni illud, *iure praetenso*, haudquaquam possent. Quam controuersiam, iterum atque iterum ventilatam, nec PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Gustaui, Lib. VII. §. 11. tacitus praetermisit. *Super ipsa quoque forma renunciationis*, inquit, *aliquot per dies acriter disputatum, Polonis subinde rupturam minantibus, dum eam his verbis exprimendam contendunt, „iure; iure „praetenso; praetensione; concessione et „translatione iuris in Regem Sueciae.„*

** Vid. in DIARIO SVECIC. l. c.

ſimul atque tubicen Naruam peruenerit. Konigſmarkium autem poſt octiduum, a concluſo tractatu, volebant dimitti. Deinde reuerſales etiam a Duce requirebant, de non vindicando. Vbi circa formulam reuerſalium diſceptatum eſt, Cancellarius Curlandiae petebat, vt ea formula a noſtris, non a Suecis, conciperetur. Tertio, circa Ducis Curlandiae mobilia mouebatur difficultas. Neque enim volebant ſe Sueci obſtringere, ad reddenda ea, quae in ipſius occupationis Mitauienſis impetu eſſent ablata: ſed, vt in Inuentario reperta et obſignata bona Duci reſtituantur, conſentiebant. Quarto, volebant Sueci, vt tractatum pacis Rex Poloniae et Senatores prius ratihaberent, antequam ipſi loca occupata reddant. Noſtri imparitatem obiiciebant: quod Suecica ratihabitio, eodem tempore, eſſet pariter reddenda. Id quod propter locorum diſtantiam non poſſit. Sueci praeterea ratificationem Polonicam in Comitiis faciendam, in formula ſua * poſuerant. Noſtri regerebant, faciendam illam in Conuocatione a Commiſſariis, in id Comitiali auctoritate deſignatis. In Articulo ſatisfactionis addiderant Sueci,

* Vid. Acta Pacific. No. L. §. 58. Verum hoc loco iuuat ea, quae in eamdem ſententiam DIARIVM SVECICVM ad h. d. habet, adiicere: *Legatio Suetica promittit, ſeſeque obligat, ab ipſa ſubſcriptione moderni Tractatus, in manus Dni Mediatoris tradita ratificatione Regis, et Senatorum a Latere aſſecuratione, de ſubſecutura in proximis Comitiis, ſine mora indicendis, Reipublicae ratificatione, mox exceſſurum praeſidium Sueticum Mariaeburgo, reliquiſque locis Pruſſiae* rel. Neque enim Sueci ſecuritati ſuae ſatis proſpectum rebantur, niſi accepta ratihabitione Comitiali: propterea quod in Comitiis poſſent ea omnia reſcindi, quae a Rege et Commiſſariis tranſacta et ſignata eſſent. Quam quidem rationem, olim in Stumdorſiano conuentu vſurpatam, Poloni iam tum contuderant, validis argumentis: Procuratorio Ordinum, exemplis priorum temporum, priſca ſide Polona. *Reſpondebant Poloni*, inquit OGERIVS loc. comm. pag. 351. *iſtud timeri non debere, nec fieri poſſe, vt in diaeta reſcinderetur hic tractatus*, (Stumdorfianus) *et quaecumque a Commiſſariis geſta eſſent, ob eam rationem, quod illorum poteſtas atque auctoritas in ſpeciali lege fundata eſſet, per quam cauebatur, ratum habitum iri a diaeta, quidquid ab illis geſtum et tractatum eſſet. — Alteram rationem*

Sueci, Poloniam auctoritatem et fidem, apud ciuitatem Gedanensem, interposituram, ad impetrandam ibi summam quadraginta mille Imperialium. Nostri a mercatoribus priuatis, citra fidei Polonicae interpositionem, summam istam quaerendam dicebant. Non enim, nisi hoc, promisisse se, quod non impediri velint, potius vero suadendo adducere velint mercatores, vt dent mutuo hanc pecuniam, sub cautione Suecica. Inter haec Legatis oblatus est a Cancellario Curlandiae, Dno Felkersamio, contractus quidam, olim inter Suecos et Curlandiae Ducem initus, de limitibus, quales esse debuerint per inducias sexennales: * his enim finitis, contractus ille quoque debuit cessare. Disceptatio igitur acris iterum fuit, de finibus Liuoniae Suecicae.

Mediator, quum difficultates ad Suecos detulisset, ad aliquas adtulit responsum. ** Bona inuentata et sigillata vt restituantur Duci. In Articulo religionis, in Liuonia, volunt Sueci voculam *Aduenis* omitti. *** Ratificationem Regis Poloniae volunt tradi in manus Mediatoris. Ad Mariaeburgi restitutionem poscunt

 octiduum

tionem ab exemplis petebant Commissarii Poloni: nimirum, in vltimis induciis, quas cum Suecis pepigerant, Suecos illis reddidisse quaedam etiam loca, non exspectata nec petita ratihabitione Comitiorum Poloniae. — Nullam denique, ab omni aeuo, perfidiae notam Polonis obiici posse. Ad extremum tamen Vladislaus Rex Suecis non nihil concesserat. Conf. PVFENDORF. Rer. Suecic. Lib. VII. §. 135. Eo acrius illi nunc quoque talibus desideriis instabant.

* Secundum ea pacta, Tabella siue delineatio limitum Liuoniae, inter Ducem Curlandiae et Suecos, iuxta inducias sexennales, die VII Iunii, An. MDCXXX confecta est, quam DIARIVM SVECICVM memorat. Iam vero Sueci adquiescere se respondebant *limitibus, per pacta Stumdorfiensia, et illarum induciarum tempore possessis: propter iniectas a Cancellario Curlandiae tricas, tractatum non esse retardandum. Esse speciosum nihil, quod postuletur: nihil vtilitatis ipsi Duci accessurum: innumeras vero lites inde orituras in futurum,* rel. Ceterum res curatiori disquisitioni in crastinum seposita.

** Conf. DIARIVM SVECIC. l. c.

*** Conf. PVFENDORF. de rebus Caroli Gustaui, Lib. VII. §. 10. Verba paullo superius exscripsi, p. 214. not. **

octiduum, a subscripto tractatu. Ad Bausci redditionem tres septimanas requirunt. De limitibus responsum in crastinum pollicentur. Pro Patkelo quodam * nostri intercesserant: sed responsum a Suecis, quum is Suecicas partes sequutus sit, non esse, cur opem Polonicam inuocet: reddere ipsum se ita magis suspectum. Titulum Liuoniae Australis non abnuunt Sueci.

Die VII. — Circa examen Articulorum, ** de quibus conuenerat, iterum agi coepit. In Articulo religionis in Liuonia, Sueci adposuerant, *Domi.* *** Quod in nostra formula omissum, et tali modo a Legato Mediatore subsignatum erat. Consensere tamen nostri, vt adponatur vox ista: dummodo in resignatione Regni Suecici permittant Sueci, vt ponatur, *Iuri.* Hoc enim vocabulum omitti voluere Sueci, et ipsi *praetensioni*, vel *iuri praetenso*, substituerant. Nostri consensere denique, vt ponatur vtrumque, *iuri et praetensioni*, vel *praetensionibus;* vel vt ponatur, *Iuri, quod Serenissimo Regi competit, et competere potest.* Sed omnia haec displicuere

* De eo nihil apud rerum harum scriptores. Neque caussam illius expiscari licuit. Si quis est coniecturae locus, patrem fuisse putem Ioh. Reinoldi Patkuli, bello Liuonico, quod cum Carolo XII. Rege Suecorum gestum est, per secunda, per aduersa clari. Certe tali suspicioni, praeter alia, adprime temporis ratio respondet.

** Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d. — Auctor Anonymus, ab quo Acta Diurna Polonice scripta sunt, antequam super eo examine Articulorum exponit, rem refert, in se quidem leuem, sed nec silentio tamen, vel propterea quod eam talis et tantus scriptor commemorat, praeteruehendam. Nimirum, Legatos Polonos in peristilio coenobii Oliuensis, e longinquo, conspexisse Legatos Suecos, atque capite detecto, pro sua elegantia, salutasse: hos enimuero ad eorum adspectum velut obriguisse: e vestigio tamen, per scriptorem epistolarum, verbis honorificis excusasse denegatum tamquam ignotis humanitatis officium. Ea cum excusatione Polonos parem calculum posuisse, professos duntaxat, neque ipsos e tam longo interuallo, quinam essent, satis cognouisse. — Atque haec in memoriam nobis reuocant istas Suecorum Polonorumque, in conficiendis induciis sexennibus, difficiles salutationes, de quibus OGERIVS loc. comm. pag. 224. lepide exponit: item illas, in conuentu Stumdorfensi, p. 268.

*** DIARIVM SVECIC. ad diem praec. — *Articulus de religione, in Liuonia, nudius tertius complanatus iam fuit secundum*

diſplicuere Suecis. De Koenigſmarkio illatum poſtulatum, vt Minda Gedanum iam nunc ſtatim deducatur: ſed id S. Regiae Maieſtatis gratiae committi volebant noſtri. De Mariaeburgo confirmata, quae antehac conſtituta erant. De Liuoniae titulo, Duci Curlandiae antehac vſitato, ſermo fuit: * ſed res definiri iam non potuit.

Die VIII. — Diſceptatum adhuc de reſignatione Regni Sueciae: An ponendum ibi, *iuri*, an *praetenſioni*? Prius recuſabant Sueci, alterum noſtri. Quum parum proficeretur contentionibus, tandem Mediator poſtulabat, vt Articulus iſte differatur ad finem tractatuum: interim de verbis adcommodatis cogitabitur vtrimque. Nihilominus tamen ad Suecos abiit, tentaturus, num recipere vellent, *Iuri hactenus diſceptato.* Sueci, abnuentes hoc, mittebant formulam, his verbis: *Iuri omni hactenus praetenſo, et armis diſceptato.* ** Tandem noſtri, qui cum Rege iam dudum ea de re contulerant, Eiuſque Maieſtatis mentem perceperant, pa-

 cis

ſecundum formam, qua fuit ab altera parte conceptus, ab ipſo Dno Mediatore allatus, et a noſtrorum Dnn. Legatorum Excellentiis complacitus: in charta autem heſterna omiſſa deprehenditur particula Domi, *ante voces*, ſine inquiſitione, *inſerta.*

* Iam primum ſuper formula ipſius ceſſionis Liuoniae concinnanda actum: cuius aliae atque aliae deſcriptiones, in DIARIO SVECICO ad h. d. leguntur. Titulus autem Liuoniae vt Ioh. Caſimiro Regi intemeratus conſeruaretur, facile ab Suecis impetratum eſt. E contrario Duci Curlandiae eumdem abnuebant: quamquam inde ab origine Ducatus inualuerat, vt *in Liuonia Curlandiae et Semgalliae Duces* nuncuparentur, non ſolum, quod Liuoniae pars Curlandia fuiſſet, verum etiam ipſe Ducatus, ad exemplum *Ducatus in Pruſſia*, inſtitutus. Ita enim Sigiſmundus Auguſtus, Poloniae Rex, in pactis Vilnenſibus, loc. comm. *Porro Illuſtri Domino Magiſtro Liuoniae*, inquit, *cum ad Equeſtris Ordinis conſilium et Noſtram approbationem ſtatum mutauerit, — Ducalem titulum, ad inſtar Illuſtris Domini Ducis in Pruſſia, cum omni dignitate, inſignibus, et priuilegiis Ducalibus tribuemus.* Adhaec talis titulus Ducis Curlandiae neque ab Guſtauo M. Rege Sueciae, neque ab Chriſtina Regina. fuerat denegatus. Quapropter Poloni ne immutari quidem in eo quidquam volebant. Ceterum de finibus Liuoniae, tum quoque diſceptatis, vid. DIARIVM CVRON. ad h. d.

** In DIARIO SVECICO ad h. d. res paullo diligentius enarrata eſt, formulaeque

cis promouendae caussa consensere, vt ponatur: *Renunciat omnibus praetensionibus*. Etsi, inquiunt, Serenissimi Regis nostri ad Regnum Sueciae liquidissimum ius sit, non mera praetensio: tamen, vt tanto magis Eiusdem Maiestatis aequanimitas innotescat et pacis studium, declarat illa, se contentam fore, vt ponatur: *Renunciat omnibus praetensionibus*: sed hac tamen lege et spe, vt vicissim Sueci, in Elbingensi negotio, et aliis, tanto minus moueant difficultatis. Quum retulisset hoc Suecis Legatis Mediator, responsum adtulit, acceptam esse ipsis hanc declarationem, * ac velle eam inseri Articulo.

Die IX. – Iterum de ratihabitione disceptatum est. Quam primum quidem a Commissione, quae ad id per Comitia designata sit,

mulaeque, quas, vt Penelope telam, identidem retexebant, curatius adscriptae. Igitur haud superuacaneum fuerit, inde praecipua verba hoc loco addere. — *In renunciatione Regni Sueciae Dni Commissarii Legati Polonici his verbis vti volunt: „1) Omni iuri, quod competit, vel „competere potest: 2) Iuri et praetensio-„ni: 3) Iuri, quod habet, aut praetendit: „4) Omni iuri et praetensioni: 5) Iuri „hactenus disceptato.„ Dni Sueci vero, ita vt ponatur, instant. — „Renunciat „iuri praetenso in Sueciam: aut, Renun-„ciat iuri, quod praetendit: aut, Renun-„ciat iuri, quod praetendere potest.“* Post longas disceptationes, tandem ab Thesaurario Regni Suecani propositum: *Si Dns Mediator per schedulam, Reuersalium vim habentem, attestari velit, quod* disceptatum et praetensum *tantum de parte Regis Poloniae, non vero nostra, intelligendum esset, tum poni posse ista verba, nempe: „Renunciat omni iuri hac-„tenus praetenso, et armis disceptato.„* Qua de re pacis sequester nihil se, inconsultis Polonis, posse decernere respondit.

* Initio quidem Suecis, vel ab Akakia Gallo, vel ab Rautensteinio, Neoburgico Legato, subministrata dubitatio, ne omissa vox, *iuri*, iis aliquando fraudi esset: quasi nuncium Poloni praetensionibus quidem, non iuri misissent. Itaque isti incerti, paullulum animi pendebant. Sed re curatius pensitata, quum ex vano haustam esse sollicitudinem intelligerent, (*quid enim iuris*, vt ait Lumbranus, *possit sibi reseruare, qui omni praetensioni renunciet, sub qua ius comprehendatur?*) ea in verba, *omnibus praetensionibus*, consensere. Secundum haec formula renunciationis ab Suecis perscripta est, in hunc modum: *Serenissimus ac Potentissimus Rex Poloniae, Dnus Ioannes Casimirus, pro se, et heredibus, et posteris suis renunciat omnibus praetensionibus in Regnum Sueciae, Magnum Principatum Finlandiae, et ceteras annexas prouincias, nec non bona auita in Regno Sueciae, dictisue prouinciis sita: et abstinet posthac titulis et insignibus Regis Regnique Sueciae,*

ta ſit, ſed poſtea ab ipſis iterum Comitiis, fieri volebant Sueci.* Noſtri Commiſſionem iſtam vim et auctoritatem Comitiorum habere reſpondebant. In renunciatione iuris et tituli Suecici, ** poſuerant noſtri, *ſolo pacis amore.* Id Sueci omittendum perhibebant. De titulo Ducis Curlandiae iterum diſceptatum, an in eo ponendum, more hactenus ſolito, in Liuonia? Noſtri nihil ex titulo Ducis immutandum eſſe pertendebant. Dari Electori titulum Ducis in Pruſſia, etſi Regalem Pruſſiam is non habeat. Magiſtrum Liuoniae, Ketlerum, tradidiſſe Liuoniam in obſequium Poloniae: ideo illi relictum hunc honorem, vt ſe diceret Ducem in Liuonia. Porro, quum pars Liuoniae relinquatur Poloniae, ſaltem eius ratione Duci Curlandiae hunc titulum non debere negari. *** Mediator:

ciae, in litteris ad Regem Sueciae ſcribendis, aliiſue diplomatibus ac ſcriptis, quae Regnum Sueciae, eiuſque Miniſtros ac ſubditos concernent. Ad alias vero Poteſtates, quoad vixerit, vtatur, ſine vllo plenariae renunciationis in Succiam praeiudicio. Sed vero in ea Polonis, vt alia quaedam, ita illud inprimis, *Abſtinet*, durius quam pro dignitate Regis ſui, fuiſſe viſum, Auctor Anonymus tradidit: ideoque ab iis alia formula emollitum. Conf. DIARIVM SVECIC. loc. comm.

* Conf. DIARIVM SVECIC. ad. h. d.

** Secundum nouam formulam, quam hoc ipſo die Pacificatori tradiderant, exhibendam Suecis. Et iuuat hanc quoque, ex DIARIO SVECICO ad h. d. depromtam, ſubiicere. *Sereniſſimus ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dus Ioannes Caſimirus Rex Poloniae, pro ſe et heredibus, et poſteris ſuis ſolenniter, ſolo amore pacis, ex nunc et in perpetuum renunciat omnibus praetenſionibus in Regnum Sueciae et Magnum Principatum Finlandiae, et ceteras ſubditas prouincias, nec non in bona auita, in Regno Sueciae dictiſque prouinciis ſita. Vtatur tamen titulis integris Regis Sueciae, et inſignibus Regni Sueciae, quoad viuet, ad omnes Principes, Status et priuatos extra Sueciam, ſine vllo plenariae ſupradictae Renunciationis praeiudicio: inter Sereniſſimos vero Poloniae et Sueciae Reges modus hactenus ab vtrinque circa titulos et inſignia obſeruatus ſeruabitur.* Qua in formula Sueci, praeter illa, *ſolo amore pacis*, ne hoc quidem *praetenſionibus*, ſed tantum *praetenſioni*, volebant ferre. Praeterea iſtas, quas vocant, *Etceterationes*, huc vſque vſitatas, initio quidem penitus abnuebant, rati ius faſque eſſe, vt Poloniae Rex Regem Suecum vniuerſo titulo cohoneſtaret, quippe facta iurium ac praetenſionum in Regnum Sueciae renunciatione. Reponebant Poloni, Regem ſuum ſeſe quidem iſtis abdicaſſe, non item titulis et inſignibus Sueciae Regiis. Tandem Sueci et in *Etceterationes* illas conſenſere. Vid. DIARIVM SVECIC. l. c.

*** Ex hac ipſa ratione Sueci, ſi Duci

diator: Si essem Suecus, permitterem, vt Dux Curlandiae se diceret Ducem in Liuonia. Id enim tacite innueret, Curlandiam pertinere ad Liuoniam. Sed vtrimque non video caussam esse, cur super hac re multum contendatur. * Ceterum, quum is postulata nostrorum ad Suecos detulisset, rediens non sine gaudio dixit: Quod felix et faustum sit! Consensere in omnia Sueci. Nostri itaque nouem Articulis subscripsere nomina sua: Sueci sex, quia ceteri tam cito describi non potuerunt.

Die x. — Dum iret Oliuam Palatinus Posnaniensis, Referendario Regni comitatus: obuiam nobis factus est Dnus *Luciani*, Belga natione, Minister et Secretarius Regis Hispaniae. Is litteras ad S. Regiam Maiestatem, ad Dnum Mediatorem, et ad Legationem tum Polonicam, tum Suecicam, habebat, quibus Hispanicus Legatus, Dnus *de Fuentes*, petebat, vt in omnibus, quae Secretarius iste propositurus esset, plena ei fides adhiberetur. Litterae ad Legationem Polonicam, lingua Hispanica scriptae, erant hae:

Illustrissimos y Excellentissimos,

Si bien por lo que escrivo a S. M. quedaran Vestras Excell. con entera noticia de lo que hè contribuido de mi parte en virtud de

ci Curlandiae titulus is concederetur, verbis *in Liuonia* addi volebant *Polonica.* Quod si Polonis displiceret, Guldenclauius *Suetica* adiicendum proponebat. Ad extremum Sueci Polonis adsensi sunt, vt priscus titulus retineretur. Conf. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

* Praeterea apud Auctorem Anonymum, et in DIARIO SVECICO, hoc die etiam alia inter paciscentes actitata reperio: velut, de liberatione et cautione Koenigsmarkii. Ad negotia ea promouenda plurimum valebat propior spes pacis, inter Danos Suecosque, quam e Dania adlatam Lumbranus tum Polonis retulerat. Neque Elector Brandeburgicus pacem Polonam nunc quidem vllo modo amplius extrahendam censebat. De quo PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 74. ait: *Accedebat mox alia*

de lo ajuſtado entre las dos coronas en los Pirineos, y del motivo, que me obliga a que paſſe allà por la poſta Sebaſtian de Lutiani, del conſejo del Rey mi Señor y Su Secretario; no obſtante el conocimiento de lo que Vras Excell. repreſentan, y de l'intereſſe que tiénen en el buen exito de un tan gran negocio, me obliga a ſatisfazer con eſtos renglones a demoſtracion tan devida para ſupplicar les juntamente, que no ſolo den entero credito a lo que el dicho Secretario les dixère, pero que faciliten con ſu autoridad lo que el propuſiére, en orden a eſtablecer un negocio, que tanto conviene, y en que con tanto guſto hà obrado el Rey mi Señor el empleo de Medianero. Y ſi Vras Exc. me diéran mueſtras de ſu ſervicio, ſatisfaran a la verdad, con que me offrezco a el, y con que executarè ſus ordenes.

Guarde Dios a Vras Exc. como deſeo

De Veſtras Excell.

Vienna a 4 de Marzo de 1660.

obſeruand. Servitore
Marqu. de las Fuentes.

alia feſtinandi cauſſa, quod Daniae Rex Electori ſignificaſſet, ſe circa pacem ſuam cudendam occupari, ac ut Elector ad eum congreſſum, ſi videatur, legatos mittat. Unde non videbat Elector, quare pacem, vel horam, remorari debeat, quae iam Olivae ad umbilicum perducta erat.

** Operae pretium duxi, earum verſionem Latinam ſubiicere.

„Illuſtriſſimi atque Excellentiſſimi,

„Quamquam ex iis, quae ad S. Maieſta„tem perſcripſi, facile cognoſcetis tum „omne illud, quod pro virili egi ſecun„dum ea, de quibus inter vtrumque Re„gnum conuenit in tractatibus Pyrenae„is; tum rationem, qua ego motus ad „Vos citatis equis aduehendum curaui „*Sebaſtianum Luciani*, Regis Domini mei

In „Con-

In ſeſſione deliberatum obiter, quomodo ſuſcipiendus ſit iſte Secretarius Hiſpaniarum Regis: ° ſimul relatum, Suecos adhuc dubitare, an Mediationem Hiſpanicam recipere debeant, quum ea de re inſtructionem non habeant de ſuis. Polonicam Legationem habere Regem praeſentem, quem conſulere poſſint; ſe non item. Deinde obiiciebatur quoque, ipſius Dni Marchionis *de Fuentes* procuratorias a Rege Hiſpaniae non monſtratas, adeoque dubium adhuc eſſe, an ille ſubdelegatum ad huius pacis Mediationem ſubſtituere, et pari auctoritate inſtruere poſſit. Poſtea Legatus Mediator retulit, in Articulis, de quibus conueniſſet, leuia quaedam mutata velle Suecicam Legationem. °° In quae non difficulter noſtri conſenſere. Acceſſum deinde eſt ad alia, inprimis ad Articulos de diplomatum et Archiuorum reſtitutione; item de obligationibus et recognitionibus reddendis; item de iudiciis et decretis. Examinata quoque formula Reuerſalium Ducis Curlandiae, in qua pauca immutare viſum: vti inter alia titulus Duciſſae. Quum enim ſcripſiſſent Sueci, *Celſiſſimae*, noſtri et Electorales *Sereniſſimae* ſubſtituerunt.

Die

„Conſiliarium, et epiſtolarum ſcriptorem: „tamen, haud ignarus, quam Vos, Viri „Excellentiſſimi, perſonam ſuſtineatis, et „quantum Vobis curae cordique ſit felix „tantae rei exitus, id mihi datum negotii „arbitratus ſum, vt litteris hiſce meo officio ſatisfaciam. Itaque oro Vos omnes, „atque obteſtor, vt non modo fidem habeatis illis, quae hic, quem dixi, epiſtolarum ſcriptor relaturus eſt, verum etiam Veſtra auctoritate promoueatis ab „ipſo propoſita conſilio eo, vt tam ſalutare negotium, in quo partes Pacificatoris „Rex, Dominus meus, ſummo ſtudio ſuſcepit, expediatur. Et ſi, quae ab me „exſpectetis officia, velitis ſignificare, ſane explebitis ſummum deſiderium id, „quo me ad illa paratum profiteor, et iuſſa capeſſam. Deus Vos, Viri Excellentiſſimi, tueatur! Id quod voueo, rel.

° PVFENDORF. loc. comm. p. 526. *Gedanum tunc veniebat Sebaſtianus Lucianus, Oratori Hiſpanico Comiti Fontano a Secretis, conciliandae paci operam offerens. De quo admittendo Sueci mandatum ſe habere negabant, Polonis tacite adſtipulantibus: etſi Caeſarei dicerent, eum non ſequeſtris ſibi munus depoſcere, ſed vt Lumbrano tantum ſuccenturiatus ſit; ac, eo re-*

Die XI. — Legatus Mediator ſummae, a Dantiſcanis impetrandae, fecit iterum mentionem. Noſtri operam ſeriam denuo promittebant, ſed nullam fidei interpoſitionem. Mediator expediens proponebat, vt Sueci tormenta ſua oppignorent. Noſtri: Fiat, dummodo non alia, quam ſua. Mediator: Ponatur in Articulo de tormentis: „Sueci accipiant tormenta, ab ipſis in Polo„niam, et ei adnexas prouincias, inuecta.„ Ita praecidetur omnis cauſſa litium. Idem Mediator, maturandorum tractatuum cauſſa, varia expedientia proponebat: inter alia hoc, ut ipſe ex utriuſque partis Proiecto Articulum concipiat, quem utrique deinde parti det examinandum. Sic facilius inter partes conuenturum. Circa bibliothecam Regiam addebat Mediator, velle quidem illam reſtituere Suecos, ſed iuſtum temporis ſpatium deſignandum eſſe redditioni. Neqne enim adeo cito rem hanc curari poſſe, quum variis ex locis colligendi ſint illi libri.

Mediator quum abiiſſet, Magnus Cancellarius Regni de armiſtitio mentionem iniecit; item de certo tempore determinando, intra quod tractatus abſolui debeant: denique maturationem tra-

 ctatuum

eo recepto, Gallum ſe quoque ſequeſtrem admiſſuros. Sed quia Hiſpani operam nemo expetebat, ea ipſa feſtinandi cauſſa erat, quo iſte excluderetur: quem Poloni a Caeſare ſubornatum credebant ad pacem magis impediendam, quam promouendam. Culpa tamen eius non admiſſi in Suecos coniiciebatur, qui defectum mandati excuſarant. Mordebat etiam Polonos, quod Hiſpanicus Legatus Miniſtrum ſuum a ſe tantum, non a Rege Hiſpaniae, fiduciariis litteris inſtructum miſerat. Id quod tamen factum erat, vt ſalua exiſtimatione Gallo cedere poſſet. Quippe iis temporibus ſumma inter Hiſpaniae Galliaeque Reges, ſuper praecedentia, aemulatio ſeruebat. Ceterum Polonos Legatos de admittendo Hiſpano etiam, praeter cauſſas commemoratas, ideo haeſitaſſe teſtatur Auctor Anonymus, quod ſecundum Conſtitutionem An. MDCLVIII Comitialem, iis pacem expedire, conciliatore ac parario tantum Gallo, permiſſum ſit.

** In Articulo, de ceſſione Liuoniae, qui eſt in Formula Pacis Oliuenſis quartus, verbis, *vt et partes Ciſdunanas*, Sueci addendum *omnes* contendebant. In Articulo, de Liuouia Auſtrali, qui eſt quintus commemoratae Formulae, Id ipſum *Auſtralis* adiiciendum poſtulabant.

ſtatuum vrgebat, quia Suae Regiae Maieſtates feſtinent abire; tractatuum tamen cauſſa, quinque dies adhuc morari cogitent, perſuaſae a Senatoribus. Dandum hoc Suis Maieſtatibus, vt pacem hanc confectam ſecum auferant. Foederati inconſultum eſſe dicebant, vt ſe Legationes patiantur, intra certum tempus, coarctari. * Maturationem negotii totius non ex vnius partis, ſed vtriuſque arbitrio pendere. Tempus, quod determinationi finiendi tractatus impendere volunt, impendendum potius ipſi tractationi. Suecos mediationem Hiſpanicam abnuiſſe, quae alias ad rem accelerandam multum profuiſſet. Sic enim non neceſſe fuiſſe Caeſareae Legationi ſecedere, quoties Gallicus Mediator veniret: quae res multum moretur conſultationes. Nec de armiſtitio adeo laborandum, quum intra paucos dies ſperetur finis tractatuum. Induciis enim potitos Suecos tanto difficiliores conditiones poſtulaturos. Interim Elbingae, de commeatu, proſpecturos; militem in Pomeraniam, et aduerſus Danum miſſuros. Se, Miniſtros Principum Foederatorum, paci nullos velle obices ponere. Quidquid ſalua dignitate et ſecuritate Dominorum, ſaluis item pactis, cum Regno Poloniae initis, facere poſſint, lubenter conferre. Guarantiae Articulum eſſe praecipuum eorum, qui Foederatos tangunt. Hunc ante omnia adgrediundum. Noſtri: Nos Dnum

Luciani

* PVFENDORFIVS loc. comm. *Quum etiam ſub finem tractatuum Ioannes Caſimirus Gedano diſcedere pararet, Caeſareis rogantibus ad finem manere decreuit: poſtulans tamen, vt certa dies concluſioni diceretur, et induciae interim eſſent, quo ſementis ab agreſtibus, in Boruſſia, tuto fieri poſſit. Quorum vtrumque Foederati recuſabant velut noxium, ne Sueci interim annonam intra vrbes conueherent. Vnde Poloni hoc poſtulato omiſſo promittebant, ſe minutiis ſepoſitis, cum Suecis, deciſuros, ſi pax hiſce cordi ſit.*

** Anna Maria Princeps Radziuilia, Ianuſſii Radziuilii Ducis vnica filia, et heres: cuius bona, per iſtius belli tempeſtates, Militia Polona occupauerat. Eorum

Luciani lubenter admittemus. Sueci faciant pro lubitu ſuo. Nobis propoſitum eſt nihil omittere, quod ad maturandos hos tractatus faciat. Vellemus enim Suis Maieſtatibus hoc ſolatium et hanc gloriam conciliare, vt, ipſis praeſentibus, pacis felicitas ſubditis earum illuceſcat. Vt compendium fiat tractatuum, primus Articulus amicitiae, *Sit pax perpetua* etc. poſſit et nobis et Foederatis ſeruire, ne alium concinnent ſeparatum. Foederati ſeparatum pro ſe Articulum malebant: Melius eſt, inquiebant, tautologiam committere, quam aliquid, quod neceſſariam aut vtile eſſe poſſit, omittere.

Actum poſtea de Principis Radziuiliae °° bonis. In Articulo enim poſitum erat: *Bona indilate reſtituantur.* Et id vrgebant Electorales. Noſtri: Nec ipſi Sueci hoc poſtulant: quomodo coram noſtris popularibus excuſabiles eſſemus, ſi plus daremus, quam Sueci poſtulant a nobis? Princeps Radziuilia habet pro ſe Conſtitutiones duas, °°° quae ſatis illi cauent. Electorales Articulum iſtum ita concipi petebant, vt contenti eſſe poſſint. Simul etiam tradiderunt duos Articulos, a ſe conceptos: 1) De depoſitis, vt, quae Fiſco non adiudicata, et extradita ſunt, reddantur: 2) De commerciis, vt eo loco maneant, quo ante bellum fuerunt. Suecica quoque Legatio porrexit per Mediatorem Articulum, °°°°

 quo

rum reſtitutionem his tractatibus et aliquoties ante poſtulauerant Brandeburgici, et nunc maxime vrgebant. Sueci autem, in Formula Pacis propoſita. Art. XXXIX. paullo moderatius cupiebant haberi tantum rationem Illuſtriſſimae Principis, *in adeundis hereditatibus, et bonis paternis, ac integra materna dote, aliiſque emolumentis, quae ipſi tum legibus moribuſque gentis competere, tum ſolatio parentibus orbae, et ſub tutela viuentis Virginis eſſe poſſint.* Vid. Acta Pacific. p. 123.

°°° Conf. ſupra p. 134.

°°°° De eo actitatum iam eſſe ſuperiore die, ex DIAR. SVECICO ſatis conſtat: in quo ipſa etiam Formula legi poteſt. Reuerſalium autem, quas PASTORIVS poſt paullo memorat, exemplum e Codice Zaluſciano deſcriptum exhibui, in Actis Pacific. No. LV.

quo Rex et Regnum Sueciae obligant ſe, quod nullum ius aut praetenſionem, in Ducatus Curlandiae et Semigalliae, et Diſtrictum Piltenſem, habebunt. Reuerſales quoque Ducis Curlandiae dederunt paullum immutatas, et voluntati noſtrorum magis conformes.

Die XII. — Articuli de iudiciis, debitis, depoſitis, examinati et correcti. *

Die XIII. — Articulo, de debitis, ſubſcripſi nomen meum, quum Dn. Capitaneus Bidgoſſienſis abeſſet; Articulo item de depoſitis. Actum deinde de tormentis. **

Die XIV. — Legatus Mediator adtulit a Suecis nouum Inſtrumentum plenipotentiae, *** ſubſcriptum a Sereniſſima Heduige Eleonora, Regina Sueciae, et a duodecim praecipuis Regni Sueciae

* De his Articulis, toties diſceptatis retractatiſque, copioſius expoſitum eſt in DIARIO SVECICO, ad d. XI et XII Aprilis. Praeterea id inprimis memorabile, quod ad h. d. traditur de Belgica Mediatione. Nimirum Suecos, quum amicitiam ſtudiumque Ordinum Foederati Belgii multum profuturum animaduertiſſent componendo praeſertim religionis negotio in Liuonia, Pruſſia ac Polonia, Honertum, Legatum Belgam, humaniſſimis verbis inuitaſſe, vt conciliandae maturandaeque paci ſociam operam conſerret. Sed hanc ab ipſo denegatam nunc quidem eſſe tamquam ſuperuacaneam, pace iam paene confecta. — De rebus Curonicis vid. DIARIVM CVRON. ad h. d.

** Super his longa atque acris diſceptatio orta, Polonis cuncta ablata, etiam in Sueciam auecta, aut aliis vſibus adcommodata, repoſcentibus: quum initio Succi illis non niſi ea, quae Elbingae adſeruarentur, reſtituere vellent. Tandem ne quid humanitatis in ſe paterentur deſiderari, praeter haec, duodecim alia ſeſe pace expedita Polonis dono daturos ſpondebant, hac lege, vt ſtudio eorum atque commendatione, a Dantiſcanis mercatoribus, mutuam pecuniam acciperent, ab Rege Regnoque Sueciae reddendam. Id quod promiſiſſe Polonos, Auctor Anonymus teſtatur. Apud eumdem inuenio, actum diu multumque eſſe de commerciis et teloneis, de priuilegiis Rigenſium, inprimiſque de iuriſdictione, in cauſſis commerciorum, ex contractu et delictis. Adhaec diſcuſſa item alia capita ſunt, de ſubditis ſugitiuis, de Reuerſalibus Comitis Koenigſmarkii, quarum formulam in Actis Pacific. No. LVI transſcripſi. Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d. Felkerſamius, in DIARIO CVRONICO debitum quoque Croianum tum in diſceptationem

ciae Senatoribus. Actum deinde est, de captiuis; de fugitiuis; de titulis Senatorii et Equestris ordinis, in Liuonia Suecica; de cadaueribus; de fignis nauticis; de captiuis Suecis, qui funt in Tataria; item de nauigatione ex mari, Mitauiam vſque. ****

Die xv. — Legati Electorales petebant, vt tandem fua etiam puncta fub incudem venirent. Atque inprimis, vt de pactorum inter Regem Sueciae et Electorem olim initorum abolitione agatur. Legato Mediatori videbatur, non eſſe interrumpendum ordinem et curſum iam coeptum. Et iam non niſi duos ex Legatis Suecicis adeſſe, nempe Dnum Comitem Oxenſtiernam, et Dnum Guldenklauium. Noſtri per Palatinum Poſnanienſem dicebant, nihil obfuturum negotiis Electoralibus, etſi hodie illa non tractarentur. Iam dudum nos obligauimus, Electoralia pari cum noſtris fide ac diligentia tractare. Interim omnia fiant ordine. Mediator

ptationem veniſſe tradit. Ego vero non omiſerim id, quod Anonymus Auctor de ſocietate armorum, inter Suecos ac Polonos, aduerſus Moſcum componenda commemorat, hoc loco paucis referre. Talem ſocietatem, ſuper qua etiam ante quaeſitum ſupra pag. 111. not. *** et p. 122 ſq. not. * diximus, Legati Sueci nunc maxime gratam acceptamque Sueciae profeſſi, petierant a Rege Poloniae, vt expediendam eam, cum Comite Gardio, committeret Summo Lithuaniae Cancellario, adeoque ipſi Poloni Diarii Anonymo Auctori. Ab hoc igitur Formula foederis, cuius antehac ineditae exemplum, in Actis Pacific. No. LIX. protuli, perſcripta eſt, ac per Neoburgicum Legatum cum Suecis communicata: res ipſa autem, communibus ſuffragiis, vſque ad confectum pacis negotium omnino ſepoſita.

*** Quod inter cetera vid. in Actis Pacific. No. LII. ſubſcriptum a tredecim Regni Sueciae Senatoribus. De reliquo et diplomata noua, ſaluos conductus vocant, Gallo Pacificatori ab Suecis exhibita, DIARIVM SVECICVM ad h. d. memorat.

**** Conf. DIARIVM SVECICVM loc. comm. In eo traditum eſt, etiam alia Pacificationis capita inter vtramque partem eſſe agitata: atque inter haec illud de bonis Diuae Brigittae in Suecia, et monaſterio illius Romano: de quibus, quoniam hoc loco nec libet, nec licet, paullo diligentius infra expoſui Obſeru. XIX. Ceterum Auctor Anonymus hoc maximopere gaudet ac triumphat, Suecos egregie circumuentos id nunc Polonis dediſſe, ut in litibus minoribus, inter vtriuſque Regni ſubditos et incolas orituris, Actor ſequatur forum Rei. De quo vid. INSTR. PACIS OLIV. Art. V. §. 3.

diator Articulum de migratione libera, iis, qui vellent mutare ſolum, permittenda, adtulit nonnihil mutatum. Noſtri eidem haec verba addiderunt: Ex ciuitatibus euacuandis, earumque territoriis. Articulo de commerciis additum hoc: Maneant, vt ante hoc vltimum bellum, tempore induciarum, fuerunt.[*] Quum abiiſſet Mediator ad Suecicos Legatos, obiter agi coeptum de Elbinga, inter noſtros et Electorales. Magnus enim Lithuaniae Cancellarius, de ea re, loquutum ſe eſſe cum Principe Radziuilio dicebat, qui in eiuſmodi ſcriptum, quale Sueci ratione Elbingae promittant, conſentire videatur. Electorales ſe cum Principe Radziuilio ea de re loquutos, negabant. Interim in ſcripto illo expreſſe caueri volebant, redintegrationem iurium, cuius ſit mentio in Amneſtia, in locis, quae Sereniſſimo Electori iam ceſſa aut cedenda ſint a Polonia, non debere eidem officere vſquam, adeoque nec Elbingae, nec in Butouienſi et Lauenburgica praefectura. Mediator interim poſtulatum Dn. Comitum de Dohna adtulit, qui non modo bona ſibi in Liuonia ablata reddi, aut ſatisfactionem dari volebant, ſed et pecuniae ſummam, ſex millia ſeptingenta Imperialium, repetebant.[**] Super quam ſummam fidem Reipublicae obligauerat Chodkeuicius, exercituum dux, ratione commeatuum certorum, quos Dni de Dohna ſuppeditauerant, tempore admodum

* Conf. DIARIVM SVECIC. ad d. XIV et XV Aprilis.

** De hocce Comitum Dohnauiorum poſtulato quaedam ſupra dixi, pag. 129. not.** Iam vero quoad ſummam pecuniae, a PASTORIO diuerſus eſt Auctor Anonymus, qui diſerte ſcribit ſeptena millia ſeptingenta Imperialium ab iis repetita, in eamque rem ſyngrapham Chodkeuicii fuiſſe exhibitam. Atque ad hanc quidem iam ante prouocauerant in ſcripto eo, quod, in Thorunienſi conuentu traditum, Actis Pacific. N. XLII inſerui. Ita vero in numero, qui apud PASTORIVM eſt huiuſcemodi, 6700. incuria ſcriptoris, erratum facile credam.

*** Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

**** Conf. DIARIVM SVECIC. l. c.

dum neceſſario. Noſtri reſpondebant: Bona illa ſita ſunt in Liuonia, quam Sueciae cedimus. Ibi igitur quaerenda ſatisfactio, quam et noſtri exſules pari iure requirunt. Interim ne petitionem Dni Comitis reieciſſe videamur, interponimus noſtram operam apud Dnos Suecos, vt illis reddant bona ſua. Quoad debitum, ſcribant Dn. Comites de Dohna ad Rempublicam Poloniae.***

Hinc ad alia puncta conuerſus eſt ſermo. Actum de claſſe hoſtili, ne vlli tali ſtatio permittatur in portubus Poloniae. Hoc Mediator, nomine Suecorum, requirebat a noſtris. **** Noſtri: Nos claſſem non habentes impedire non poſſumus, ne claſſis aliqua extera ad portus noſtros adpellatur. Interim ſi hoſtibus Suecorum portus noſtri patebunt, pariter iidem patebunt Suecicis nauibus. Poſtea id ſaltem caueri volebant Sueci, ne commeatus dentur claſſi hoſtium Sueciae. Reſpondere noſtri: Commeatus aeque Suecicis, quam aliis, claſſibus non negabitur. Concluſum denique, vt res iſta maneat in terminis iuris communis. In Articulo de commerciis, aliquid de vrbibus Hanſeaticis, tum et certa reſeruatio iuris Gedanenſium in Suecia poſtulabatur a noſtris: Deputatis ciuitatis Gedanenſis id inprimis, vt rem legitimam, et antehac etiam in tractatu Bromſebroenſi, in Dania, a Suecis conceſſam vrgentibus. ***** Sed Legatio Suecica in vllam eiuſmodi reſeruationem

***** De commerciis crebra huc vſque diſputatio fuerat. Et Gedanenſes quidem iam ſuperiore menſe, litteris ſupplicibus ad Regem Poloniae datis, quarum exemplum in Actis Pacific. No. XLIX. legi poteſt, inter alia diſerte petierant, *vt per pacta Pacis Ciuitas Gedanenſis reſtituatur ad immunitates, iura et priuilegia vetuſta, et aliquoties reiterata tam Societati Hanſeaticae, quam Ciuitati Gedanenſi peculiariter, in Regno Sueciae et annexis Prouinciis, ratione nauigationum et commerciorum, conceſſa.* Conf. LENGNICHII Hiſt. Pruſſiae P. VII. pag. 236. Id nunc ſtudioſius flagitabant, ſecundum Pacem Bromſebroenſem, cuius Art. XLI et XLII. Ciuitatum Hanſeaticarum, ac nominatim Gedanenſis, commerciis prouiſum eſt. Inter

uationem consentire nolebat. Postea etiam a Sua Maiestate superuenit Referendarius Spiritualis, * qui, nomine Regis, in Articulo de commerciis addi iussit: *Ciuitas Gedanensis, vti et aliae ciuitates.* Scripto, quo mandatum Regium continebatur, additum erat manu Regia: *Sic, et non aliter.* **

Mediator in negotio Dn. Comitum de Dohna hoc temperamentum adferebat: Quum quidam istorum Comitum Sueciae seruitiis obstricti sint, his satisfiat a Suecia, ceteris a Polonia. *** Nostri regerebant, nullum nunc eorum Poloniae seruiisse, quum Tisenhausii, Wolffii, et tot alii seruierint. Electorales: Attamen potuissent iam dudum Dn. de Dohna adire bona sua, in Liuonia, si se Sueciae subiicere voluissent. Id quia non fecerint, pro merito aliquo numerandum est. Postulatum deinde Ducis Croiani, de summa centum millium Imperialium, et quod excurrit, lectum est. Nostri responderunt: Non Suecorum, sed Reipublicae Polonae, iudicio rem hanc subiiciendam esse. In Comitiis Regni iam dudum

Inter alia sic cautum: *Quaecumque vero pacta, inter Regna et Ciuitates Hanseaticas fuere, eorum obseruantia ad alia meliora tempora reseruabitur.* De qua reseruata antiquorum pactorum obseruatione, quemadmodum Gedanenses in DIARIO SVECICO ad d. XIV Aprilis vocant, siue iuris Gedanensium, vt est apud PASTORIVM, reseruatione, alii, quibus haec talia penitius nosse datum est, viderint. Ea quidem tum maximopere disceptata: quamuis Sueci nequaquam in vniuersum abnuerent. Quorum responsum, in DIARIO SVECICO l. c. refertur hoc: *De reseruata obseruatione determinabitur, postquam pacta Dano-Suecica inspecta fuerint.*

* Nomen hoc, et officium, explicat Dnus LENGNICHIVS, in Iure Publ. Regni Poloni T. II. p. 228 sq.

** Quippe Rex Poloniae tum Gedanensibus impense fauebat propter egregiam fidem, eo bello, multis magnisque documentis ita spectatam, vt aliquando fassus esset, interprete Koricinio, supremo Regni Cancellario, *In vna vrbe, vniuersum Regnum sibi esse seruatum.* Vid. LENGNICHII Hist. Prussiae, P. VII. p. 171. Quae fides Gedanensium posthac saepius laudata est, omnium facundissime ab Andrea Olszonio, (*Olczowski,*) Regni Procancellario, in Oratione, ad Ordines Ciuitatis Gedanensis, An. MDCLXIX habita, et euulgata in LONDORPII Actis Publ. T. IX. p. 693 sq. Atque ego motus admiratione rei, facere non possum, quin verba

dum hoc debitum in genere agnitum eſſe pro legitimo. Sed ſimul tunc interueniſſe Ducem Curlandiae, qui ad eamdem ſummam ius ſe habere dicat. Concluſum igitur in Comitiis, vt Duces iſti prius inter ſe conueniant, poſtea demum a Republica Polona, ratione ſolutionis, aequiſſimum eos reſponſum praeſtolari poſſe. Nunc in hoc negotio aliter procedi non poſſe, quam vt ad Comitia res iſta denuo deuoluatur, et vt Duces inter ſe componant. Superuenit interim Cancellarius Curlandiae Ducis, petiitque, ne ſumma iſta Duci Croiano adſignetur, quum pars eius dimidia Duci Curlandiae iure debeatur. **** Idem ſimul hoc expediens propoſuit. Ablatae ſunt quinque naues Duci Curlandiae: ſatisfaciant Sueci pro his nauibus Duci Croiano, in quem ſuum ius Dux Curlandiae transfundet, dummodo Dux Croiae viciſſim totam hanc ſummam transfundat in Ducem Curlandiae, qui deinde a Republica Polona totam ſummam exiget. Sed expediens iſtud ſilentio tranſmiſit Legatio Suecica. *****

 Die

verba inde praecipua repetam. Iam primum is Michaelem, Regem recens electum, introiiſſe ait Gedanum, *hunc portum fideliſſimae publicae ſtationis, has dedecori clauſas, honeſto patentes portas, haec moenia nullo derelictae fidei temerata contactu, hoc innocens, primaeuique ſacramenti et antiquae virtutis retinens, forum.* — Deinde paucis interiectis, ita pergit: *Viget, vigebitque in fama gentium, in aeternitate temporum, conſtantiae Veſtrae immortale exemplar, quum in oppreſſo vndique Poloniae Regno omnia pro praemio et praeda hoſtes haberent, vos non dubitaſtis publico praecipitio animos, fortunas, corpora ſupponere, Principum et reliquam Regni fortunam in ſinu Vrbis fouere, laſſo et fracto militi opem operamque commodare, poſtremo vilius cuncta habere, quam fidelitatem non habere. Necdum plane Arctoi Leonis occulti cuniculi, aut apertae machinae ſubſederunt, quibus haec non ciuium curia, ſed Fidelitatis templum petebatur, impetebatur fruſtra.*

*** Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

**** Eapropter Felkerſamius iſti rei iam ante interceſſerat: prouti in Commentariis ad d. XIII Aprilis refert. Sed quam componendae illius rationem viamque PASTORIVS hoc loco memorat, ille ipſe omnino indictam praetermiſit: quamquam alia, die XV. acta, in litteras retulit. Neque eius mentio facta in DIARIO SVECICO ad h. d. in quo reliqua haec diſceptatio diligenter expoſita eſt.

***** Praeter haec, a PASTORIO tradita,

Die XVI. — Placuit Proiectum totum, et omnes eius Articulos, ab initio examinare. Vbi illico de foederibus antiquis integre seruandis agi coeptum, reditumque ad formulas, quas, ea in re, varias iam ante partes tractantes vtrimque conceperant. Sed quia Caesarea Legatio initio sessionis non aderat, transitum est ad secundum Articulum de amnestia. Tandem et hic dilatus est ad tertium Articulum, vbi de ciuitatum ad Poloniam redeuntium redintegratione, et in priora iura restitutione, agitur. Sed mox alia interposita. Ac primo quum abiisset ad Suecos Mediator, Electoralibus datum est a Magno Regni Cancellario responsum S. Regiae Maiestatis, ad litteras Serenissimi Electoris, quibus Sua Serenitas pro Diffidentibus, in Polonia, intercedit. [*] Rediens Mediator dixit, Suecos consentire in primo Articulo in formulam pacis Germanicae, vbi haec verba exstant: [**] *Non obstantibus vllis pactis, in contrarium facientibus.* De Dnis Comitibus a Dohna retulit Mediator, velle Suecos, vt ad Comitia Regni desiderium eorum remittatur. [***] Adtulit idem Articulum Suecicum de Pasquillis. [****] Electorales, quum tot Articuli saltuatim tractarentur, petebant, vt ad Articulos Electorales accederetur. Mediator, quum ea de re egisset

dita, inprimis restitutionem bonorum Radziuiliorum hoc die agitatam, in DIARIO SVECICO, et apud Auctorem Anonymum inuenio.

[*] Litterae illae, non Electoris, sed Legationis Brandeburgicae, vna cum Responso Regis, dato ex maiori Cancellaria Regni, exstant in DIARIO SVECICO ad d. XVII Aprilis.

[**] Pacem Vestphalicam intelligit, cuius Art. II. verba commemorata leguntur. Ex eo et alia quaedam illata sunt Art. I. atque item II. Pacis Oliuensis. Quod comparanti vtramque formulam facile patebit. Adeo verum est, quod ERN. MARTINVS CHLADENIVS, ICtus Vuitebergensis, culta oratione ostendit, Pacem Vestphalicam exemplar esse, ad quod huiusmodi formulae recte componantur, et expediantur.

[***] Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

[****] Istins formula, vt primum a Suecis edita est, talis exstat in DIARIO SVECICO, ad d. XIV Aprilis: *Scripta famosa et Pasquilli illico abrogabuntur. et in posterum plane interdicantur; et qui talia*

egiſſet cum Suecis, retulit, conſentire Suecicam Legationem, vt punctum Electorale, de renunciatione pactorum, ſub examen vocetur. Quum interim veniſſet Dn. Baro Liſola, (nam alter Legatus Caeſareus, Dn. Comes a Collourat, adhuc morbo adtinebatur domi,) relatum illi eſt, velle Suecos, vt Articuli ab initio repetantur, atque iterato examinentur. Ille voce, *velle*, ſuboffenſus, quae legem videatur ſapere, et nec in libero Poloniae Regno, nec apud Caeſareos et Electorales Legatos, locum inuenire poſſit, Suecis, et qui eorum nomine loqueretur, a tali vocabulo abſtinendum dixit. Ceterum, quod ad recapitulationem Articulorum adtineat, in ea re ſolum ſe, ſine Excellentiſſimo Dno Collega, nihil poſſe ſtatuere. Noſtri: Arenga * et punctum amicitiae nihil habent difficultatis: adeoque de iis agi, etiam abſente Dno Comite, poteſt. Lecta igitur eſt eius Articuli formula Suecica: in qua non pauca deſiderata. Inprimis diſplicuit Dnis Foederatis, quod Sueci addiderant: *Non obſtantibus vllis prioribus pactis, in contrarium facientibus.* Circa haec itaque pacta multum iterum diſceptatum, ** et in varias formas Articulus iſte recudi coepit: ſed nulla tum talis inuenta eſt, quae omnibus ſatisfaceret. Data

talia vel typographi amplius impreſſerint, vel nouellarum concinnatores ſupplantauerint, infamia notentur, et meritam de iure poenam ſubeant, animaduertente in eos ſeueriſſime, et iuſtitiam adminiſtrante cuiuſque loci magiſtratu. Iam vero paullum retractatam exhibuerant, exemploque Pacificationis Stetinenſis tanto diligentius commendabant, quanto acrius eos nominis ac famae damna vrebant. Namque iſtiuſmodi libelli, per ea tempora, plures in vulgus ſparſi: quorum nonnulli ab HOPPIO et GRODDECIO, in Comment. de ſcriptoribus Hiſtoriae Polonicae. §. XXXVI memorantur. Nec difficile eſſet alios addere, ſi id ageremus.— *Sed motos praeſtat componere fluctus.*

* CANGIVS in Gloſſario T. I. pag. 679. *Arenga eſt apta et concors verborum ſententia, quae ponitur poſt ſalutationem, in priuilegiis arduorum negotiorum.*

** Quae ſuper iis ante diſceptata fuerant, praecipue die XXV Martii, PASTORIVS ſupra expoſuit, p. 172 ſqq. Sed tum multa opera confectum nihil. Itaque iſta, vt ſic dicam, ſerra ſaepius reciprocata

tamen vna eſt Mediatori: qui etſi praemoneret a Suecis non receptum iri, quum iam eam reprobauerint, tamen eam detulit ad Legationem Suecicam. Dnus Baro Liſola mentionem iniecit Dni Luciani. Exſpectare ſe reſponſum, an admittere illum partes velint ad Mediationem. Si Hiſpanicus Miniſter in Mediationis opere adſiſtat Gallico, tum non neceſſe fore Legationi Caeſareae identidem recedere, id quod nunc magno eius incommodo, magna etiam tractatuum retardatione fiat. Reſponſum eſt, ita vt hactenus actum ſit, porro agendum videri. Suecos miſſum ab Hiſpanico Legato Miniſtrum nolle ad Mediationem recipere, quia non ſit immediate miſſus a Rege. Notandum autem, ideo fortaſſis a Legato Hiſpanico miſſum eiuſmodi Miniſtrum, ne, ſi par Gallico veniſſet, de loci praerogatiua certamen oriretur. *

Die XVII. — Electorales adtulerunt formulam ſcripti, quo Sereniſſimus Elector omnibus pactis Regiomonti, Labiauiae, Mariaeburgi

ciprocata eſt, formulaeque aliae atque aliae perſcriptae: velut, *Quae paci praeſenti non derogant;* item, *Saluis pactis defenſiuis tantum:* quas Auctor Diarii Poloni Anonymus diſerte prodit. Neque enim illa, *In quantum huic pacificationi non contrariantur,* neque haec, quam ex Pace Veſtphalica depromtam PASTORIVS hoc loco refert, Brandeburgicis arridebat, omnia etiam tuta timentibus. Adeo res eſt plena ſolliciti timoris non modo amor, ſed etiam odium et inimicitia. Nam Brandeburgici, pronum eſſe Suecis cuncta interpretantibus, dicebant, ex pactis iis aliquid, prout lubitum fuerit, extricare, quod huic pacificationi contrarium arbitrentur. Ceterum ex variis formulis datam Mediatori putem eam, quae iam ſupra adlata eſt, p. 174. hiſce verbis: *Saluis-manentibus pactis et foederibus a partibus initis, ita tamen, vt horum praetextu pax praeſens nequaquam violetur.* Certe in DIARIO SVECICO, ad d. XVII Apr. talem tum ab eo exhibitam legimus.

* De quo conf. ſupra p. 227. not.* Sed dum haec atque talia, inter Legatos, hoc die diſceptabantur, Parsbergius Danus ad colloquium Regis admiſſus, litteras e Dania Regias reddiderat, die XXIII Martii perſcriptas, quibus Fridericus Rex grauiter queſtus eſt, pacem inter Suecos et Polonos coaleſcere, nulla habita ipſius ratione. Ex iis, mecum benigniſſime communicatis e tabulario Regio Hafnienſi, iuuat praecipua verba ſubiicere: *Praeter omnem tamen exſpectationem nobis relatum ac in propatulo eſt, praedictos tractatus ſubita nimis feſtinantique expeditione ad finem fere perueniſſe, nulla Noſtri Regnorumque*

riaeburgi etc. cum Sereniſſimo Rege Sueciae olim initis, renunciat. Eam formulam Mediator Legatus detulit ad Suecos. * Interim aderat Baro Liſola: quo praeſente, communi omnium noſtrorum et Foederatorum conſenſu decretum eſt, Dnum *Luciani*, ad obeundas Mediationis partes et iungenda Dno Legato *de Lombres* officia, admittendum eſſe. ** Eodem tempore lectae ſunt a quibuſdam Legatis noſtris litterae S. Caeſareae Maieſtatis, ad Sereniſſimum Regem noſtrum ſcriptae, *** quibus illa a S. Regia Maieſtate amanter requirit, vt ad conſilia ſua, tam circa tractatus, quam circa abitum ſuum, ita moderetur, ne praecipitari opus ſit pacis negotium.

Mediator, a Suecica Legatione rediens, circa caſſationem pactorum addi velle dixit hanc cautionem: *Ne praeiudicium fiat tractatui Oſnabrugenſi.* Electorales nolebant hoc admittere. Si enim ſemel proteſtationes admittantur, ſe quoque habituros, vbi proteſta-

que Noſtrorum in illis habita ratione. Vt vero ſecuritati Noſtrae Regnorumque Noſtrorum, ante concluſionem, in hiſce tractatibus ſimul proſpiciatur, praedicto Deputato Noſtro Extraordinario mandauimus, vt haec Noſtra deſideria Serenitati Veſtrae pluribus exponat. Cui vt Serenitas Veſtra integram fidem in his adhibeat, ac petitis hiſce Noſtris pro communi ſecuritate annuat, amice petimus. Ita haec, apud Regem Poloniae Parsbergius late perſequutus eſt, non ſine ſpe boni euentus. Vid. DIARIVM DANIC. ad h. d.

* Exemplum formulae exſtat in DIARIO SVECICO, ad d. XVI Apr. Atque hoc ipſo die eam a Brandeburgicis editam, et a Lumbrano eſſe ad Suecos delatam, ibidem proditum eſt.

** Haec ita PASTORIVS: aliter Anonymus Auctor, cuius, quia ipſe rebus interfuit, potior fides in variis narrationibus eſſe debet. Atque is tum Hiſpano datum fuiſſe hoc tradit, vt admitteretur ille quidem ad ipſorum conuentus, ſed vt iiſdem non titulo et honore Pacificatoris, aut quaſi ius habens dicendi, verum tacitus, loco extremo adſidens, intereſſet. Itaque nec in prooemio Pacis mentionem Hiſpanicae Mediationis iniiciendam fore. Lucianum autem ideo nunc admitti placuiſſe, ne expediendae paci Legati Caeſarei Gallum conciliatorem amplius recuſarent, neu eo praeſente conſeſſibus ſeſe ſubtraherent. Quod, quum Sueci Hiſpanum ferre nollent, nequaquam impetratum eſt.

*** Vid. in Actis Pacific. No. LVII. Reſponſorias Regis Poloniae ibidem protuli, No. LVIII.

protestationes addere possint. Deinde de guarantia postulatum* Suecicum adferebat Mediator. Foederatos posse mutuis se vinculis ligare pro arbitrio: sed ad Suecos quod adtineat, guarantiam non posse fieri, nisi more et in omnibus tractatibus vsitato; vel modo extraordinario per fideiussores, in quos Sueci consentiant: modo nominentur a Polonia. Nostris talem guarantiam fieri placebat, qualis in tractatu Osnabrugensi facta sit. ** Electorales eam abnuebant, vt debilem et inefficacem. Actum iterum de maturatione tractatuum. Electorales: Nos non verbis, sed re ipsa testamur, nos moras nolle. De commerciis, et circa renunciationem pactorum, de arrestis, et talibus Articulis, nullas mouemus difficultates, etsi licite possemus. Circa amnestiae Articulum iam vtrimque, cum bono successu, laboratur. Articulo igitur Electorali de commerciis, et de depositis, subscripsit tum statim Secretarius Electoralis. Mox quum Dn. *Mirzinski*, Minister Radziuilianus, Articulum Principis sui in melius corrigi, adsiduo peteret, et rem eamdem vrgerent Electorales Legati, *** correctus is tandem est de consensu ceterorum, a Cancellario Magni Ducatus Lithuaniae,

* Hoc est, mutua partium paciscentium ope atque fide, qua non est aliud firmius pacis et amicitiae vinculum. De quo ac reliquis pacis firmandae modis Lumbranum disseruisse PVFENDORFIVS quoque commemorat Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 71. cuius verba haec sunt: *Super stabilienda pacis securitate Lumbranus disserebat, eam non vno modo fieri. Nam vel socios belli sibi inuicem euictionem praestare: quandoque et extraneos Principes suam fidem interponere: aliquando et poenam decerni in eum, qui pacem violarit.* Id argumentum docte ac copiose exposuit VLR. OBRECHTVS Diss. de sponsore pacis, (inter Opuscula Academica pag. 153 - 159.) et HENR. COCCEII Diss. de guarantia pacis.

** In eo constitutum est, pacis sponsionem siue guarantiam deferri debere omnibus singulis huius transactionis consortibus: idque diserte cautum est INSTR. PACIS OSNAB. Art. XVII. §§. 5. 6. atque item INSTR. PACIS MONAST. §§. 115. 116. Satis autem constat, hunc talem guarantiae modum inter tractatus Pacis Vestphalicae, ab Suecis, primum propositum esse in formula Exsecutionis Pacis: quae potest legi in Dni a MEIERN Actis Pac. Vestph. T. VI. p. 3 sq.

Ceterum

thuaniae, hunc in modum: „Vigore generalis amneſtiae, prae-„ſenti conuentione omnibus cautae, vt ei ſatisfiat, condignam ra-„tionem habituri ſunt.„ Agi deinde coepit de vectigalibus, quae in Pomerania Electorali, cum Electore, communia habent Sueci: **** vulgo *Licenten* adpellantur. Haec a Suecis Sereniſſimo Electori in ſolidum concedi, Legati eius poſtulabant, paciſci ſuper hac re aequiſſimis conditionibus volentes. Sueci per Mediatorem regerebant, non habere ſe poteſtatem, de hoc negotio, in his tractatibus agendi. Rem iſtam pertinere ad Imperii negotia. Deinde maioris momenti, quam forſan credatur, vectigalia haec eſſe: confici quippe ex iis octoginta millia florenorum quotannis poſſe. Ceterum poſt pacem et amicitiam ſtabilitam, poſſe de re iſta deinde tranſigi. Electorales: Hoc vltimo bello, quum commerciis Viſtula clauſus eſſet, vectigal hoc in Pomerania Electorali plus redituum, quam ante vmquam, adtulit Suecis. Sed, poſt pacem factam, prouentus iſte minuetur. Sexies mille Imperiales fortaſſis inde confici poſſunt, non amplius. Noſtri: In his tractatibus aditus aliquis ad ſequuturos poſt tractatus, ſuper hoc vectigali, ſtrui

Ceterum de vi atque efficacia illius conf. SALOMONIS NIGARDI Diſquiſitio iurium et obligationum, quae circa Pacem Veſtph. in Imperio Ro. Germanico competunt Regi et Regno Galliarum, Lugd. Bat. (Berolini) 1750. 4.

*** Vnde orta, cum iis, Polonorum acerrima diſputatio, quam Auctor Anonymus ad h. d. memorat. Sed praeter Brandeburgicos Legatos, rem etiam Sueci adiuuabant: a quibus alia formula perſcripta, et Pacificatori hoc ipſo die tradita eſt. Verum et haec a Polonis reiecta. Vid. DIARIVM SVECICVM ad e. d.

**** Ea adeo vniuerſa Sueci olim, obtentu Pacis Veſtphalicae, ſibi vindicare ſtuduerant: deinde in Stetinenſi tranſactione, ſuper limitibus Pomeraniae, Principi Electori Brandeburgico communia conceſſerant. Quam rem copioſe enarrauit PVFENDORFIVS loc. comm. Lib. III. §§. 54-57. Conf. infra Obſeru. xx. Ipſa formula Receſſus Limitanei, ſiue pactorum, quibus inter S. R. M. Sueciae etc. et S. Serenitatem Electoralem Brandeburgicam etc. Stetini A. MDCLIII. conuentum eſt, paucis poſt annis ibidem prodiit.

ſtrui poſſet, et poni iam talis Articulus: „Ratione vectigalium Po„meraniae, inter Sueciam et Electorem, poſt redintegratam pacem „et amicitiam amicabiliter tranſigetur.„ Mediator: Negant Sueci, ſe habere ſuper hoc negotio mandata a ſuperioribus ſuis. Et ſi ad tranſactionem deueniendum ſit, video illos magna poſtulaturos, ſummam circiter CCCCM Imperialium, et aliquot vrbes minores in Pomerania Electorali. Quum deinde ad Suecos abiiſſet, retulit inde nouos ſaluos conductus a nouo Regimine Suecico, pro Legatis noſtris et Foederatorum. Adtulit etiam renunciationem pactorum, conceptam a Suecis. * Electorales in ea renunciatione deſiderabant non pauca. ** Mediator: De re conuenit; de modo exprimendi conuenietur. Sed maior difficultas de Archiuis, ex quibus tolli aut exſcindi poſſe negant pacta et obligationes, inter Sueciae Regem et Electorem factas. Non eſſe moris in Suecia, Archiua ad eum modum caſtrari. *** Interim pactis iſtis vetera illa irrita reddi, et annihilari. Electorales: In pactis, inter Regem Sueciae et Electorem noſtrum, pariter cauetur, vt pacta cum

* Vid. in DIARIO SVECICO ad h. d.

** In primis, vt renunciatio ordine fieret, adeoque primum renunciaret Rex Sueciae, deinde ad eumdem modum Princeps Elector Brandeburgicus. Conf. DIARIVM SVECIC. loc. comm.

*** Conf. PVFENDORF. Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 71. Neque exemplum deerat recens et inſigne. Nam nec clientelaria pacta, quae cum Carolo Guſtauo, Rege Sueciae, Princeps Elector Brandeburgicus Regiomonti ac Mariaeburgi inierat, ipſi deinde, quantumuis abolita iſta clientela, reddita fuerant, ſed in pactis Labiauienſibus, quorum formula apud PVFENDORFIVM l. c. Lib. VI. §. 45. exſtat, *pro retraditis, vtrinque ſciſſis, et in cineres redactis* declarata.

* PVFENDORFIVS loc. comm. *Noſtri* (Legati Brandeburgici) *reponebant, Suecos vtique iam conceſſiſſe, vt Palatinatibus Poloniae inſtrumenta, queis Sueciae ſe ſubiecerant, redderentur. Tum naturalis iuris eſſe, vt ſolutione facta, aut ſublata obligatione, chirographum reddatur. Idemque volebant Poloni, quod iſta inſtrumenta etiam Regno Poloniae fraudi eſſe poſſent. Sed Lumbranus differebat, iſta inſtrumenta Electori nocere non poſſe. Palatinatuum pacta fuiſſe velut vi extorta, eoque redhibitionem potuiſſe exigi; quum Electoris pacta ſpontanea fuerint.*

cum Regno Poloniae Electoralia extradantur, et ſcindantur. Sequamur exemplum. Noſtri: Nos pariter extraditionem Inſtrumentorum obligatoriorum requirimus, et vrgemus. Et prorſus in hoc puncto nobis, cum Electoralibus, eadem mens et idem votum eſt. Mediator: Polonica Inſtrumenta extorta fuerunt vi; ſed pacta, inter Regem Sueciae et Electorem, fuerunt voluntaria. * Electorales: Inſtrumentum hoc pacis, quod iam conficimus, poteſt iniuria temporum perire. Archiua autem manent, et quae Archiuis inſerta ſunt. Poſſet fortaſſis futuris temporibus, ex Inſtrumentis pactorum retentis, occaſio nouorum bellorum naſci. Itaque expedit, illa autentica tolli ex Archiuis, et reddi nobis. Mediator: Iure Gentium non eſt vſitatum, autentica Inſtrumenta reddi. Multi Reges paciſcuntur inter ſe: irrita reddunt vetera cum aliis pacta. Horum tamen autentica non poſtulant tradi, aut aboleri.

Inde iterum de pactis et foederibus, quae et quomodo ſalua manere debeant, multis acriter diſceptatum eſt. ** Formatus tandem

fuerint. Verum haec et talia tum a Pacificatore in ſpeciem dicta ſunt. Namque ſatis conſtat, pacta Electoris cum Rege Sueciae et ipſa eſſe per vim ac neceſſitatem, quae vltimum et maximum telum eſt, extorta. Quo nomine etiam apud Poloniae Regem excuſata eſſe, PASTORIVS Flor. Polon. Lib. VII. p. 551 teſtatur. *Elector nulla ops,* inquit, *nec ſpe opis erigebatur. Vnde adeo tandem cum Rege Carolo Guſtauo tranſegit. Quod neceſſitate equidem extortum, poſtea eo inprimis excuſatum fuit, quod non modo receſſu Regis e Regno deſertus, atque adeo a fidei nexu abſolutus videretur Vaſallus, ſed et a ſeptem millibus Polonorum militibus, qui ad Carolum Guſtauum defecerant, ſollicitatus eſſet ad tranſigendum.* Ipſas litteras Electoris, in hanc ſententiam perſcriptas ad Regem Poloniae, produxit RVDAVSCIVS, Lib. VII. p. 253. Conf. PVFENDORFIVS loc. comm. Lib. V. §. 60 ſqq. Quae quum ita ſe haberent, Lumbrano, de reddendis ſcindendiſque pactorum exemplaribus differenti inter Suecos, longe alia et mens, et oratio erat. Non debere monimenta ac memoriam rerum, quae per amicitiam componantur, ſeruari: certe, ſi qua opus ſit, cuſtodiendae illi exempla pactorum ſufficere. Vid. DIARIVM SVEC. ad h. d.

** Ac Poloni quidem vehementer conqueſti

dem Articulus: „Saluis pactis et foederibus, ita vt contra prae„ſentem pacem non valeant.„ Sed Electorales hanc formulam Baroni Liſolae monſtrare volebant, antequam ad Suecos deferretur. Quia vero is aberat, res non nihil dilata. Mediator interim ad Suecos abierat. Inde reuerſus, mirari dixit Suecos, cur Electorales, ſuper pactis iſtis, tantas difficultates moueant. Suſpectam ſibi eſſe hanc ſcrupuloſitatem, et id ſapere, quod bona fide pacem nolint. Formulas, quas hactenus mittant, non eſſe claras ſatis. Se formula Pacis Oſnabrugenſis, ea in re, ſtare velle. De autographis conſentire ſe, vt ea extradantur, * aut vt pro abolitis habeantur. Iterum inter noſtros, et Electorales, feruide actum eſt, de maturatione tractatuum. Et in eo ſoluta ſeſſio.

Dies XVIII. — erat Dominica Iubilate. **

Die XIX. — Legatus Mediator: Suae Maieſtates Poloniae, quia publica Regni negotia vrgent, proximo die Sabbathi omnino

conqueſti ſunt, in verbis Brandeburgicos nimium quantum laborare, et inanibus controuerſiis procraſtinare exitum rei, per tot temporum vices fruſtra exſpectatum. Sibi maturata pace opus eſſe, non modo pertaeſis morarum, ſed quia Moſci, ferro atque igne late graſſati, tota belli mole ingruerent, ac fere ceruicibus ipſorum haererent. Igitur animo ſibi conſtitutum, pacis negotium diu multumque actum nunc tandem peragere, etiam abſque Brandeburgicis, quos plane intelligerent bellum malle. At enimuero hi modis omnibus contra niti: voluntatem atque mandata Principis ſui, a quibus ne latum quidem vnguem ſibi recedendum ſit, obuertere: aſtutiam Suecorum, tot manifeſtis indiciis ac documentis cognitam perſpectamque, incuſare: denique orare atque obteſtari, vt communia commoda communi ope conſilioque adiuuare haud deſiſterent. — Haec ita Anonymus Diarii Poloni Auctor.

* Neque id inter rerum harum auctores ſatis conuenit. Etenim Anonymus, quem ſaepe dixi, diſerte teſtatur Suecos abnuiſſe redhibitionem pactorum: eoſdem facili negotio conceſſiſſe, vt vana atque irrita pronunciarentur, ſecundum vſurpatam in pactis Labiauienſibus formulam. In DIARIO SVECICO ad h. d. inuenio, Pacificatorem retuliſſe poſt reditum, ipſos *Electorales ac Polonos miſſum feciſſe Sphum de retraditione Originalium, ſed velle tamen inſeri verba, quae, in pacto X Nouembr. An. MDCLVI Labiauienſi, de caſſationibus pactorum feudalium continentur.* Ego vero, quia res ipſa admonet, formulam illam hoc loco ſubiiciam: *Quem in finem S. R. Maieſtas Sueciae*

no cogitant diſcedere. Comites *de la Garde* et *Oxenſtirna* pariter in patriam reuocati, hinc properant. Prorſus igitur nobis, hac hebdomade, finiendi ſunt tractatus: et facile iam id effici poteſt, quum Polonica paene omnia iam ſint compoſita; Caeſariana non habeant multum difficultatis. Tempus iam eſt faciendae ſementis. Sed ea fieri non poteſt inter arma. Quid ſi igitur arma ad tempus ſuſpenderemus? Mariaeburgum interim a Suecis reddetur Poloniae, ita vt ſola Elbinga in poſſeſſione Suecica maneret, vſque ad pacem. Sane agriculturae, et porro toti Pruſſiae, Curlandiaeque plurimum hac ratione conſuleretur. Interim non niſi proprio et priuato inſtinctu haec loquor, et eadem iam Suecis proponere paratus ſum. *** Haec proloquutus abiit. Noſtri cum Electoralibus, ea de re, deliberare coeperunt. Electoralibus non placuit armiſtitium. Eo enim hoc tantum quaeri dicebant, vt Elbingae Sueci poſſint proſpicere, quae defectu annonae laborat. ****

Sueciae pro ſe et ſucceſſoribus ſuis Regibus ac Regno Sueciae, nunc et in perpetuum pacta — — hoc ipſo cum omnibus et ſingulis ſuis verbis, clauſulis et articulis inibi comprehenſis, irrita atque nulla pronunciat, omnemque ipſis vim, vigorem et effectum hoc ipſo, et virtute huius pacti, penitus et in aeternum detrahit, ipſaque dictorum pactorum originalia, cum retradi non potuerint, hoc ipſo pro retraditis, vtrinque ſciſſis, et in cineres redactis habentur, atque in aeternum habebuntur.

** Sed nec die ſacra prorſus ceſſatum eſt a negotiis. Vid. DIARIVM CVRON. ad h. d. Praecipue Sueci, habitis Sobothi priuatis colloquiis, agitauere ſuper expedienda pace conſilia, in eamque rem litteras ad Legatum Gallum perſcripſere, quae in DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 76. et in LONDORPII Actis loc. comm. pag. 664 edita ſunt. Conf. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

*** Cum iis autem rem iam compoſuerat, ſuperiori die. Vid. DIARIVM SVECIC. ad e. d. Poloni facile ſuffragabantur. Vnde PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII, §. 74. Poloniae Regem refert inducias Foederatis maximopere commendaſſe. *Quum etiam*, inquit, *ſub finem tractatuum Ioh. Caſimirus diſcedere pararet, Caeſareis rogantibus ad finem manere decreuit, poſtulans tamen, vt certa dies concluſioni diceretur, et induciae interim eſſent, quo ſementis ab agreſtibus in Boruſſia tuto fieri poſſit.*

**** Conf. PVFENDORF. loc. comm. Sed praeter hanc rationem, item alias ab Foederatis adlatas Anonymus Auctor ediſſerit: Pace iam paene expedita, inducias non admodum neceſſarias eſſe;

In pactis, cum Electore suo initis, expresse hoc cautum, ne induciae nisi consensu omnium partium fiant. Rectius eo conuerti consilia, vt tractatus pacis, bonis modis, quam primum finiantur. Tum vtilius fore armistitium. Magnus Cancellarius: Serenissimus Rex cras abire decreuerat, sed dedit hoc litteris S. Caesareae Maiestatis, vt ad diem Sabbathi praestolari adhuc constituerit. Ne itaque hoc solatium Suis Maiestatibus et hanc gloriam inuideamus, vt abeant, pace confecta. Ne simus nimium scrupulosi circa verba. His non multum se ligari patitur, qui fidem frangere constituit. Maius pacis huius stabilimentum erit in societate nostra, quae firma manebit: et, si qui rumpent haec pacta, quae iam cudimus, vi foederum nostrorum coniunctim redibimus ad arma. Si placet, determinemus aliquod tempus, intra quod tractatus nostros finiamus. Electorales: In nobis mora nulla est, quin tractatus quam primum ad finem vergant. Vt citius res procedat, en! formulas ab ipsa Legatione Polonica suppeditatas, in Articulo de pactis veteribus seruandis, aliisque, acceptamus. Ergo potius in Suecis culpa est retardatae negotiationis nostrae. Quod ad tempus determinandum adtinet, veremur, ne ipsa illa determinatione plus temporis perdamus.

Rediit interim Mediator, et primum de liberatione Colonelli Richardi, et praesidii Brodnicensis egit. Electorales hoc negotium

communi bono inde multum detrimenti, commodi parum enasci; istis durantibus, Suecos posse cum Danis pacem conficere, animisque ac viribus confirmatis, Polonos iuxta Foederatosque grauius vrgere.

* Cuius Articuli formula exstat in DIARIO SVECICO ad h. d. In ea autem Electorales deleri volebant clausulam hanc, ab Suecis additam, *Vt in Labiauensi tractatu expressum est*: deinde alteram, *Atque haec supra dicta non extendantur vltra ea, quae in Borussia sunt conclusa, saluis per omnia Pacificatione Osnabrugensi, et pactis inter Serenissimam Reginam*

tium differri volebant, donec de captiuis in genere agetur. Mediator: Isti non sunt inter eos numerandi, qui vera aliqua occasione bellica capti sunt. Potius enim praeter apertum et liquidum ius detinentur. Electorales: Captus est Richardus Colonellus, tamquam explorator, qui, sine saluo conductu, venit in ditiones Electorales. De tribuno et praesidio Brodnicensi saepius dictum, quod viam praescriptam non tenuerint. Videntur hac in re Sueci nos cum Polonis velle committere. Alioquin iam dudum purgationibus nostris adquiescerent. Nostri: Nos et ipsi fatemur, tribunum illum excessisse limites praescriptos. Interim pro illo Serenissimus Rex noster auctoritatem suam apud Serenissimum Electorem interposuit, non quod bonam putaret esse tribuni caussam, sed maturandae pacis caussa. Serenissimus Elector, ad intercessionem Regiam, reddidit tribunum et officiarios. Mediator: Tribunus ille iurare velle dicitur, quod non excesserit limites. Nostri: Maturemus pacem, tanto citius dimittentur omnes captiui. Postea Mediator adtulit Articulum, quo renunciatur omnibus pactis antehac Regiomonti, Mariaeburgi et Labiauiae cum Rege Sueciae initis.[a] Idem quoque Articulum Electoralem, de commerciis, ostendit. Tandem vrsit, ne Articuli sine caussa multiplicentur. Articulo primo, qui sic incipit, *Sit pax* etc. posse comprehendi etiam Foederatos: neque adeo particulares Articulos ponendos.

Reginam Sueciae, Christinam, et Electorem Stetini conuentis. Quippe hoc loco sermonem esse tantum de rebus, in Prussia, ac per occasionem belli huius Polonici, actis. Itaque formula ea paullulum a Suecis retractata est: sed neque nunc Pacificationis Osnabrugensis, et pacti Stetinensis memoria penitus praetermissa. Id factum est demum, quum tertium emendaretur. Pactum autem Stetinense Sueci firmare ac stabilire summopere studebant, moniti ab Rautensteinio, Legato Neoburgico, cui longe alia Principis Electoris Brandeburgici consilia, ex scripto eius aliquo, satis patuissent. Vid. DIARIVM SVECICVM loc. comm.

ponendos. Electorales: Caesariani omnino particulariter ſuos Articulos poni volunt. Quos et nos ea in re ſequimur. [°]

Die xx — Primo actum de Dno *Luciani*. Mediator dixit, Suecicam Legationem velle de eo conſulere ſuos ſuperiores. Suo enim arbitrio ſtare hac in re non poſſe, quum Suecia hactenus non niſi Gallicam Mediationem receperit. Electorales: Non vult ille honorem Mediatoris principalis, ſed Mediatori Gallico adſiſtet. Ita tractatus breuiori termino finiri poterunt, quum Caeſarea Legatio quae nunc veniente Mediatore Gallico ſecedere ſolet, praeſens manebit. Noſtri: Non habet quidem ille, quo demonſtret, ſe a Rege Hiſpaniae miſſum. Neque enim litteras, niſi a Legato Hiſpanico habet. Interim hoc apud nos illi non officiet, quin tractatibus noſtris adſiſtat. Poſtea varia ſub deliberationem venerunt. De vectigalibus Pomeranicis iterum facta mentio. [°°] Sed idem, quod nuper, reſpondebat Mediator. Amneſtiam Electoralem noſtri et Mediator putabant cum Polonica coniungi poſſe. Electorales adnuebant, modo illi Articulo ſpecialia quaedam, ad Electorem pertinentia, addantur. Circa eductionem militum noſtri volebant pacta Stumdorfiana ſeruari. [°°°] Quum ad Suecos reuerſus eſſet Mediator, adtulit inde puncta, ad Caeſarem pertinentia. [°°°°] Item deſideria quaedam Suecorum, circa amneſtiae punctum.

[°] Praeterea hoc die quaedam alia pacificationis capita propoſita ac diſceptata ſunt: velut de ſponſione pacis, de Diſſidentibus in Polonia, de reſtitnendis bonis Radziuiliae Principis. Sed nulla acrior tum, quam ſuper vectigalibus Pomeranicis, contentio, de qua Anonymus Auctor eadem fere, quae paullo ante PASTORIVS, expoſuit. Id enimuero addit, vectigalia illa Brandeburgicos nunc inſtantiſſime repetiiſſe, tamquam iure iniuſto a Suecis vſurpata. Namque ab his pactioni Oſnabrugenſi (Art. x. §. 13.) incluſa eſſe loco alieno, Legatiſque Brandeburgicis, qui tum ibi adfuiſſent, nihil tale cogitantibus. Haec ita illi. Alii incuriam et facilitatem reprehendunt. In quam ſententiam PFANNERVS Hiſt. Comitiorum Ratisb. Lib. I. §. 7. *Et Suecis*, inquit, *tanta iam adeptis, ne quid eſſet,*

ctum. ***** Volebant enim vocem, *Confuetudines*, priuilegiis et iuribus addi. Sed id noftri abnuebant. Nolumus, dicebant, hoc oftio admittere denuo Arianos. Addiderant Sueci: *Saluo libero, vt ante, Religionis Euangelicae exercitio.* Noftri concedebant, vt fit religionis ita, vt ante fuit, liberum. Ceterum, quum de ciuitatibus Pruffiae tantum agi videretur, Electorales petebant, vt non tantum ciuitatibus, fed et Nobilitati Polonae priftina priuilegia et immunitates, in religione, firmentur. Noftri: Nolumus his caueri per hos tractatus, ne Sueci religionis patroni fint in Polonia. Deinde alia eft ratio Nobilium, alia ciuitatum. Nobiles de priuilegiis fuis, in Comitiis, agere poffunt et folent: ciuitates iam Pruffícas ex manibus Suecorum recipimus, qui adeo earum cauffam agunt. Nobilium Poloniae nec ipfi Sueci faciunt in propofitionibus fuis mentionem. Nos veftigiis eorum infiftimus. Cum Electoralibus, de religione, hic agere nobis nec mandatum, nec propofitum eft. Electorales: Nos non nifi beneuolum, hac in re, adfectum follicitamus. Et eiufmodi formula concipi poteft, qua fatis praecaueatur, ne in gratiam Sueciae quidquam religioni dari videatur. ****** Datus eft deinde Articulus amneftiae Mediatori paullum immutatus. Quum ad Suecos eum detuliffet, tandem poft longum fatis interuallum inde reuerfus; Difcepto fere per horam,

fet, quod fruftra concupiiffent, vectigalia ad littora Pomeraniae atque Megapoleos adiecta, Teichmanno Roftochienfium Procuratore nequicquam repugnante, quum ipfi Brandeburgii minus obniterentur: teftimonium diffenfus fui a Caefarianis, confectis iam Pacis tabulis, retuliffe contenti. Eadem poftea Brandeburgici Legati Norimbergae, quae Ofnabrugae, facilitas.

** Auctor Anonymus, cuius DIARIVM ad h. d. fubfiftit, propofitum a Brandeburgicis effe commemorat, velle Electorem ifta triginta millibus vncialium redimere.

*** Conf. fupra p. 197. n. ***

**** Vid. in DIARIO SVEC. ad h. d.

***** Vid. ibidem.

****** Conf. fupra p. 89.

ram, inquit, cum Suecis ſuper amneſtia, et pactis antiquis integre ſeruandis. Illi pacta, inter Poloniam et Electorem inita, ad ſe pertinere negant, nec quidquam iis vel addere, vel demere, non improbare, nec adprobare velle. Elbingae traditionem, in manus Electorales, ſe pro ruptura pacis quidem non habituros, ſed interim nec ſcripto id nunc velle profiteri. Noſtri admirati: Atqui ſcriptum eiuſmodi priuatum antehac promiſerunt. * Mediator: Promiſiſſe ſe dicunt, ſub conditione, ſi in Liuonia ipſis, in puncto religionis, minus graues fuiſſent noſtri. Nunc ſe illo promiſſo non teneri. ** Noſtri: Quod ſcripto facere ante polliciti ſunt, nunc verbotenus tantum facere volunt Sueci. Ergo et nos declarationes noſtras, de reſignatione Sueciae et Liuoniae, pariter non ſcripto, ſed oretenus duntaxat dabimus. Recedunt illi ab eo, in quod conſenſerant antea, ſine vlla data a nobis cauſſa. Foedera noſtra violare, aut abrogare, his tractatibus nec poſſumus, nec volumus. Et quam tuto meris verbis credi poſſit, iam ex exemplo diſcimus, quum toties Sueci a conuentis reſiliant. Electorales: Illi hoc tractatu pro Elbinga et Mariaeburgo, iam per ſe defenſioni eorum impares, Sueciae et Liuoniae reſignationem obtinent; a nobis praeterea Pomeraniae loca occupata. Sed inſuper hoc quoque obtinere cupiunt, vt pacta noſtra, cum Polonia, inita rumpamus. Quae aequitas? Omnibus igitur, quae hactenus intercellerunt, penſi-

* De quo vid. ſupra p. 185.

** PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 70. *Sub finem tractationis, Sueci valde circa Elbingam tricabantur, neque clauſulam ſaluatoriam in Articulo, de amneſtia, ferre, neque ſeparatum formare, aut ſcriptam cautionem tradere iam volentes, quod haec antea a noſtris acceptata haud fuerit: reuera, quod omnibus in priorem ſtatum repoſitis ius, Electori e pactis Bydgoſtianis quaeſitum, conuellere cuperent.* Conf. DIARIVM SVECICVM ad d. inſequ.

*** Butonia et Lauenburgum, praefecturae Pomeraniae ulterioris, veteri nexu beneficiario ad Regnum Poloniae pertinebant.

penſitatis, non reperimus, quomodo ſecuritati Electorali conſuli poſſit, quam vt ex mente omnium hic paciſcentium declaratio fiat, punctum hoc amneſtiae nihil derogaturum pactis, cum Electore antehac initis. Si id abnuitur, melius, vt aperte id fiat, et mature, ne fruſtra tempus perdatur. Cancellarius Lithuaniae: Vt ſatisfiat Electoralibus, dandus omnino ſeparatus Articulus, ratione Elbingae. Vt, ratione Butouiae et Lauenburgi, *** pariter ſecurus eſſe poſſit Sereniſſimus Elector, ponamus in Articulo amneſtiae: *Communitates et ciuitates, nunc in poſſeſſione Suecorum exiſtentes.* Butouia enim, et Lauenburgum, non ſunt in eorum poſſeſſione, adeoque ad haec loca amneſtia illa non pertinebit. Mediator: Poſcunt Sueci moram et ſpatium colloquendi cum Elbingenſibus, qui adſunt. Aderant autem Bartholomaeus Meyenreis, Praeconſul, et Treſchenbergius Conſul, cum Secretario Becker. Rem eſſe tanti momenti, vt tam celeriter ſe expedire non poſſint. **** Interim alii Articuli excutiantur. Acceſſum eſt igitur ad euacuationem locorum in Pruſſia, et Curlandia: de qua conceptum recens a Suecis Articulum ***** noſtri nolebant recipere, priori ſtandum eſſe pertendentes. Militem per Pillauiam educendum ex Pruſſia: ita curribus non fore opus, quorum requirebant Sueci magnum numerum.

 Quum

nebant. Eas Caſimirus III. Rex Anno MCCCCLX. fiduciaria lege poſſidendas tradiderat Erico, id nominis ſecundo Pomeranorum Duci, cuius poſteri ac ſucceſſores, eadem formula, vſque ad Bogislaum XIV. tenuere. Poſt eius obitum, reſtitutae ſolius Regis imperio, et Pomeranico, quem vocant, Palatinatui adiunctae ſunt. Tandem Ioh. Caſimirus, in pacto Bidgoſſiano, Electori Brandeburgico conceſſit, eodem iure, quo Pomeraniae Duces ante habuerant. Conf. CPH. HARTKNOCH. de Republ. Polon. Lib. I. c. 6.

**** Acta cum iis copioſius exponuntur, in DIARIO SVECICO, ad d. inſequ. Conf. PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VII. §. 13.

***** Vid. DIAR. SVEC. ad h. d.

Quum ad Suecos abiisset Mediator, reuersus inde punctum amnestiae paullulum immutatum, * et iam minus a nostrorum sensu abiens, adtulit. Interim ratione Elbingae, permittere dixit Suecos, vt illam tradat Rex Poloniae, et de eo disponat pro lubitu suo. Ceterum pacta, inter Poloniam et Electorem inita, nec adprobare nec improbare velle, adeoque clausulam de pactis illis, ad ipsos missam, omnino acceptare nolle. Posthaec secedente Mediatore, Magnus Regni Cancellarius hortari coepit Electorales, ad inueniendum et amplectendum aliquod temperamentum, quo Articulus iste, de pactis,** complanari possit, ne tantum temporis, in ea re, opus sit insumere. Si aliud melius reperiri nequeat consilium, prius saltem de scripto separato a Suecis, ratione Elbingae, dando ne abnuant. Electorales: Nos mere tantum indemnitati pactorum cauemus, quae, in gratiam hostium, violare nulla ratio permittit. In scripto separato concipiendo plus temporis conteretur, quam in clausula eiusmodi, qualem requirimus. Interim scripti talis formulam, qualem dare volent, parati sumus videre. Nostri: Videmus Suecos proposito suo obstinate insistere, et pacta nostra, cum Serenissimo Electore, vllo modo adprobare nolle. Si placet, concipiamus ipsi formulam de Elbinga, et ad Suecos mittamus. Forte sic citius ad scopum nostrum perueniemus. Missum est per Mediatorem hoc additamentum, ad Articulum amnestiae adiicien-

* Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

** Intelliguntur Constitutiones aduersus Arianos, siue Socinianos, de quibus quaedam supra dixi pag. 90. not. ** Sed enimuero in Comitiis huius anni, non nisi vna, eaque ex veteri Vladislai Iagellonis, de haereticis, Statuto seuerissima, lata est: altera anno insequente. In illa omnium primum sancitum, vt istam sectam professi, vel quocumque modo tuiti, capite, fama, bonis mulctarentur, nisi intra triennium aut errores eiurauerint, aut Regno exierint. Ita enim habent verba: — *Reassumentes et in suo vigore relinquentes, contra illos, Statutum Vladislai Iagellonis, Antecessoris nostri,* de

adiiciendum: „Haec tamen non extendentur ad ea, quae Serenisſimo Electori a S. Regia Maiestate, et Republica Poloniae, concessa sunt iura et loca.„

Die XXI. — Legatio Caesarea excusabat apud nostros Legatos, et Electorales, absentiam suam a sessione. Heri enim sub vesperam adlatas esse a S. Caesarea Maiestate litteras, cum nouis plenipotentiis, et saluis conductibus pro Legatione Suecica. His legendis, ordinandisque exinde negotiis suis hunc se diem consecraturam. Deinde nostri denuo hortabantur Electorales, ne temperamentum oblatum ratione Elbingae adspernentur. Electorales: Sueci, in scripto separato, tantum Elbingae mentionem facere volunt. Nostrum autem est, aliorum quoque locorum ratione, pactis nostris et eorum securitati prospicere. Sueci enim omnibus ordinibus et locis Prussiae caueri volunt, vt in priora iura reponantur. Inde posset deinceps ansa aut praetextus belli enasci. Nam nec Elbinga, nec Butouia, nec Lauenburgum, in sua antiqua iura omnimode reponentur, quia, per pacta Bidgossiana, aliter ordinatum est. Interea Legatus Mediator a Suecica Legatione punctum amicitiae, qui omnium primus est, item punctum amnestiae adtulit. In hoc posteriore correcta a nostris aliqua, et inprimis addita haec clausula: „Articulus tamen iste non derogabit in „quopiam Constitutionibus Poloniae anni MDCLVIII.„ ” Sed in

 hanc

de Haereticis, consensu omnium Ordinum constituimus: Quod, si quis eiusmodi inuentus fuerit, qui sectam hanc Arianam in ditionibus nostris tam Regni, quam Magni Ducatus Lithuaniae, et prouinciis ei annexis ausit alterutelue confiteri, propagare aut praedicare, vel illam aut assertores illius protegere et souere, fuerit-que super hoc legitime conuictus, talis quilibet superius nominato Statuto subiacere debeat, et sine ulla dilatione per Capitaneos nostros et officia ipsorum capite plecti, sub priuatione Capitaneatus. Fautoribus vero illorum, tanquam pro poena perduellionis, forum in Tribunali inter causas conseruatas mixti fori assignamus ad

hanc clausulam nullo modo Suecica Legatio consentire voluit, et diu in hoc vado haesitauit negotiatio. Sueci enim non committendum sibi putabant, vt expresso Articulo adprobarent Constitutionem illius anni, contra Socinianos, seu, vt vulgo vocantur, Arianos latam. Aderant quippe Suecis nonnulli, ° qui eam Constitutionem omnino euertere conabantur. Eam contra inuiolatam seruare constitutum erat Legationi Polonicae. Quum diu ferbuisset disceptatio, suggessit vnus consilium, vt in Articulo amnestiae ponantur haec verba: „Omnes Communitates cuiuscunque ordinis, religionis etc. fruantur iuribus, priuilegiis, *secundum leges Regni.*„ Consensere Sueci, sed ita, vt *iuribus ac priuilegiis* addatur vox, *Consuetudinibus.*

Die XXII. — Mediator declarationem a Suecis de scripto separato, ratione Elbingae dando, eiusque formulam ab illis conceptam adtulit: °° sed simul dixit, hac lege daturos Suecos eiusmodi scriptum, vt punctum amicitiae statim quoque complanetur; deinde, vt de restitutione locorum Pomeraniae protinus agatur. In formula

ad instantiam cuiusuis, sicuti et Capitaneis, eorumque officiis: in Magni autem Ducatus Lithuaniae Tribunali ex quouis registro. Volentes tamen clementiam nostram exhibere, si quis talis inuentus fuerit, qui hanc sectam suam abnegare noluit, ei annos tres ad diuendenda bona sua concedimus, rel. Id autem triennium, in Constitutione anni MDCLIX. ad duos annos redactum est. Conf. STANISL. LVBIENIECII Hist. Reformationis Polon. Lib. III. c. 17 sq.

° Per ea tempora, Suecos Ariani haud pauci sequebantur; in his idem, quem modo laudaui, Lubieniecius, gratiosus olim apud Carolum Gustauum, Regem, Gardioque et Slippenbachio, Regiis Legatis, carus. Hunc inprimis credibile est abolendae Constitutioni nihil intentatum omisisse. In conuentu Oliuensi adfuisse satis constat. Conf. Vita Lubieniecii, Equ. Poloni, praemissa eiusd. Historiae Reform. Polonae.

°° Ad eam declarationem Sueci aegre adducti, Legatum Gallum enixe rogauerant, vt omnia prius tentaret, quam haec aduersae parti daretur. Forsitan Brandeburgicos flecti posse. De Polonis nullam sane dubitationem esse: immo gratum illis futurum, si vrbs Electori haud obueniret.

formula desiderabant multa Electorales: atque iidem, ab omnibus paciscentium partibus, declarationem requirebant, qua caueretur, ciuitatis Elbinganae in sua iura restitutionem pactis Bidgossianis non derogaturam. Mediator vno Articulo, ab omnibus paciscentium partibus, eiusmodi declarationem fieri posse negabat: neque vllam partem eo obligari debere. Nostri: Nos pacta Bidgossiana admittimus, Sueci non item. Ergo vno eodemque Articulo declaratio omnium partium comprehendi non potest. Alia enim forma quaeque pars illam dare debet. Quod ad Poloniam adtinet, ea declarationem dare suo nomine non abnuit. Electorales: Scriptum tale continebit explicationem amnestiae. Haec ab omnibus confici et adprobari debet. Mediator: Notent Dni Electorales, qua in re praeiudicium fieri metuant pactis Bidgossianis. Dabo operam, vt id tollatur. Electorales: Volumus non tantum Elbingae, sed et aliorum Prussiae locorum ratione nobis caueri. Abeunte Mediatore, superuenit Magnus Cancellarius. Hoc praesente mota est, super eodem Articulo amnestiae, controuersia

obueniret. Formulas autem istiusmodi iam superiori die Sueci varias perscripserant, earumque praecipuas exhibuerant Gallo Pacificatori, qui ad Polonos deferret. Conf. DIARIVM SVECICVM ad e. d. Tales, hoc die XXII Aprilis, plures transmissae ac ventilatae sunt. Sed quaenam a PASTORIO indigitetur, aliquando iudicabunt sagaciores: ego certum adfirmare non ausim. In DIARIO SVECICO ad h d. prima adfertur haec: *Quodsi Sereniss. Rex et Respublica Poloniae, post conclusam et executioni plenariae datam pacem, et commutatas ratihabitiones, Elbingam, quae saluis suis priuilegiis in omnibus, vt in ipso Instrumento Pacis exprimitur, tum Poloniae retraditur, Sereniss. Electori concedere voluerit iure tantum hypothecario, vsque ad solutionem adstipulatae summae pecuniariae, (qua soluta, vel ante vel post ratificationum commutationem, nihil magis in Elbingam praetendere poterit Sereniss. Elector,) pro ruptura pacis a Suecia id non interpretatum iri, hisce declaratur: modo fiat saluis et integris iuribus, priuilegiis, et immunitatibus omnibus praedictae Ciuitatis, in Ecclesiasticis et Politicis, citra omne Praesidium, saluo itidem inprimis Consiliariatu, vt et in conuentibus Regalis Prussiae competente sessionis loco.*

uerſia circa paragraphum, vbi *priuatorum* ſit mentio. * Verbum enim id Principi Annae Radziuiliae obeſſe dicebant Electorales. Hac etenim ratione donationes caducarias priuatis, non item Communitatibus factas, reſcindi. Periculum inde fore, ne Militia Lithuanica, quae, voce *priuatorum*, non excludi ſe dicet ab vſurpatione bonorum Radziuilianorum, olim ipſi donatorum, inuolet, nec extorqueri ſibi patiatur bona illa. Cancellarius Lithuaniae milites, vt priuatos, bona iſta impetraſſe dicebat, adeoque nihil metuendum Principi Radziuiliae. Neque enim Communitati militari ea vmquam fuiſſe adiudicata. Interea Mediator a Suecis rediit, negans, Suecos ſuper puncto amneſtiae, ſcripto vno et coniuncto declarationem, qualem velint Electorales, dare velle, et fruſtra ſe illis hoc proponere. Electorales formulam ſcripti ſeparati, a Suecis concepti, examinare coeperunt: ſed, quum nulla paene in re ipſis ſatisfaceret, ** tandem ipſi digreſſi, aliam ſuis verbis conceperunt: *** *Quandoquidem in Inſtrumento* etc. etc.

Interim venit Baro Liſola, qui primum abſentiam Comitis Colourati, adhuc infirmi, excuſabat, poſtea referebat, miſſos a S. Caeſarea Maieſtate nouos ſaluos conductus et plenipotentias, **** per peculiarem tabellarium: in iis ſi ſit aliquis defectus, et nouum Sueciae Regimen fortaſſis non recte expreſſum ſit, promittere Caeſarem promtam in iſtis ſatisfactionem, ſimulac, quod deſit, fuerit ſignificatum. Ceterum conſilia Caeſarea, poſt mortem Regis Sueciae, nihil mutata eſſe. Simulque oſtendebat litteras, in quibus

* Vid. INSTRVM. PACIS OLIV. Art. II. §. 5.

** Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

*** Quae deinde ipſi Declarationi Suecicae, tamquam prooemium, addita eſt, atque infra legi poteſt, in Actis Pacific. No. LXV.

**** Formula plenipotentiae, ſ. Procuratorium

bus propria manu adſcripſerat Caeſar: *In omnibus noſtris prioribus reſolutionibus manemus.* Idem Baro Liſola retulit, Colbertum, a Rege Chriſtianiſſimo et Cardinale Mazarino ablegatum, apud Caeſarem fuiſſe. Ac primum de pacis Polono-Suecicae tardiore progreſſu conqueſtum, eiuſque cauſſam innuiſſe, quod Poloni Liuonia cedere nolint Suecis. Sed eumdem Colbertum contrarium, ex Miniſtris Caeſareae Maieſtatis, audiuiſſe. Quaeſtiones Caeſari propoſitas has eſſe a Colberto, nomine Cardinalis: 1) An pacem velit Caeſar? Reſponſum: Omnino velle. 2) Qualem? Reſponſum, generalem, non ſpecialem. 3) Quo in loco, et quid pro ſe, et Confoederato ſuo Electore, poſtulet Caeſar? Reſponſum: Id Legatis, in Poloniam miſſis, declaratum commiſſumque eſſe a Caeſare. Denique, 4) an pax iſta, ante campeſtrem tempeſtatem, confieri poſſit? Reſponſum: Paene iam concluſam eſſe. Eumdem Colbertum armiſtitii quoque, in Pruſſia faciendi, mentionem feciſſe. Oſtenſa porro illi eſſe a Miniſtris Caeſarianis poſtulata Caeſaris, quae, in his tractatibus, proponi iuſſerit a Legatis ſuis. Aequiſſima illa eſſe, et nihil, niſi ſecuritatis deſiderium, nullum laeſionis ſpirare. Ipſum tandem Colbertum, aequitate poſtulatorum commotum, dixiſſe: Si Sueci ſecuritatem, qualem Foederati Poloniae requirunt, nolunt praeſtare, certi ſint, Galliam nulla ipſis auxilia miſſuram. [c] Poſtremo, iniunctum ſibi a Caeſare, Domino ſuo, memorabat Dn. Liſola, vt ante omnia, de puncto guarantiae, tranſigant in hoc tractatu. In guarantiae Suecicae

ratorium poſterius Sac. Caeſ. Maieſtatis, vid. in Actis Pacific. No. LIII.

** PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VII. §. 13. ſilentio iſta omnia praetermittens, hoc vnum refert: *Vt Polonis ſcrupulus inlicaretur, Liſola per aulam Polonicam ſparſerat, Colbertum Croiſſium eo duntaxat fine*

cae formula multa eſſe, quae deſiderari poſſint. Eſſe nimis generalem, et nimis prolixam. Viſam a Suecis Caeſaream: in eius margine debuiſſe Suecos adnotare, quae deſiderarent, vti in amneſtiae Articulo antehac fecerint. In ſua illos non declarare, quos velint ad guarantiam acceptare: et multa alia ſpecialiter non exprimere, ſine quibus imperfecta ſit guarantia. Haec Dno Mediatori, rogabat, a noſtris proponi, ſimulque ſaluos conductus tradi. Noſtri promiſerunt, conteſtati, animo gratiſſimo a ſe accipi S. Caeſareae Maieſtatis conſtans, in hac pace promouenda, propoſitum. Mediatori itaque omnia, quae proponi poſtulauerat Caeſareus Legatus, a Magno Cancellario propoſita ſunt, atque in primis illud de guarantia, quam ceteris rebus antehaberi velint Caeſarei. Mediator ad Suecos iſta relaturum ſe promiſit. Interim quid de vectigalibus Pomeranicis, quae redimere vellent Electorales, ſperandum ſit, breuiter indicauit: nimirum, magno admodum a Suecis aeſtimari vectigalium iſtorum reditus, et, in compenſationem eorum, tria minimum oppida Electoralia, *Loekenitz*, * — — poſtulari. His dictis abiit ad Suecos. A Suecis reuerſus Mediator, retulit, non conſentire Legationem Suecicam, vt de guarantia tractetur, niſi vbi Articulus amicitiae, et reſtitutionis locorum, fuerit prius complanatus. Ante enim de re, hoc eſt, pace ipſa, quam de

fine, a Galliae Rege, Viennam miſſum, vt peculiarem, inter Caeſarem et Sueciam, pacem conciliaret: ſed re infecta ipſi diſcedendum fuiſſe. Qui tamen mox vanitatis conuincebatur.

* Reliquorum nomina, quia in promtu non erant, a PASTORIO omiſſa ſunt. Satis conſtat, poſtulaſſe Suecos praeter Loekeniciam *Vieraden*, hoc eſt, Ad quatuor rotas, atque *Suedt*, Vkeranae Marchiae oppida. Conf. DIAR. SVEC. ad h. d.

** *Quodſi Sereniſſ. Rex et Reſpublica Poloniae, poſt concluſam pacem et commutatas ratihabitiones, Elbingam, quae ſaluis ſuis priuilegiis in omnibus, vt in ipſo Inſtrumento Pacis exprimitur, tunc Poloniae retraditur, Sereniſſ. Electori concedere voluerit vſque ad ſolutionem adſtipulatae*

de ſecuritate pacis, conueniendum eſſe. Idem Mediator aliud ſcriptum, ad negotium Elbingenſe ſpectans, adtulit, in quo nulla mentio erat priſtini Conſiliariatus et Seſſionis Elbingenſium, in conuentibus Pruſſicis. ** Quum id necdum placere videret Electoralibus, ipſe aliam breuiorem formulam conſcripſit, talem nempe: „Legatio Suecica declarat, ſe non impedire, quo minus Po„lonia Elbingam tradat Sereniſſimo Electori, neque hanc traditio„nem, vti nec ceſſionem Butouienſis et Lauenburgici diſtrictus, „pro violatione tractatus pacis fore habendam.„ *** Hanc quum praelegiſſet, addebat mox, formulam, ab Electoralibus propoſitam, Suecis non probari: adeo vt amneſtiae Articulo pacta Electoralia addi malint, quam formulam illam admittere. Eoſdem quoque recipere malle expediens a Legatione Polonica propoſitum, vt nimirum amneſtiae Articulus, de quo agatur tam operoſe et tot dierum impendio, non niſi ad partes principales, Polonos et Suecos, pertineat: quum amneſtia Electoralis ſeparato poſtea ponatur Articulo. Electoralibus non conſentientibus, aliis iterum pariendis formulis foecunditas ingeniorum vacauit, **** ad nonam vſque veſpertinam. Tandem vero, cum bono Deo, conſenſum eſt in hanc ſequentem: ***** *Legatio Suecica declarat Sereniſſ. Regis Regnique Sueciae nomine ea, quae in Inſtrumento Pacis, Articulo*

latae ſummae pecuniariae, qua ſoluta nihil magis in Elbingam praetendere poterit Sereniſſ. Elector, pro ruptura pacis a Suecia id non interpretatum iri, hiſce declaratur: modo fiat ſaluis et integris iuribus, priuilegiis et immunitatibus omnibus praedictae Ciuitatis, in Eccleſiaſticis et Politicis. Vid. DIARIVM SVECICVM loc. comm.

*** Ab hac paullulum diuerſa eſt ea, quae, a Pacificatore perſcripta, in DIARIO SVECICO ad h. d. refertur.

**** Conf. DIAR. SVECIC. loc. comm.

***** PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 70. *Demum Sueci in ſcriptam cautionem conſentiebant, cuius diuerſae formulae concipiebantur, circa quas ab hora nona matutina, ad decimam*

ticulo II. de redintegratione iurium disponuntur, non debere concernere ditiones, ſtatus, terras et loca, quae a Sua Serenitate Electorali poſſidentur, nec eo trahenda: neque obſtare eumdem Articulum, quo minus Suae Serenitati Electorali Elbinga iure, quod eidem competere poteſt, tenenda tradatur, ſaluis de cetero eius Ciuitatis priuilegiis et immunitatibus, tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis, ſaluo itidem iure retractus conuentionalis Sereniſſ. Regi et Reipublicae Polonae, quoad Elbingam. Ita tandem praecipiti iam nocte diſceſſum.

Die XXIII. — Legatus Mediator formulam amicitiae Electoralibus Legatis, a Legatione Suecica, adtulit. In qua pauca admodum deſiderata. Electorales tamen, in ea, Electorem ſuum *Socium et Foederatum Poloniae* * vocari volebant. Contra, *Foederati* nomen in hoc puncto Suecos Electori dari nolle, Mediator reponebat. Deinde circa verba, *Inferat vel inferri patiatur*, non nihil diſputatum eſt; quia non facile definiri in talibus poteſt, quo vſque ſe patientia iſta extendere debeat. An e. g. ſi vicinus aliquis Princeps, huic paci non incluſus, in Foederatum Electoris arma moueat, teneatur Rex Poloniae, vel alius amicus, hoſtem illum

mam veſpertinam, nemine interim ſurgente, aut cibi quid potuſue capiente, laborabatur, Polonis noſtros precibus obtendere non deſiſtentibus, vt tandem obſcura formula contenti eſſent, ſimul teſtantibus, ob iſthanc formulam ſeſe pace carere nolle: praeſertim quum, ſi quid ei deſit, non modo ampliſſimis declarationibus, ſed et armis ſuppleturi ſint.

* Non modo *Socium et Foederatum Poloniae*, ſed *perpetuum Poloniae Foederatum, et huius belli Socium:* quemadmodum in DIARIO SVECICO ad h. d. diſerte habet formula amicitiae Brandeburgica, Suecis ante exhibita. Ab his autem pacis ſequeſter tum et amicitiae, cum Rege Poloniae, formulam adtulerat, cuius exemplum ibidem legi poteſt. Et Poloni quoque in ea Imperatorem, atque Electorem Brandeburgicum, non *Confoederatos* tantum, ſed *perpetuos Confoederatos* dici vocarique volebant.

** Simul et Poloni, quos quidem DIARIVM SVECICVM ſolos, praetermiſſis Electoralibus, commemorat.

*** In INSTR. PACIS OSNABR. Art. II. ad quem locum PASTORIVS quaſi digitum intendit, verba ita habent: — *Per*

illum a suo amico Principe armis auertere, atque adeo in se ipsum adtrahere. Electorales [°°] vocem, *patiatur*, nolebant admittere: sequendam potius in ea re Germanicae Pacis formulam, in qua haec sint verba, [°°°] *Per suos inferat, vel inferri patiatur*: vel ponendum, *Non inferat per se, nec per alios, nec per suos inferri patiatur*. Mediator: Quidquid hic fiet, mutuum erit. Si Suecis, voce ista, *patiatur*, non cauebitis; non cauebunt vicissim illi vobis. [°°°°]

Accessum mox est ad Articulum guarantiae, Suecis iam pacis caussa consentientibus, vt, simul atque Caesarei Legati adfuerint, de ea agatur. Antequam vero Caesarei venirent, interiectum aliquid de restitutione locorum Pomeraniae: conceptam nimirum ea de re formulam Electoralium Suecis non placere, ob prooemium, quod adiectum sit. [°°°°°] Electorales prooemium tale sibi, a Serenissimo Electore suo, praescriptum esse adserebant. Nec habere Suecos, cur Pomeraniam suam, etiam cum prooemio, recipere abnuant. Mediator, ad Suecos nonnihil digressus, quum rediisset, guarantiae Articulum in crastinum, ob absentiam Caesareorum

 reorum

Per se vel per alios — inferat, vel inferri faciat, aut patiatur. Neque ea sequenda Electorales, aut Poloni commendauerant, sed potius Sueci, interprete Regni Thesaurario: de quo DIARIVM SVECICVM ad h. d. diserte testatur. *Dnus Regni Thesaurarius allegat Instrumentum Osnabrugense. — Post longam disputationem placuit, vt Dnus Mediator primum monstret Dnis Polonis verba Instrumenti pacis Osnabrugensis.* — Poloni autem potissimum verba haec, *Per suos inferri patiatur*, interponi volebant: de extraneis enim, in quos nullum ipsis ius potestasque esset, nequaquam posse fidem praestare. Sed tali siue promissione, siue cautione, continetur factum proprium, se curaturum, ne quid hostilitatis aut molestiae alii inferant.

**** Conf. DIAR. SVECIC. ad h. d.

***** Formula ea omnis, in DIARIO SVECICO, descripta est. Hoc loco suffecerit prooemium, quod tamquam superuacaneum Sueci delendum censebant, repetere. *Sua Serenitas Electoralis Brandeburgica non solum Sac. Ro. Imperio, sed et vniuerso Orbi testatum reddere volens, se exorto bello Polonico non nisi reducendas*

das

reorum Legatorum, differendum dixit: rogauitque simul, vt Caesariani inuitentur, tum vt omnes rem bene praeparatam adferant, et salebrae, quae morari negotium possint, amoueantur.

Die XXIV. — Formula guarantiae oblata est Suecis. * Illi vicissim suam miserunt. ** Innuebat iuxta Dnus Mediator, Suecicam Legationem in mutuam, qualis ponatur a Polonia et eius Foederatis, *** confoederationem consentire, dummodo generaliter illa concipiatur. Postea praesentibus Legatis Caesareis lecta est formula guarantiae Suecicae. In qua primum omissa aliorum Regum et Principum, ad guarantiam, inuitatio desiderabatur. Deinde disceptatum super verbis, in eadem formula positis a Suecica Legatione: *Grauissimis iniuriis.* **** Esse has voces multis interpretationibus obnoxias. Posse enim partem vnam pro grauissima iniuria habere, quae non sit. Aliter itaque rem hanc determinan-

dae pacis generalis, firmandaeque securitatis ac quietis publicae causa, arma tam in Imperio, quam in Prussia sumsisse. Sed in reliquis quoque varia animaduersa. Praecipue certum tempus restitutionis indicari volebant, *in Pomerania intra mensem, in Holsatia inter sex septimanas, a conclusa et subscripta pace.* Vid. DIARIVM SVECICVM loc. comm.

* Vid. in DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 79. et in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 164.

** Vid. in DIARIO EVROP. p. 78. et in LONDORPII Actis loc. comm.

*** *Hanc transactionem et pacem, omnesque eius articulos, capita et clausulas. Par e supra nominatae tam Principales, quam Foederatae, ac belli Socii, sancte et inuiolabiliter se obseruaturas promittunt, et, ne inposterum impune violari queant, se inuicem ad guarantiam et euictionem — ex omni parte obstringunt. Inprimis inuitabantur, ex consensu Partium omnium, ab vtraque Parte, earundem Foederati, Cognati, Reges, Principes aliique Status* rel. Verum hanc talem sponsionem pacis mutuam, quantumuis naturali iure innixam, et recentissimis quoque pactionibus, Bromsebroensi atque Osnabrugensi, vsitatam. Sueci tamen suspicabantur a Foederatis iniquissimo animo propositam esse. Itaque PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Gustaui, Lib. VII. §. 12. diserte ait: *Guarantiam Caesarei et Brandeburgici ita conceperant, vt certo sibi persuaderent, Suecos eam reiecturos, eoque ansam abrumpendi tractatus praebituros.* Et profecto parum absuit, quin, post tot ac tantas difficultates, negotium pacis demum ad

terminandam, vt belli pruritibus occasio et praetextus auferatur. Quum nostri dicerent, si quae in posterum de iniuriis futura sit controuersia, ad arbitrium partium omnium, quae nunc paciscantur, confugiendum esse prius, quam ad arma: Caesariani negabant, isto modo pacis securitati satis cautum esse. Si cui enim parti bello opus fuerit, eam, non exspectato aliarum partium arbitrio, arma eo celerius arrepturam, vt imparatos opprimat. Quamlibet iniuriam grauissimam videri ei, qui litigandi materiam quaerat. Varie et acriter de hoc disceptatum. Tandem eo consensum est, vt quaeque Legatio formulam concipiat, in consessu dein publico examinandam. Quum eo fine secederent ceteri Legati, Legatus Mediator interim per saturam quasi proponebat aliquid nostris, de fideiussione Christianissimi Regis, tum de guarantia separatim facienda, si in generalem conueniri nequeat. °°°°° Sed nihil definitum. Redeun-

ad hunc quasi scopulum illideretur. Nam initio Sueci illam, quam diximus, sponsionem pacis abnuebant: deinde mutuam cum Polonis tantum volebant. Tandem, rationibus omnibus diligenter subductis, in vniuersam consentiebant. *Sed in hanc,* inquit PVFENDORFIVS loc. comm. *Sueci consenserunt hoc modo, vt iniuriae, quas inposterum vnus alteri inferre possit, per Commissarios citra bellum expediantur, et parti laedenti, iunctis viribus, vbi aequas conditiones respuerit, occurrendum. Id quod aeque in fauorem Sueciae, quam ceterorum, cedere poterat. Etsi satis constabat, id caput potissimum a Brandeburgicis vrgeri, vt sibi cum omnibus initos tractatus firmarent. Sed vel ideo Sueci non reluctandum videbatur, ne perpetuum bellum meditari viderentur.* Iuuabit rem eam omnem luculentius cognoscere EX DIARIO SVECICO ad h. d.

**** *Hisce, quam fieri potest, firmissime promittentes, vt, si contingat, vnam Partem ab altera, vel plures Partes a pluribus contra moderna pacta bello impeti, vel grauissimis iniuriis vexari, altera reliquaeque Paciscentium Partes Parti laesae adesse, et adsistere inuicem teneantur.*

***** PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. VIII. §. 71. *Lumbranus initio Regis sui sponsionem offerebat non nisi circa ea, quae ad Suecos et Polonos pertinebant. Qua de re quum nostri* (Brandeburgici) *apud Polonos quererentur, quasi infesti quid a Gallo agitaretur, ac Electoris caussam a Polonia separari non posse, cui et ideo ansa praebeatur circa ratificationem tergiuersandi; hi obtinuerunt, vt ad Electorem quoque ea sponsio porrigeretur.*

Redeuntibus poſtea Legatis Foederatorum, Baro de Liſola de guarantiae formulis loqui coepit. In noſtra, inquit, prolixitas Suecis diſplicuit, quae tamen nihil periculoſi continet. Sed in ſua Sueci pacta, quae inter Caeſaream et Regiam Poloniae Maieſtates inita ſunt, ſollicitant. * Quae nos tanti facimus, vt omni ratione eorum ſecuritati proſpicere conemur. Ad hunc autem modum ſi concepta admittatur formula, plus nobis guarantia iſta decederet, quam adcreſceret. Noſtris enim pactis mutuum ſibi auxilium Caeſar, et viciſſim Rex et Regnum Poloniae, in omnes caſus, etiam in Germania, ſtipulati ſunt. Ei autem rei Suecica hac formula abrogatur. Concepimus igitur aliam formulam, ** qua pacis praeſentis ſirmitati citra laeſionem antiquiorum pactorum conſuletur. Noſtri, formulam iſtam ſibi quidem placere, aiebant: ſed haud dubie Suecos illam repudiaturos. Illos enim, etſi pacta, quae nobis cum Foederatis intercedunt, non tollant improbentve, eadem tamen confirmare nolle: nec vllo iure eo adigi poſſe. Electorales non modo expungi quaedam, in formula guarantiae Suecica volebant, ſed et iuramento hanc pacem pertendebant

* Quo pertinent iſthaec formulae Suecicae verba: *Haec guarantiae non extendetur extra hanc pacem, aut ad pacta ſeparata, inter Partes iam ante concluſa.*

** Vid. in DIARIO SVECICO ad h. d.

*** Apud PVFENDORFIVM Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 74. nulla iurisiurandi mutui, aut ab Regni procuratoribus praeſtandi, mentio. Is quidem memorat quaeſitum eſſe, an Rex Sueciae, annis aliquando factus maturior, hanc pacem ſibi ſanctam futuram iurare deberet. Eam vero quaeſtionem pleroſque grauibus rationi us diluiſſe. *Ad extremum*, inquit, *circa ratihabitionem dubitabatur, an non poſtulandum ſit, vt Rex Sueciae, vbi regimen ſuſceperit, pacta iureiurando firmet? Id quod re expenſa haud placuit, ne obligatio pacis in ſuſpenſo foret, quum in Regis arbitrio futurum ſit, num deinceps iurare velit. Et quia idem hoc pacto laeſus non erat, naturali iure ad idem ſeruandum tenebatur.* Fuit autem olim inter Principes multo maxime vſitatum, vt pactionum fidem religione ſacramenti confirmare ſtuderent. Recentiore demum aetate, potior validiorque aliena fideiuſſio viſa eſt. De qua re lubet MABLIVM, Abbatem, in Iure Publ. Europaeo, (*Le Droit Public de l'Europe, fondé*

bant confirmandam esse. Constare sibi, id non recusaturum Serenissimum Poloniae Regem. Vicissim iam a Regentibus Sueciae iusiurandum praestetur; repetendum postea a Rege, vbi adoleuerit. °°° Vsitatum hunc inter Principes modum esse; et nouissima, inter Reges Galliae et Hispaniae, pacta iuramento vtrimque Regio confirmata. Legationi Polonae modus iste minus placebat. Qui, inquiunt, fidem seruare non vult, nec iuramentum seruabit. Pax Osnabrugensis non est eiusmodi iureiurando comprobata. Neque nunc Suecica Legatio, sine peculiari mandato, quo destitui illam scimus, in iuramentum consentiet. Legati Foederati reponebant, qui fidem seruare vult, is fortissima fidei vincula non abnuit ipse, et, ab altero, iure postulare potest. Securitati pacis ante omnia quam religiosissime prospiciendum est. Si id non facimus, Orbis iudicabit, nos belli nimium pertaesos, et quasi fatigatis viribus, cum Suecis pacisci: quum inprimis illi a Serenissimo Rege Poloniae renunciationem et abdicationem iuris, in Regnum patrium, a Republica Liuoniam, a Foederatis occupata Pomeraniae loca, accipiant. In pretium rerum tam grandium saltem

fondé sur les Traités,) T. I. cap. 2. differentem audire. *Lorsque les Traités, dont je viens de faire l'analyse,* (Pax Vestphalica, itemque ipsa Oliuensis, et Hafniensis,) *furent conclus, l'usage des garanties n'étoit pas ancien en Europe. Quelqu' autre chose devoit y suppléer. Car les Princes n'ont jamais beaucoup compté sur leurs promesses réciproques. Pendant longtems on a juré l'obseruation des Traités sur les Caisses des Saints, sur le bois de la vraye Croix, sur les Evangiles, et sur le Corps même de Iesus-Christ. On promettoit de ne se point faire relever de son serment,* etc. Huiusmodi sacramento pactiones inprimis inter Galliae Hispaniaeque Reges sancitae, veluti Madritensis, Cameracensis, Veruinensis, ac Pyrenaea: cuius postremae exemplum aduocasse Legatos Brandeburgicos, PASTORIVS diserte tradit. In Polonorum annalibus memorabilis ipso etiam fato suo pax, inter Vladislaum III. Regem, atque Amurathem, Imperatorem Turcarum, inita, ac iureiurando religiosissime confirmata: de qua vid. BONFINIVS Hist. Hung. Dec. III. Lib. VI. et PHIL. CALLIMACHVS de rebus, a Vladislao.

tem hoc vnum, hac pacificatione, nos auferamus, ſecuritatem in futurum. Noſtri regerebant: Nos pacis ſecuritatem in hoc potiſſimum ſitam putamus, ſi primo antiqua pacta noſtra, cum aliis Principibus inita, maneant illibata, nec iſtis tractatibus vel minimum eneruentur. Deinde, ſi mutua iſtius defenſio certis legibus iam definiatur, ac ſtabiliatur. Denique, ſi Principum exterorum fideiuſſio accedat. Nos de eiuſmodi fideiuſſoribus cogitamus: vos idem facere non ambigimus. Caeſariani: Nos idem prorſus ſentimus. Poenam tantum addi vellemus, in pacis huius violatorem: hanc inprimis, vt omnibus pacis iſtius beneficiis careat. e. g. Si Suecia pacem rumperet, vt pateat tum Poloniae ius poſtliminii in Liuoniam, et repeti poſſint omnia, quae hoc tractatu Suecia accipit. Noſtri: In ſeria pacis tractatione vitanda ſunt omnia, quae alteri parti, praeter neceſſitatem, ſcandalum praebere poſſint. Pacis fructibus primo omnium illum, qui pacem temere violat, excidere debere, res eſt per ſe liquida, nec opus eſt, vt pacis Articulis inſeratur. Ac quoniam Sueci hoc maxime vrgent, ne hoc tractatu pacta noſtra vetera, contra ipſos inita, nouo ſtabilimento et verbis conceptis expreſſiſque confirmentur, diſpiciamus verba eiuſmodi, quibus iſte metus Suecis, et proinde mora tractatibus noſtris, dematur. Caeſariani: Veterum pactorum nulla, in toto hoc Inſtrumento, fieret mentio: quod, vt nobis periculoſum,

lao, Poloniae et Hungariae Rege, geſtis, in SCVANTNERI Scriptoribus Rer. Hungar. T. I. p. 503.

* Quae quidem neque in exemplo edito exſtant, neque in eo, quod in DIARIO SVECICO ad h. d. deſcriptum eſt.

** Vid. pacta Regis Poloniae cum Leopoldo inita An. MDCLVII. in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 86. et quae cum Electore Brandeburgico eodem anno contracta ſunt, ibid. p. 170 ſqq. et in PVFENDORFII Commentar. de rebus Brandeb. Lib. VI. §. 79.

*** Quo nomine intelligenda ſunt praecipue foedera vnionis, inter Auſtriacos Poloniaeque Regnum, primum inita Caſimiri

culoſum, merito cauemus. Sueci mentionem quidem eorum fieri cupiunt, ſed ita, vt non niſi eatenus ſeruata velint, quam qua tractatibus iſtis non contrariantur. Neque ad alia pacta guarantiam iſtam, de qua laboratur, extendi cupiunt. Qua in re adſentiri illis nequaquam poſſumus.

Tandem re diu diſceptata, eo conſenſum, vt formula guarantiae, a Suecis porrecta, denuo ſub examen vocetur. In examine multum certamen fuit, ſuper illis verbis: *Ad requiſitionem partis laeſae auxilium* ° etc. Inter alia Electorales et tempus, et locum, et numerum copiarum auxiliarium, quibus contra adgreſſorem iuuandus ſit laeſus, exprimi volebant. Noſtri iſta in peculiaribus pactis, quae Polonia cum Foederatis iniit, °° expreſſa haberi aiebant. Electorales: Sed illa non niſi ad decennium durant. Noſtri: Poſſunt eadem ad plures annos prorogari. Caeſarei verba iſta, *Contra moderna pacta*, omitti volebant. Niſi hoc fiat, pariter veteribus noſtris pactis °°° nouo aliquo additamento cauendum fuerit. Noſtra enim pacta hoc volunt, vt Polonia nobis ſuccurrat, quacumque ex cauſſa auxilio ipſius indiguerimus. Hic autem certis limitibus auxiliatio circumſcribitur, ac quodammodo reſtringitur. Dum haec ita agitantur, concepta eſt interim formula, Suecis offerenda. °°°° Lecta placuit, et mox Legato Mediatori oblata eſt. Nonnihil adhuc in ea deſiderabat Legatio Sue-

 cica,

ſimiri III. temporibus, deinde ſaepenumero repetita, ac confirmata. Eorum hiſtoriam illuſtrauit D. HENR. GOTTLIEB FRANCKIVS, ſingulari Diſſ. de nexu foederum perpetuae vnionis, inter Auguſtam Domum Auſtriacam Poloniaeque Regnum, (Lipſ. 1748.) In primis celebre illud, inter Maximilianum I. Imperatorem, ac Sigiſmundum Poloniae, Vladislaum Hungariae et Ludouicum Bohemiae, Reges, contra hoſtes ipſorum quoſcumque. Conf. IOH. CVSPINIANI Diarium, de congreſſu Maximiliani I. Imp. et trium Regum, in MATTH. BELII, V. C. Adparatu ad Hiſtoriam Hungaricam, Dec. I. p. 279-302.

°°°° Exſtat in DIARIO SVECICO. ad diem XXVI Aprilis.

cica, vt ſubinde adhuc vltro citroque commeandum fuerit Mediatori. Tandem tamen paullo ante mediam noctem grauiſſimus iſte guarantiae Articulus, conſenſu partium omnium, finitus eſt, atque ita fere conceptus, vti publice exſtat. *

Die XXVI. — Primo omnium viſum eſt orare S. Regiam Maieſtatem, vt abeundi, quod ceperit Sua Maieſtas, conſilium differat ad proximum diem Mercurii. Pacis negotium, aiebant, huius quaſi ſolis praeſentia facilius maturabitur, et ab hoc lumine illuſtrior erit tanti actus cataſtrophe. Miſſi itaque ad S. Regiam Maieſtatem Cancellarius Magni Ducatus Lithuaniae, et Regni Referendarius. Poſtea acceſſum denuo eſt ad punctum guarantiae, cuius formula, heri in ſeram vſque noctem agitata, iam manuum ſubſcriptionibus munienda erat. Ante tamen eam perlegere viſum eſt. Dum perlegeretur, Electorales verba illa, *modis amicabilibus*, ** mutari volebant, et poni, *citra vim armorum*: quia modi amicabiles viderentur excludere iudicia, et viam iuris, qua inter Poloniam et Electorales controuerſiae de limitibus, ex antiqua conuentione componi finirique conſueuerint. Mediator per modos amicabiles non niſi arma excludi dicebat, non item viam iuris, exemplum Gallico-Hiſpanicum adlegans. Reges enim Galliae ſemper in tractatibus, cum Rege Hiſpano, controuerſiam ſibi ſaluam et amicabilibus modis componendam reſeruare: per amicabiles autem modos intelligi viam iuris. Noſtri et Electorales regerebant, noſtris in terris viam iuris excludere modos amicabiles, et per hos

* Vid. INSTR. PACIS Art. XXXV.

** Iuuat locum eum omnem, in quo illa verba inſunt, hic adiicere. — *Ipſa autem ſuper limitibus controuerſia, modis amicabilibus, terminetur.* Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

* Eaque verba incluſa ſunt formulae pacis Art. XXXV. §. 3. Gedanenſis quidem

hos plerumque arbitrium bonorum virorum intelligi. Mediator rem ad Suecos referendam ſumſit. Inde reuerſus, Suecos conſentire dixit, vt ponatur: *Citra vim armorum.* °

Idem Mediator poſtulatum Ducis de Croia intulit. Facta ſimul a noſtris mentio Baronis Guldenſternii, Caſtellani Gedanenſis. °° Quod ad hunc adtineat, reſpondit Legatus Mediator, Legationem Suecicam omnem diligentiam adhibituram, in Comitiis Suecicis, vt eius ratio habeatur: ſed parem diligentiam, a Legatione Polonica, adhibendam quoque eſſe in negotio Comitum de Dohna. Adparuit ſatis, quaeſitum cuneum, quo cauſſa DD. de Dohna promoueretur. In negotio Croiano noſtri negabant, ſe mandatum habere a Rege, et Republica. Mediator regerebat, a multis annis negotium iſtud in Comitiis Polonicis agitatum eſſe: vnde adeo merito de eo inſtrui Legatio Polonica debuerit. Debitum ipſum a Polonia agnoſci, et admitti. Ducem Curlandiae ſolutioni eius eatenus tantum intercedere, quod partem iſtius aeris ſibi numerari velit. Interim debitum ipſum manere ratum et liquidum. Sed res iſta vlteriori diſceptationi tum relicta eſt. °°°

Interim Articulus de captiuis, item alter de debitis, ſubſcriptionibus firmatus eſt. Poſtmodum Articulum amicitiae, item alterum de reſtitutione Pomeraniae, ad examen vocari volebat. Et agi mox coeptum eſt de Articulo amicitiae. Vbi maximam iterum difficultatem mouit conſeruatio veterum pactorum. Ac variae quidem formulae conceptae fuerunt. °°°° Sed aliis reprobatis, tandem in hanc

quidem editio prima habet, *extra vim armorum:* ſed vitio operarum, quod in Stetinenſi, Regiomontana, aliiſque emendatum eſt.

** De quo vid. ſupra p. 216.

*** Conf. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

**** Conf. DIARIVM SVECIC. l. c.

confensum eſt: *Pacta vero et foedera omnia, quae partes paciſcentes inter ſe, vel cum aliis Principibus, vtrimque ſancita habent, quoad omnia ſua puncta, clauſulas et articulos integra et in pleno robore permaneant, ita tamen, vt per ea praeſens tranſactio pacis nullum praeiudicium patiatur.* Eadem formula paullo poſt Dnis Caeſarianis lecta et adprobata eſt. Acceſſum eſt deinde ad Articulum, de reſtituenda Pomerania. In formulae Suecicae frontiſpicio, iniecta erat mentio Pacis Oſnabrugenſis, quaſi vis ei illata eſſet. [*] Proteſtatione itaque declarandum ſibi putabant Legati Caeſarei, a Domino ſuo nullam vim illi paci illatam eſſe. Ne tamen lites creſcerent, proteſtationem iſtam, oretenus factam, ſcripto inſeri nolebant. In ceteris verbis formulae nihil paene amplius deſideratum, niſi quod illa, *ſago et toga*, omiſſa ſunt. Circa tempus reſtituendae Pomeraniae mota controuerſia. Sueci poſt menſem, a concluſa et ſubſcripta pace, reſtitui loca, neque tantum loca Pomeraniae, ſed et Megapolitani Ducatus, [**] nominari volebant. Caeſariani autem poſteriorum locorum mentionem fieri abnuebant. Ita, re hac indeciſa, ſoluta eſt ſeſſio.

Die XXVII. — Sub initium parum frequens conuentus fuit, quia Senatores noſtri, apud Regiam Maieſtatem, de negotiis publicis

* Ea accuſatione Imperator, per illa tempora, ſaepe a Suecis petitus eſt. Vid. Matthiae Bioernclouii, Legati Suecici, Memoriale ſecundum, ad Deputatos Imperii, in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 175 ſqq. item quartum ad Collegium Electorale, ibid. pag. 252. Conf. PVFENDORF. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. IV. §. 43. Arma inprimis in Pomeraniam culpabant, tamquam Paci Veſtphalicae vehementer aduerſa. Quae res etiam inter Oliuenſes tractatus aliquoties agitata eſt. Adeo in ipſo prooemio propoſitionis Sueci conqueſti ſunt: *Facile Caeſareae Maieſtati fuiſſe, reductam magno impendio amicitiam et ſacroſanctum Pacis Inſtrumentum, tot laboribus ac periculis coalitum, et pro lege Imperii fundamentali in perpetuum ſancitum, reſcindere.* Quae quidem tela Caeſarei in Suecos retorſere. Vid. *Reinholdi Warneri von Grund* (fictum Auctoris nomen ſatis adparet, verum in obſcuro eſt,) Diſquiſitio, ſecundum Pacis Veſtphalicae

blicis consultabant. Interim nihilominus a Referendario Regni, Thesaurario Curiae, et Succamerario Pomeraniae, lectae sunt notae, quas Sueci formulae Caesareae, de amicitia conceptae, adposuerant, °°° eaedemque cum Legatis Foederatorum examinatae. Ad homines *sago et toga* Sueciae obstrictos quod adtineat, si sint aliqui, eos a Caesare restitutum iri, respondebant Legati Caesarei, sed non nisi eos tamen, qui hoc vltimo bello, et occasione eius, Suecis nunc seruierint. Item verba, *amore pacis*, posita a Suecis, °°°° mutari, et eorum loco poni volebant, *pacis obtinendae caussa*. Restitutionem locorum Pomeraniae fieri non posse, nisi post ratificationem. Locorum Megapolitani Ducatus, propter Varnemundam, mentionem fieri velle Suecos. At de ea non esse locum hic tractandi. Redituram ad Suecos Varnemundam, si ea res sit consentanea Paci Osnabrugensi. °°°°° Quae ad eam Pacem pertinent, iis peculiari clausula addita caueri, quod in Imperio decidi debeant. Ad Cameram itaque Imperialem eam litem esse reiiciendam. Haec, prout a Legatis Caesareis proposita erant, retulit Mediatori Referendarius Regni. Legatus Mediator non aequum esse iudicabat, restitutionem locorum Pomeraniae a ratificationis tempore suspendi. Antehac Suecos promisisse

phalicae Instrumentum, vtrum Imperator, an Sueci Pacem Germanicam ruperint? (s. l. 1660. 4.)

** In primis Varnemundam, quae restaurari deberet, nominandam censebant. Vid. DIARIVM SVECICVM ad h. d. Ea ab Foederatis facili negotio occupata fuerat, anno superiore.

*** Vid in DIARIO SVECICO l. c.

**** Qua in re PASTORIVS, quod mireris, animi falsus est, aut certe memoria lapsus. Nam verba illa, *Amore pacis*, non Sueci posuerant, sed Caesarei, in formula ea, quae, a Pacificatore istis hoc die adlata, in DIARIO SVECICO exstat. Hanc quum Sueci retractarent, inter alia diserte postulauere, vt verba, *Amore pacis*, omitterentur: qualia et ante omitti a Polonis voluerant, in renunciatione iuris et tituli Suecici. Vid. supra p. 223. Vnde facile elucescit, ea, quae PASTORIVS addit, potius de Suecis dici debuisse.

***** In Pace Osnabrugensi nihil quidem

fiſſe iſta loca in manibus Caeſarianorum et Electoralium tamdiu relinquere, quia, morte Regis, poteſtas ipſorum ad tractandum erat ſuffracta. Nunc quum habeant plenam tractandi potentiam, (etenim noua Inſtrumenta ex Suecia adlata erant, * et idcirco etiam alias plenipotentias tam a noſtris, quam ab Electoralibus Sueci requirebant, **) non eſſe, cur reſtitutionem Pomeraniae ideo proteſtari patiantur. Praeterea, quo citius loca illa Suecis reddita fuerint, eo celerius Foederatos ab onere praeſidii, in illis locis alendi, fore liberos. Electorales ad factam praeſidiorum mentionem regerebant, curam ſuſtentandi praeſidii incolis locorum incumbere, adeoque Foederatis non eſſe oneroſam. Porro pace iam coalita, etſi loca ante ratihabitionem non reddantur, fore tamen ſuſpenſionem armorum, adeoque magnis praeſidiis non opus futurum. Mediator, ad Suecos digreſſus, quum paullo poſt rediret, de Varnemunda, portu Roſtockiano, hoc adtulit Suecorum reſponſum: Non impedire ipſos, quo minus hoc negotium ad res Imperii reiiciatur, dummodo in his tractatibus aliqua eius mentio fiat, et hoc ipſum ſaltem ſignificetur, rem illuc remitti. Idem Mediator, nomine Suecorum, proponebat noſtris et Foederatorum Legatis, quo pacto commutationem locorum Pomeraniae,

dem de Varnemunda. Sueci autem, obtentu vectigalium, ad littora portuſque Pomeraniae et Megapoleos, ipſis iure perpetuo conceſſorum, retinuerant, inuito non modo Duce Megapolitano, ſed ipſo etiam Imperatore. Orta inde An. MDCL. grauis controuerſia, de qua PVFENDORFIVS Rer. Suecic. Lib. XXII. §. 56. expoſuit. *A Meclenburgico Duce, Adolfo Friderico,* inquit ille, *litterae adueniebant, quibus, ut praeſidium caſtello Varnemundae deduceretur, poſtulabat. Adiunctum erat atteſtatum Caeſareorum Legatorum, quod Regina ad reddendum iſtud caſtellum teneatur. Enimuero id poſtulatum Regina nullo iure niti cenſebat. Nam in Inſtrumento Pacis de vectigalibus, in locis Meclenburgicis et Pomeranicae, in vniuerſum exprimi: quae verba e prima formula remanſerint, quando totius Pomeraniae nanciſcendae adhuc ſpes fuerat. — Quamquam autem de caſtello diſerte*

niae, cum locis Pruſſiae et Liuoniae, fieri vellent: nimirum Vollinum et Damum pro Elbinga, Demminum pro Mariaeburgo, Tribſo et Damgarten pro Stuma, Varnemundam et Grifenhagen pro Bauſco. Parua autem loca, vt Ikermundam, Loitium, Bartum, e veſtigio reddi ſibi Suecos velle. In hoc poſtulato ſoluta eſt ſeſſio. Neque enim ad rem tam arduam reſponderi poterat in arena, et inconſultis Legatis Caeſarianis.

Die XXVIII. — Conuentum eſt inter partes, vt in Pomerania Foederati Vollinum, Damum et Grifenhagen ad ratificationem vſque retineant. De Varnemunda difficultas adhuc ſupererat: quam Suecica Legatio pariter reſtitui, et munimenti ibidem reſtaurandi copiam ſibi dari volebant. Facta etiam mentio Ducis Holſatiae, a quo cautio de non vindicando talis, qualis a Duce Curlandiae poſtulata ſit, exigenda eſſe dicebatur. *** In pactis ipſis an is nominandus ſit, nec ne, non multam rem laborandam. Poſtea Legatis Caeſareis expoſuere noſtri, quid de Varnemunda fieri velint Sueci. Caeſarei noluerunt adnuere. Si, inquiebant, Sueci ius habent ad Varnemundam: ei iuri ſatis cauetur vltimis verbis Articuli, de rebus Imperii agentis. Noſtri, media aliqua via difficultatem iſtam amouere cupientes, formulam concipere ſatagebant, qua et Caeſarei et Suecici poſſent eſſe contenti.

diſerte expreſſum non ſit: tamen conceſſo vectigali, locum vtique concedendum, vbi iſta expediantur. Conf. Dni a MEIERN Acta Exſec. Pacis T. II. p. 791 ſqq.

* De quibus vid. ſupra p. 231. n. ***

** Quae pariter atque diplomata noua iam ex aliquo tempore praeſto erant. Et Polonicum quidem diploma Suecis, hoc ipſo die, exhibitum fuiſſe, ex DIARIO SVECICO comperi.

*** Dicebant inprimis Caeſarei: qui talem et ſuperioribus diebus poſtulauerant. At enimuero a Suecis iam tum repoſitum eſt, Duce Holſatiae non capto, neque iſtiuſmodi cautione opus eſſe, quae de non vindicanda captiuitate dari ſolet. Vid, DIARIVM SVECICVM ad d. XXVI Aprilis. Iam vero his illorum deſideriis oppido faciles ſeſe praebuere, formulamque perſcripſere, cum Polonis eorumque Foederatis communicandam.

tenti. Placuit inprimis iſta: *Loca omnia, quae, in Pomerania et Megapoli, praeſidiis Caeſarianis tenentur*, etc. etc. Oblata illa eſt per Mediatorem Suecis. A quibus reuerſus vrgebat, nomine ipſorum, vt ſcriberetur, Caeſarem non impedire, quo minus Varnemundam Sueci recipiant. Palatinus Poſnanienſis: Aut ius habent Sueci, inquit, aut non habent. Si habent, Caeſar non impediet: ſi non habent, Caeſar non poteſt dare, nec dabit. Mediator: Saltem aliquam mentionem Varnemundae fieri volunt, ne prorſus excidant iure ſuo, aut in eo praeiudicium ſibi ipſo ſilentio fieri patiantur. Quum nullo indicio pateret, Caeſarianos in id conſenſuros, tandem Sueci ad formulam, quae Caeſarianis et noſtris placuerat, adnuere. * Poſtea armiſtitii Articulus ſubſcriptus eſt, qui talis erat: ** „Quum iam, diuina adſpirante gratia, eo tractatus pa„cis deducti, vt omnes Articuli, qui ſollemne pacis Inſtrumentum „conſtituere debent, adprobati ac manu Secretariorum Legatio„num ſubſcripti, ac inter partes commutati etc. etc.

Poſtea Articulus, de ratihabitione et extraditione Inſtrumentorum mutuo facienda, a Suecis per Mediatorem porrectus, *** et in conſeſſu perlectus eſt. Mota diſceptatio, an Rex minorennis, vbi adoleuerit, haec pacta ratihabere debeat? Aliqui non dubitandum eſſe aiebant, vel de auctoritate Adminiſtratorum praeſentium, vel de Regis adulti ratihabitione. Alii aliud ſentiebant. Tandem concluſum, de ſequutura Regis adulti ratihabitione ſilendum

* Conſ. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

** Is totus legi poteſt. in editione INSTR. PACIS Regiomontana.

*** Conſ. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

**** In DIARIO SVECICO res ea diligenter ac copioſe traditur. Namque ſtudium et opera, per hunc diem, inprimis illi componendae inſumta eſt. Negotii autem plurimum faceſſebat Comitialis iſta pacis ratihabitio, quam a Polonis Sueci, praeter Regiam, dari ſibi enixiſſime poſtulauerant. De qua re vid. ſupra

dum esse. Adeoque etiam hic Articulus ratihabitionis finitus est. Inter haec a Serenissimo Rege adferebantur litterae, ad Magnum Cancellarium, quibus hortabatur Sua Maiestas Legatos, vt hodie tractatum finire conentur, si vel in mediam noctem protrahenda sit sessio. Deinde, vt ex vtraque parte vnus Legatorum designetur, ad formandos ac concinnandos pacis Articulos. Denique, vt cum Suecis agatur, de maturanda restitutione Mariaeburgi. A Sua Maiestate Koenigsmarkio, etiam ante definitum in pactis diem, datam esse copiam eundi Gedanum. Suecos eo magis quoque accelerare debere redditionem Mariaeburgi, vt sic humanitas humanitati respondeat. Quum Mediator ista Suecis proposuisset, illi scrupulos adhuc aliquos mouebant. Nocturna, inquiebant, sessio matutinos labores impediet. Tanto enim serius surgetur, quo magis in noctem protractae fuerint vigiliae. Per Deputatorum mutuum congressum si Articuli concinnari debeant: metuendum, ne de loci praerogatiua sit contentio, quum non habeatur conclaue, in quod duobus ostiis pateat ingressus. Sed et aliquae subinde difficultes suboriri possunt, quae per Deputatos solui non possint, sed totius Legationis praesentiam requirant. De Mariaeburgo altum silentium.

Die XXIX. — De ratificatione nonnihil adhuc actum. [cccc] Nimirum postulandum videbatur, vt Regina Regens, cum ceteris Administratoribus Regni Sueciae, in forma legitima ratificet.

Actum

supra p. 218. At Poloni quoque habebant, quod super Suecica ratihabitione disceptarent. Quippe inter eos, die praecedente, dubitatio oborta haud leuis, vtrum Suecorum Reginae viduae, impubere filio Rege, ius potestasque sit subscribendi tabulis ratihabitionis? Nouum enim atque insolitum in Suecia esse: neque ipsis satis constare de Regni procuratione, Reginae viduae sic, vt in Galliis adsolet, commissa. Haec quamuis Sueci, quibus sequester pacis retulerat, satis diluisse videren-

Actum item de fideiussione Regis Christianissimi; * de extensione Articulorum pacis; item de ordine eorumdem; de captiuis Caesareis, qui subscriptus est. Denique de Principe Neoburgico, quem ad guarantiam Electorales recipi nolebant, ** quia ad Imperium is pertineat, adeoque securitate Imperii contentus merito esse possit.

Die XXX. — Articulus cessionis Sueciae, prout a Legatione Suecica extensus erat, *** exhibitus nostris, et in eo aliqua notata. Quum guarantiae mentio iniecta esset, ad eam Electorales se Regem Daniae, Ordines Foederati Belgii, nec non Regem Hispaniae, pro sua parte designare aiebant. Caesarei de ordine subscriptionum mouebant scrupulum. Nolebant enim, vt Legatus Gallicus Caesareorum nomini suum praeponeret. Nec Polonorum nominibus sua postponi volebant. Nostri respondebant, se S. Caesareae Maiestati numquam de loco controuersiam mouisse, aut moturos. Interim in tractatibus partes principes iure praemitti. Factum id in ipsis Articulis: in subscriptione pariter seruandum esse. Caesarei: In Articulis res ipsa requirit, vt partes principes Foederatis

viderentur: tamen a Polonis etiam nunc repetita sunt, atque Reginae nomen *Regentis* denegatum. Tandem ab Suecis propositum est, ea vt in tabulis pacis *Regina Mater* adpellaretur, ceterum ratihabitioni, vna cum Regni Procuratoribus, subscriberet. — Ad haec, ita in DIARIO SVECICO enarrata, expendi debet id, quod hoc loco a PASTORIO proditur.

* Super ea actum etiam superiori die, ac formulae vtrinque exhibitae, quae in DIARIO SVECICO exstant.

** PVFENDORFIVS de rebus Caroli Gustaui Lib. VII. §. 13. *Denique postulabat Rautensteinius, Neoburgici Palatini Ablegatus, Principem quoque suum his tractatibus includi. Quod quum ceteri facile adnuerent, Electorales ita acriter contra nitebantur, vt negarent se subscripturos, vbi ea inclusio fieret.* Hanc autem Rautensteinius maximopere vrgebat per Suecos: a quibus et Principem suum, in formula inclusionis, cohonestari adpellatione *Serenissimi* volebat, quum tantum *Celsissimum* nuncupassent. Cui desiderio illi haudquaquam deferebant. Neque enim istam adpellationem honoremque

deratis et Sociis praemittantur. In ſubſcriptione nihil eſt, quod idem poſtulet. Porro ſeparatum etiam Inſtrumentum pro S. Caeſarea Maieſtate poſcimus. Neque enim ſufficit nobis, Inſtrumentis alienis comprehendi. Etiam de eo monendi ſunt Sueci, nos nominaturos eſſe aliquos, quos includi velimus his pactis: ne forte poſtea, quum ad nominationem deuentum fuerit, mirentur, aut dubia moueant. Denique non omittendus nobis eſt Daniae Rex, cuius quum in Proiecto noſtro ampla mentio ſit facta, non eſt nunc quoque omittenda. Electorales pariter mentionem eius fieri poſtulabant, ſi non ob alias cauſſas, (quae tamen multae et graues ſint,) certe ob commercia, quae ſine illo conſtare non poſſint. Cancellarius Magnus, teſtes habemus, inquit, Excellentias Veſtras noſtri, erga Sereniſſimum Daniae Regem, optimi adſectus. Opitulari illi omni ſtudio quaeſiuimus, nulla re, quae ad id facere videretur, omiſſa. In hoc ipſo etiam pacificationis actu omnino voluimus, vt Miniſtri eiuſdem iuxta nobiſcum res Danicas agerent, atque, vt in id pars aduerſa conſentiret, dedimus operam: ſed illa nullis rationibus eo potuit adduci. Nunc pariter

 per

que a Suecia aliis vllis Principibus, praeterquam Saxoniae atque Brandeburgi Electoribus, tribui. Conf. DIARIVM SVECICVM ad h. d. Et Brandeburgico quidem Electori *Sereniſſimi* vocabulum demum a Carolo Guſtauo conceſſum fuerat, et in pactionibus Mariaeburgenſi, atque Labiauienſi adſcriptum. Vid. PVFENDORF. Rer. Brandeb. Lib. v. §. 2. item Lib. VI. §. 26 et 45. Id quod operae pretium viſum eſt per hanc occaſionem monere, praetermiſſum a CAR. FRID. MOSERO, Viro Ampliſſimo, qui de titulo *Sereniſſimi*, ac *Celſiſſimi*, docte et diligenter expoſuit, in Opuſculis, Ius Public. atque Gentium illuſtrantibus, P. VII. p. 167-348. Ducem vero Neoburgicum Legati Suecici *Sereniſſimum* vocant, in Manifeſtatione ea, quam infra transſcripſi, in Actis Pacific. N. LXII.

*** Vid. DIARIVM SVECIC. ad d. XXVIII Aprilis. Sueci autem, ne quid intentatum relinquerent, praeter hunc Articulum, formulae pacis inſerendum, exigebant peculiare diploma, ſuper abdicatione iuris in Sueciam, ac ceſſione Liuoniae. Quod iis Poloni, grauibus de cauſſis, omnino abnuebant. Vid. DIARIVM SVECICVM ad d. XXX Apr.

per Legatum Mediatorem perſuadere illi tentauimus, vt Regem nominatum huic paci includi patiatur. Sed an, et quo pacto, in id conſenſura ſit, in incerto eſt. Porro nos quoque ipſi metuimus, ne Regi illi pace hac et guarantia noſtra comprehendi obſit magis, quam proſit. Haud dubie enim ille tantis ditionibus mulctatus, agere volet repetundarum, vbi vires recreuerint. Tum nos eidem bello implicaremur, et, ſi Dania prior anſam bellandi dederit, fortaſſe Suecos ipſos, vi pactorum iuuare cogeremur, contra Daniae Regem. Satis itaque forſitan fuerit, et illum et nos nulla eiuſmodi neceſſitudine ſtringi. Sed poſtremo in propatulo iam eſt, quo vſque in hac negotiatione ſimus progreſſi, et quam in ipſo plane limine pacis ſtemus. Inde vt reuocari nos, et in nouas difficultates ac moras coniici patiamur, id vero rerum noſtrarum praeſens ſtatus non permittit. Caeſarei: Non equidem non videmus, res Danicas curae eſſe Poloniae, ſed optamus ſimul, ab eadem modos ac rationes iuuandi Regem et Regnum illud iniri ſatis efficaces. Nam, quod proponitur a nonnullis, trium menſium ſpatium concedendum eſſe Regi illi, intra quod liceat ipſi ad pacis iſtius conſortium accedere, id rationibus Danicis oberit magis, quam proderit, niſi ſimul pacis huius ratificatio eo vſque ſuſpendatur, donec Danica quoque pax confecta fuerit, atque adeo habeant interim Sueci, quod metuant. Quodſi enim certi erunt, poſt tres menſes ratihabitionem huius noſtri tractatus indubitate ſequuturam: trahent illi pacificationem Danicam, donec, ceteris omnibus bellis plene compoſitis, ſola cum Dano negotiatio reſtet, quam vtique tum, ex animi ſui ſententia, conficere ſe poſſe facile perſpiciunt. Noſtri: Hoc ſaltem commodum ſentiet Dania, quod, intra hos tres menſes, Suecus militem hinc ſuum educere non audebit

debit contra Danum, multaſque adeo copias, quas illuc conuerſurus alioquin eſſet, in noſtris terris et finibus earum retinere cogetur, quamdiu de ratificationis euentu dubius erit. Sed quidquid ſit, commodis alienis nemo prudens ita conſulit, vt iis ſua omnino poſthabeat. Nos, qui onerum nobis incumbentium grauitatem ſentimus, diſpicere omnes honeſtas rationes tenemur, quibus ſtatui noſtro laboranti ſuccurramus. Nec eo nomine quiſquam, niſi res noſtras vel non capiat, vel non amet, ſuccenſere nobis poteſt.

Poſthaec ſeceſſere nonnihil Legati Caeſarei, et Electorales, vt capita inter ſe conferrent. Vbi redierunt, nomine Caeſareae Legationis Baro de Liſola ita loqui orſus eſt: Bonum erga Sereniſſimum Regem Daniae adfectum, quem Excellentiae Veſtrae conteſtantur, grato animo agnoſcimus. Nec diffitemur, pronisſimis ſemper animis, et omni ſtudio in Regis illius commoda incubuiſſe Poloniam. Ceterum omnium impenſorum conatuum ac laborum laus a bono fine dependet. Non erit perfecta et conſummata vel gratia auxiliorum, vel ipſa haec pacificatio noſtra, niſi Regem et Regnum illud in tuto poſuerimus. In eo vt veſtra nobiſcum ad finem vſque conſpiret cura, optamus. Gallia ipſa ſollicite iam vbique hoc agit, vt demonſtret, in vobis ſibi eſſe pacem generalem. Si generalem, dare vtique debet: et ſi conſtare ſibi velit, dare etiam cupiet operam, vt Rex Daniae quoque illa perfruatur. Ergo et nobis nunc merito ſuffragabitur, manumque porriget, qui nihil aliud, quam pacem vniuerſalem, quaerimus. Ad eam collineat propoſitio noſtra, quam vt Foederatis noſtris, ita Suecis etiam, exhibuimus. Quam antequam reiiciant, ſcire

vellemus

vellemus, quid in ea desiderent. Quod si mentem suam paullo fidentius ea in re explicarent: fortassis offeret se modus negotii, ex voto vtriusque partis, aut saltem ex aequo ac bono complanandi. Res agitur maximi momenti, et in qua honor noster vertitur. Et si futura quoque animo praecipere fas est, (vti sane est,) interest profecto, praesentia haec ita componi, ne futuris necessitatibus subsidium praescindatur.

Quum ita ille perorasset, nostris postulantibus Proiectum seu propositio Caesarea, qua de Rege Daniae agit, praelecta est. In qua quum Dania in aequalem guarantiae communionem admitti videretur, nostri incommodum, quod inde sequuturum esset, demonstrabant: hoc nimirum, quod, quum Dania et Suecia facile aliquas inter se bellandi caussas habiturae sint, Polonia sic pariter illa quasi contagione in bellum, praeter voluntatem et commodum suum, prolapsura sit. Electorales: Immo tali guarantia obligabit sibi Polonia vtrumque Regnum, quae vult, vt contra adgressorem reliqui eorum, qui nunc paciscuntur, socient arma. Hac ratione vti aliorum paciscentium, ita Poloniae securitati optime erit prospectum. Incommodum, quod praetenditur, non erit tam grande, quam forsan creditur. Poterit enim Polonia parti lacessitae, contra adgressorem, pro libitu et commodo succurrere. Neque enim

* Ea in DIARIO SVECICO ad h. d. ita habet: *Cum vero ad stabilitatem huius pacis summe referat, vt vniuersaliter componatur, et inter omnes belli huius socios securitati commerciorum plene prospiciatur, ideo, licet controuersiae, quae Serenissimo Regi Daniae cum Serenissimo Rege Regnoque Sueciae intercedunt, hic commode accidi non potuerint, et alibi de facto cum spe successus tractentur, nihilominus conuentum est, vt Serenissimus Daniae et Noruegiae Rex, et eius Regna ac ditiones, in hac pace comprehendantur, et ea omnia, quae quocunque tandem loco ante extraditas et commutatas Tractatus moderni ratificationes, (quae in gratiam pacis Sueco-Danicae ad tres menses reiicitur,) inter praemutatas*

enim certus numerus militum, qui ſubmittendus ſit, neque locus, quo mittendus, hic exprimetur. Noſtri: Nihilominus ad bellum obligati erimus. Ad quod ſi minus conferremus opem, et copias noſtras, pacis violatae adcuſaremur.

Haec quum dixiſſent noſtri, conceperunt et ipſi formulam, qualem putabant controuerſiae finiendae idoneam. * Eamque Legati tum Caeſarei, tum Electorales, fere totam adprobarunt. Hoc tantum addi voluerunt: „Niſi pax, in Dania, ante tempus ratifi„cationis huius pacis fiat, licitum fore S. Caeſareae Maieſtati et „Sereniſſimo Electori, auxilia Regi Daniae intra terras eius ferre, „pace hac tamen illaeſa et incolumi manſura.„ ** Simul mox exemplis oſtendebant, fieri hoc poſſe. Galliae enim Regem Ordinibus Foederatis auxilia miſiſſe, et nihilominus pacem, inter Hiſpanos ac Gallos, ſaluam ſtetiſſe. Et nunc eoſdem illos Reges, inter ſe, quidem pacem ſanxiſſe, ſed ita, vt vterque facultatem retineat Foederatis ſuis auxilia ferendi. *** Dum ea ſuper re diſceptaretur, ſuperuenit Legatus Mediator, et guarantiam Gallicam adtulit, quae a noſtris lecta ac recepta eſt. Mox idem Mediator nomine Suecorum poſtulabat, vt pactis iſtis tum ipſe Sereniſſimus Poloniae Rex, tum Senatores, quotquot adeſſent, ſubſcriberent nomina ſua. Noſtri, inuſitatum in Polonia id eſſe, regerebant: Regem

dictos Daniae et Sueciae Reges concluſa vel conſtituta fuerint, vel iam de facto ſint, ad hanc pacem et guarantiam, pariter ac ſi in hoc Inſtrumento ſpecifice inſerta forent, pertinere cenſeantur, et de facto pertineant.

** Conf. DIARIVM SVECICVM loc. comm.

*** INSTR. PACIS PYREN. Art. III. *Quodſi amborum Regum auctoritas, aut officia illorum, et eorum interpoſitio, amicabilem compoſitionem producere nequeat, et ipſorum Foederati tandem ad viam armorum deueniant, quilibet altememoratorum Dominorum Regum Foederato ſuo pro viribus auxiliari poterit: neque propterea peruenietur inter Suas Maieſta-*

Regem folum, vbi opus eft, fubfcribere nomen fuum; numquam vero in eodem fcripto Senatores. Praeterea ipfi Legationi Polonicae inhonorum foret, alios, qui a Republica ad hunc tractatum non fint miffi, fubfcribere fimul nomina fua. Quum acriter diu fuper hac re difceptatum effet, tandem Suecica Legatio poftulatum fuum fe remittere, per Mediatorem fignificauit. * Sed ad Propofitionem Foederatorum, paullo ante memoratam, regerebant Sueci: Si pacem Foederati cum Suecia inire velint, omnem hoftilitatem exuendam, nec in Poloniae tantum, aut Germaniae, fed in Daniae etiam prouinciis omnibus ponenda ab iis effe arma. Nolle fe transferri, fed finiri bellum, quod Polonia et eius Foederati gerant cum Suecia. Articulum amneftiae omnes hoftilitates, clam et palam, directe et indirecte inferri folitas, excludere. De eo iam conuentum effe inter partes. Num conuentis ftare velint partes aduerfae, nunc palam faciendum effe. Exemplum de Gallis, fub Ordinum Foederatorum fignis contra Hifpanum, etfi tum Galliae amicum, ftipendia facientibus, parum facere ad rem. Gallos enim illos militaffe quidem in Belgio Foederato, contra Hifpanum, fed fine iuffu Regis fui. ** Nec nifi priuatim cuique, cui libuerit, militiae illi dare nomen licuiffe. Quum haec, nomine Suecorum, dixiffet Legatus Mediator, miffam interim a Suecis formulam, fecundum quam negotium Danicum comprehendi huic

Maieftates ad quampiam rupturam, aut illorum amicitia vllo modo alterabitur.

* Conf. DIARIVM SVECIC. l. c.

** Bona tamen venia ipfius, occultoque erga Belgas ftudio. Vid. HVG. GROTII Hift. de rebus Belgicis Lib. VII. p. 319. ANONYMI Hift. Belgii Foederati, (*Vaderlandfche Hiftorie, vervattende de Gefchiedeniffen der nu vereenigde Nederlande,*) Theodifce translata, T. IV. pag. 105.

*** Haec non ipfius Articuli formula, fed Declarationis, datae Pacificatori: fecundum quam demum a Suecis, poft alias atque

huic tractatui volebant, exhibuit, cuius hic erat ſenſus: ccc „Sere-„niſſimus Daniae Noruegiaeque Rex huic paci includatur, ſi pa-„cem, cum Sereniſſimo Rege Regnoque Sueciae, ante extradi-„tas et commutatas tractatus moderni ratificationes inierit, ac „concluſerit.„

Non ſemel in his tractatibus Excellentiſſimus Dn. Succamerarius Pomeraniae, Iohannes Gninski, vnus ex Legatis Polonicis, poſtulauerat compenſationem damnorum, quae paſſus erat Thorunii, in qua vrbe quum reculas ſuas, incipiente bello Suecico, depoſuiſſet, omnes ſibi abreptas querebatur. Tandem poſt multas ſollicitationes, conſenſit Legatio Suecica, vt ex tormentis, et adparatu bellico, quem Sueci Thorunii reliquerant, dicto Dno Succamerario daretur ſatisfactio: conceptumque eſt in eam rem ſcriptum, quo ſe, ad ſatisfactionem eiuſmodi, obligabat Legatio Suecica. Poſthaec abeunte Mediatore, ſucceſſere Legati Caeſarei: quibus mox formula, de Daniae Rege, praelecta eſt, additumque ſimul, quam acriter ſuper negotio Danico, per Mediatorem, diſputent Sueci, et quam inſtanter vltimam declarationem vrgeant. Quum nonnihil ſeorſim inter ſe deliberaſſent Foederati, tandem Baro de Liſola: Propoſitio, inquit, noſtra nihil vel rationi, vel conſuetudini, diſſentaneum continet. Quod adeo ſubitam declarationem Sueci poſtulant, terriculamentum eſt, quo nos minime

atque alias formulas Polonorum, quae alibi legi poſſunt, perſcripta eſt haec: *Cum vero ad ſtabilitatem huius pacis plurimum interſit, vt vniuerſaliter componatur, et, inter omnes belli huius ſocios, ſecuritati commerciorum plene proſpiciatur, ideo, licet controuerſiae, quae Sereniſſimo Regi Regnoque Sueciae cum Sereniſſimo Rege Daniae intercedunt, hic commode decidi non potuerint, et in ipſa Dania cum ſpe ſucceſſus tractentur: nihilominus conuentum eſt, vt Sereniſſimus Daniae et Noruegiae Rex, eiuſque Regna ac ditiones, in hac pace compre-*

me mouemur. Sciant hoſtes, nihil hic a nobis metu, omnia amore pacis fieri, quae fiunt. Nolebant illi indicare, quid in Propoſitione noſtra deſiderent. Sic enim fortaſſis via aliqua, ad rem complanandam, ſeſe aperuiſſet. Nunc totam propoſitionem reiicientibus quid reſpondeamus, liquet equidem nobis, ſed vnice hoc metuimus, ne paci huic moram adferre videamur. Quam vt amoliamur, potius en! aliquid adhuc propter Poloniam damus hoſti, et nimirum ab additamento, quod propoſitioni noſtrae adiectum eſt, recedimus, hac tamen conditione, vt viciſſim promittant nobis Sueci, dum nos in Pomerania armiſtitium ſeruamus, ſe quoque idem id in Holſatia, aliiſque Daniae prouinciis, ad Imperium pertinentibus, ſeruaturos. Noſtri regerebant, hanc conditionem Dano fortaſſis obfuturam, qui hac ratione occaſiones aliquid in rem ſuam agendi, in illis prouinciis, ſibi praecidi ſentiet. Sed ſi Danus etiam conditionem acceptauerit: Sueci tamen in eam non conſentient. Foederati: Addatur limitatio, ſi Danus in illis prouinciis pacem noluerit, licitum fore Suecis etiam arma iſtic mouere. Mediator interim ſuperueniens Articulum ratificationis, a Suecis adprobatum, adtulit. Eidem mox retulere noſtri, quid in negotio Danico actum ſit, cum Legatis Caeſareis: ſimulque conditio, quam ii requirant, expoſita. Mediator Articulum amneſtiae, a Suecis, vſque vrgeri aiebat, in quem impingere videantur Caeſarianorum, in hoc puncto, poſtulata. Et conditione

comprehendantur, ſi intra tres, a ſubſcripta hic pace, menſes pax quoque in Dania concluſa fuerit, ita vt ea omnia, quae ante extraditas et commutatas huius moderni Tractatus ratificationes (quae vel in gratiam pacis Sueco - Danicae ad tres menſes, a die ſubſcriptionis horum pactorum computandos, prorogatur,) inter praedictos Sueciae et Daniae Reges concluſa et conſtituta fuerint, ad hanc pacem pariter ac ſi in hoc Inſtrumento ſpecifice inſerta forent, pertinere cenſeantur: ſal-

uo

conditione adposita nihil agi. Quod enim dicatur, licita fore Suecis arma, in locis illis Daniae mediterraneis, si Danus prior intulerit, plane esse superuacaneum: quum in adgressorem per se semper arma mouere et licitum, et vsitatum sit. De his prolixe disceptatum est, in mediam noctem, nullo paene effectu.

MENS. MAIVS

Die I. Maii. — Quod memoria Philippi et Iacobi Apostolorum celebrabatur, sacrorum caussa Serenissimus Rex, et Serenissima Regina, Oliuam venerunt. Vnde adeo sollemnitati non nihil temporis datum est etiam a Legatis. Postea de negotio Danico interiectus sermo est, efferuescentibus subinde etiam nonnullis, et acerbiuscula aliqua interdum intermiscentibus. * Sed haec inter pauciores, quia Regiae Maiestati vtrique potior pars Legatorum vacabat, et quasi raptim acta. Postea reuersis ex templo, a Legatis plerisque Mediator monitus est de Instrumento conficiendo, in quo Legati omnium partium, subscriptione manuum, contestentur, tot numero Articulos iam decisos vtrimque, atque adprobatos esse. Eosdem quidem postea ad vnguem describi, et in iustum Instrumentum concinnari posse, ac debere. Sed quia ea res plus temporis requirat, Regias autem Maiestates diutius iter differre nequeant, dandum hoc honori ipsarum, dandum desiderio, vt praesentibus ipsis fiat subscriptio, adeoque hinc discedentes

no per omnia ipso Tractatu in Dania inter vtrosque Reges, et Regna concluso, et concludendo. Interea vero S. R. M. Sueciae in prouinciis Serenissimi Regis Daniae mediterraneis, vtpote Holsatia et Iuthia, ab omnibus hostilitatibus abstinebit: et vicissim S. R. M. Daniae nullam hostilitatem Serenissimi Regis Regnique Sueciae in Germania sitis, aut Holsatiae Ducali ac Slesuicensi Ducatui inferet. Vid. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

* Quippe Caesariani et Brandeburgici caussam Danicam acerrime tutabantur. Praeter

dentes confectae quasi pacis solatium ac decus secum ferant. Recipit Mediator, ea de re, agere cum Suecis. * Interim, dum ille ad Legationem Suecicam abiret, de eductione militum Suecorum actum est. Quos Legatio Suecica, vti Mediator retulerat, partim per portum Pillauiensem, partim per ostium Vistulae educi volebat, et ita quidem, vt fas sit egredientibus prope Gedanum subsistere, si forte ventus aduersus nauigationem moraretur. Sed posterior haec conditio nostris Legatis non placuit.

Interim, quod absente Mediatore transigi non posset, ad Principem Neoburgicum tempore intermedio diuertit deliberatio. Hunc enim pactis his omnino includi volebant Sueci. Electorales autem negabant, se eo vmquam consensuros, quia expresso Electoris sui interdicto vetentur. Exercere illum Principem grauissimas, in Germania, aemulationes cum Electore, ** huiusque consiliis, qua possit, intercedere. Etsi omnia haec abessent: res tamen Germanicas his tractatibus non esse immiscendas. Inde ad Daniae quoque Regem relapsus est Mediatorem exspectantium sermo. Inprimis monitum, videri Suecos tandem consensuros, vt his pactis Rex Daniae comprehendatur, sed non nisi tum, quum ipse quoque pacem cum Sociis inierit: adeoque ponenda in Articulo esse haec verba, *Praeuia pace.* Iuxta vero eosdem Suecos caueri sibi velle, Caesarem et Electorem nulla interim auxilia Regi illi laturos.

Quum

Praeter eos, isti colloquio intererat ipse Legatus Danus: de quo conf. DIARIVM DANICVM ad h. d.

* At vero Sueci, ante omnia, illud peculiare super cessione Liuoniae diploma, de quo supra dictum est, pag. 277. n. *** vrgebant: in eamque rem Pacificatori formulam exhibebant, cuius exemplum in DIARIO SVECICO ad h. d. descriptum est. Ad extremum, quum intelligerent frustra laborari, id quidem negotium infectum reliquere.

Quum rediiſſet Mediator, relatum illi, quid interim ſuper Rege Daniae actum ſit, cum Legatis Foederatorum: et ſimul mox Articulus Danicus ipſi exhibitus eſt, cui expreſſe addita erant verba, *Praeuia pace.* *** Quod ad Principem Neoburgicum adtineat, eum pace hac comprehendi, Legatos Electorales omnino nolle. Mediator: Si Neoburgicus conſenſu partium omnium comprehendi non poteſt, ſaltem ex parte Suecorum comprehendi illum licebit. Electorales negabant, fas ſibi eſſe, ea in re quidquam concedere. Interim, ſi Sereniſſimus Poloniae Rex, inter Sereniſſimum Electorem et Neoburgicum, interponere vellet auctoritatem ſuam, haud dubie facilem fore tanto Mediatori Electorem. Mediator: Si his pactis Neoburgicus non comprehendetur, Sueci nec Daniae Regem iiſdem comprehendi ſinent. Electorales: Habent Sueci foedera ſua cum Neoburgico; nec impedimus, quo minus habeant, dummodo ea his pactis, quibus, inter alios, nos quoque ſubſcribere debemus, non firmentur comprehenſione eius Principis, cum quo Domino noſtro tot in Germania controuerſiae ſunt. Noſtri pro Principe Neoburgico ipſam quoque Regiam Maieſtatem ſeſe interponere aiebant, vt comprehendatur his pactis. Addebat Mediator, expreſſe adiici poſſe, comprehendi quidem illum, ſed citra praeiudicium controuerſiarum, quas in Germania habeant inter ſe iſti Principes, Elector et Neoburgicus. Electorales regerebant, etiam ſuas rationes benigne

** Praecipue propter Iuliacenſem ſucceſſionem, ex qua orta An. MDCLI. inter vtrumque grauiſſima controuerſia adhucdum feruebat. Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. IV. §. 24 ſqq. Vnde Brandeburgici, non ſine cauſſa, rebantur, hanc quoque tractationi Oliuenſi Ducem Neoburgicum velle immiſcere. Ad haec Neoburgicus nomen dederat foederi Rhenano, quod tum quidem Electori videbatur etiam ſuis rationibus aduerſum.

*** Vid. in DIARIO SVEC. ad h. d.

gne a S. Regia Maieſtate auditas eſſe: interim non impedire ſe, quo minus Sua Maieſtas litteris ad Sereniſſimum Electorem ſcriptis rem hanc, Legatis explicatu difficilem, expediat. Mediator: Nectunt Dni Electorales, ſuper Neoburgico, difficultates. Atqui inſuper Racocium quoque, et Ducem Gottorpienſem, his pactis comprehendi volunt Sueci. His dictis abiit Mediator. Noſtri interim cum cura agebant rem Neoburgici, et perſuadere conabantur Electorali Legationi, vt in comprehenſionem eius Principis, ſed certis limitibus circumſcriptam, conſentirent. Sed, re infecta, tum diſceſſum eſt ad prandium.

A prandio. — Adtulit Dn. Mediator Articulum Danicum, conditione illa, in quam vtrimque conſenſum erat, limitatum, nempe vt addatur: *Pace prius in Dania concluſa, comprehendatur his pactis Rex Daniae.* Poſtea de multis Articulis, ſed interrupte, vt res ferebat, actum. Facta mentio Dni Caſtellani Gedanenſis, Sigiſmundi Guldenſternii Baronis, item Dn. Comitum de Dohna. Illius rationem haberi volebant noſtri Legati: horum autem Sueci. Mediator mutuum hic praeſtandum aiebat. Comitum de Dohna negotium agendum in Polonia, vt Baronis Guldenſternii viciſſim agatur in Suecia. * Facta item mentio eſt exſulis Radziecouii. ** Sed mox reſponſum eſt, non peculiarii Articulo de eo agendum: ſatis eſſe, quod generali amneſtiae Articulo comprehen-

* In hanc ſententiam formula reſtitutionis Guldenſternii a Suecis exhibita eſt, quae in DIARIO SVECICO ad h. d. exſtat.

** Hieronymus Radziecouius, Regni Procancellarius, propter priuata odia, quae ſunt omnium acerrima, primum Regi inuiſus, mox grauioribus de cauſſis etiam Reipublicae, capitis anquiſitus, damnatuſque fuerat, anno MDCLII. Vid. RVDAVSCIVS Hiſt. Pol. Lib. IV. p. 91. ſqq. item, Vita Caſimiri Regis, ab ANONYMO Franco-Gallice ſcripta, (*Le Roi Caſimir,*) P. I. Itaque, vt ſe dirae tempeſtati mature

prehendatur, ſaluis legibus Regni. Interiiciebantur ſubinde alii atque alii nodi: vt de praeſidio Brodnicenſi, de eductione militum Suecorum e Pruſſia, de bonis Koenigſmarkii etc. ° Ceterum tangi magis, quam expediri, tum nodi iſti potuere. Interim a S. Regia Maieſtate vtraque, per internuncios, monitus eſt Mediator, daret operam, vt hodie negotio pacis colophon imponeretur. Mediator promiſit, ſe omnes lapides moturum, vt id fiat. Reditum mox eſt ad eductionem militum, quam terra fieri volebant Sueci, quia negabant, naues ſibi iam praeſto eſſe, vtpote bello Danico occupatas. Nullum tale impedimentum interceſſiſſe, quum Stumdorfianae induciae fierent: adeoque copias Suecicas facilius tum mari educi potuiſſe. Porro praeſidiarios Brodnicenſes omnino in libertatem reſtitui volebat Legatio Suecica. Electorales regerebant: Aut ſunt captiui, aut non. Si captiui, dimittentur, vt alii: ſi non captiui, habebuntur alia ratione, in Articulis iſtis expreſſa. Mediator, ad Suecos digreſſus, quum rediret, denuo difficultatem educendi militis nomine Suecorum mouebat; item de ſuſtentatione praeſidii Elbingenſis, ad ratificationem vſque manſuri. Anterioribus temporibus, quum tractaretur, habuiſſe Suecos telonea Pruſſica, vnde militi facile potuerit proſpici. Noſtri reſpondebant: Si terra educent Sueci militem, multi profugient, multi necabuntur ab agreſtibus; terrae ſunt deſolatae; nihil vſquam

ture ſubtraheret, ad extremum in Sueciam exſulatum abierat, ſuas inde iniurias vlturus, etiam ipſius patriae calamitate. Conf. KOCHOVIVS Ann. Climact. I. p. 327. LENGNICH. Hiſt. Pruſſ. P. VII. p. 89. ſqq. Sueci autem in formula pacis expediendae ea, quam in Actis Pacific. No. L. dedimus, diſerte poſtulauerant, Art. XXXX. is vt ab Sereniſſimo Rege atque Republica Poloniae reciperetur in gratiam, priſtinoque loco ac dignitati, vnde pulſus eſſet, reſtitueretur. Quod demum aliquot annis poſt impetratum eſt.

° Conf. DIARIVM SVECIC. l. c.

vſquam annonae inuenient. Quod ad praeſidiarios, ad ratificationem vſque manſuros, adtinet, de his agant Sueci cum Elbingenſibus. Telonea habebant Sueci in Pruſſia, quum olim ſexennales induciae pangerentur; non item, quando Stumdorſii. *

Reditum deinde eſt ad negotium Neoburgicum, Mediatore dicente, Electorales coram Regia Maieſtate conſenſiſſe, vt Princeps ille comprehendatur, atque id ſeſe, ex Principis illius Oratore, intellexiſſe. Negauit Dnus Houerbequius, ſe vmquam conſenſiſſe. Simul mox, quod temperamentum propoſuerit, ad hanc explicandam difficultatem, ** ediſſeruit. Sed nihil magis ſollicitos habere Suecos et Mediatorem videbatur, quam eductio militum. *** Ad hunc igitur lapidem amouendum iterum iterumque intendi neruos placuit. Noſtri negabant penitus, militi educendo ſeſe victum ſuppeditaturos, quia et impoſſibile id ſit facere, propter defectum annonae ac pecuniarum, et porro indecorum Poloniae alere hoſtes, tot iniuriis ſibi cognitos. Mediator: Viſi ſumus in portu pacis eſſe, ſed iam in medium reuoluimur mare. Diſpiciendae ſunt viae aliquae mediae, quibus ſcopulus euitari queat, ad quem iſta nauis naufragium facere poſſe videtur. Electorales: Vendant Sueci ſua in Pomerania Electorali vectigalia; habebunt pecunias, ad eductionem et ſuſtentationem militum ſuorum neceſſarias. Mediator: Magni aeſtimant Sueci iſta vectigalia. Neque

* Satis conſtat, eoſdem certe praecipua tum quoque tenuiſſe. Nam in ſexennibus induciis pars tantum Pruſſiae reſtituta: melior Suecis manebat, vna cum vectigalibus, quae, per ea tempora, PVFENDORFIVS Rer. Suecic. Lib. VI. §. 116. diſerte commemorat. *Quae ex vectigalibus Boruſſiae*, inquit, *redibat pecunia, eam copiae per hanc prouinciam et Liuoniam alendae abſumebant: in Sueciam praeter inuidiam nihil redibat.* Vt autem in priſtinum ius atque ſtatum concederent, demum pacto Stumdorſiano conſtitutum eſt, Art. V. cuius haec ſunt verba:

Neque de his, inter vos et illos, facile nunc conueniet. Electorales: Computentur reditus istorum vectigalium. Nos pro singulis millenis redituum dabimus sedecim millia Imperialium. Digressus est Legatus Mediator ad Suecos. Inde reuersus ea, etsi inuitus, adtulit, quae pacem magis repellere, quam propius admouere videbantur. Insistunt, inquit, Sueci postulato suo. Comprehendi volunt Neoburgicum, Gottorpiensem, Megapolitanum Principes, item Racocium. Militem educere parati sunt, secundum tenorem pactorum Stumdorfiensium: **** sed hacce conditione, vt sibi dentur ducentae achanae ***** siliginis, quarum singulae contineant modios sexaginta: porro etiam, vt Legatio Polonica, interpositione sua, a mercatoribus impetret Suecis quadraginta millia Imperialium. Legatio Polonica offensa his postulatis: Ista, inquit, sunt nolentium pacem. Nobis rumpere potius tractatus istos pacis certum est, quam in talia consentire. Quum nulla vtrimque declaratio mitior fieret, tandem circa mediam noctem, re infecta, discessum est.

Die II. — Serenissimus Rex cum Serenissima Regina hactenus Carlcouii, (praedium est Dni Coelmeri iunioris, non procul ab Oliuensi monasterio, ad littus maris situm,) moratus, Gedanum discessit, iter suum in Poloniam acceleraturus, vocantibus illuc arduis Reipublicae negotiis. Regias Maiestates Gedanum euntes

verba: *Post restitutionem locorum omnium, vectigalia in eum mox reducantur statum, et in illud ius, in quo erant ante hoc bellum, seruata in omnibus aequalitate, vbi antea fuit.*

** Vid. supra pag. 287.

*** Conf. DIARIVM SVECIC. ad h. d.

**** De quo vid. supra p. 197. Verba ipsa pacti Stumdorfiani, quae huc pertinent, descripsi ibidem not. **

***** Genus mensurae aridorum, praecipue Persis quondam vsitatum: XLV. medimnos Atticos aequabat. Vid. ALBERTI ad HESYCH. v. Ἀχάνας. In DIARIO SVECICO ad h. d. *ducentae lastae siliginis* nominantur.

comitabantur Legati omnes, tam Foederati, quam noſtri. Interim Legatus Mediator dedit ſollicite operam, vt tractatibus, in ipſo iam littore obhaerentibus, curſum redderet, quumque mentem Suecorum exploraſſet, noſtris mox ſuadere coepit, vt Gedano Oliuam reuerſi negotio, circa exitum laboranti, vltimam manum imponerent. Adnuere Mediatori Legati partium omnium, atque adeo Oliuam remearunt. Ac primum de pecunia, ad educendum militem neceſſaria, agi coeptum, ac modi quaeſiti, quomodo parti vtrique ſatisfieret. Quumque in nullam omnino pecuniam conſentire noſtri vellent, Mediator tandem innuit, poſtulato iſti nolle etiam Suecos inſiſtere. Poſtea, ex occaſione bonorum, liberis Generalis Vittebergii reddendorum, orta eſt cum Electoralibus contentio. Quum enim, in Electorali Articulo amneſtiae, bonorum mobilium et immobilium facta eſſet mentio, quumque Sueci iam quoque ſubſcriptione manus Secretarii ſui firmaſſent, poſtea mutari illa verba volebant ita: * *Quoad vero bona immobilia* etc. Legati Electorales mutationem omnem reſpuebant, paene ad bilem vſque Mediatoris, qui rei obſcurae explicationem Suecos non iniuſte, aiebat, flagitare, ac ſimul rogabat, ne minutiis retardari paterentur curſum negotiationis, ad exitum iam feſtinantis, nec morarentur S. Regiam Maieſtatem, iam in procinctu itineris ſtantem. Electorales: Nos Sereniſſimum Regem non detinemus,

* Hic quoque Articulus aliquoties ante retractatus eſt, quam omnium calculis probaretur. Et nunc quidem Sueci in eo plura animaduertebant: inter haec praecipue, *quod confundantur immobilia et mobilia bona cum confiſcatione; quae diſtinguantur, prout in Suethico Conceptu.* Vid. DIARIVM SVECIC. ad h. d. In ea autem formula Suecica, quae ſuperiore die, ab Guldenclauio, perſcripta fuit, verba ſic habent: — *Is in priſtinum ſtatum, in quo ante hoc bellum immediate fuit, quoad honores, iura omnia, beneficia, ac bona immobilia indilate et ſine contradi-*

tinemus, ſed agimus negotium Domini noſtri. Neque decet certis dierum ſpatiis circumſcribere nos, qui id vnice ſpectare debemus, vt rebus Sereniſſimi noſtri ita, vt fidos Miniſtros decet, proſpiciamus. Poſt acriorem contentionem, Mediator rem ad Suecos detulit. Illo abſente, Legati Electorales Polonicam Legationem rogabant, vt, in negotio Neoburgico, deſiderio ſui Principis ſuffragentur: neque enim ſibi integrum eſſe permittere, vt Neoburgicus comprehendatur his pactis. Palatinus Poſnanienſis: Intelleximus, inquit, nolle Suecos Daniae Regem comprehendi, ſi excludatur Neoburgicus. Electorales regerebant: Daniae Regem Sueci permittunt comprehendi, vbi pax Danica coaluerit; at Neoburgicum, etiam antequam cum Electore conciliatus ſit, includi his pactis cupiunt. Caeſarei: Non eſt, cur de iſto negotio tantum laboretur, quum Miniſter Neoburgicus Sereniſſimo Regi Poloniae dixerit, ſe, quum videat tantum difficultatis in hoc negotio moueri, nolle amplius eſſe moleſtum; modo teſtimonium adſequatur, ſe cauſſam Domini ſui omnibus neruis egiſſe. °

Interim rediit Legatus Mediator. Cui Legatio Polona mentem ſuam, ſuper difficillimo illo, de pecunia, puncto expoſuit: nempe, in pecuniam quidem ſe nullam conſentire, interim tamen omnem diligentiam adhibere velle, vt Sueci cautione ſua, vel, quod expedientiſſimum fuerit, datis pignoribus, pecuniam a mer-

 catoribus

contradictione reſtituatur, eiſque plenarie gaudeat ac fruatur. Mobilia bona itidem, quae fiſco nondum adiudicata et extradita ſunt, priſtinis poſſeſſoribus reddantur. Atque ad hunc modum res dein adcuratius explanata eſt a Brandeburgicis. Quippe ante verba, *Fiſco nondum adiudicata,* addidere, *haec bona mobilia.* Ceterum altercationis, inter eos ac Legatum Gallum, qualem PASTORIVS prodit, nulla in DIARIO SVECICO memoria.

° Sed Neoburgicus Legatus haec et talia ſe, ad Regem, detuliſſe omnino negabat.

catoribus impetrent. * Si in pignora aliqua danda conſentire Sueci nolint: petant pecuniam a Comite Koenigſmarkio. Mediator: Atqui huic ſatis magnam iam ante pecuniae ſummam debet Suecia. Noſtri: Oppignorent vectigalia ſua, in Pomerania Electorali. Electorales: Nos emere potius vellemus, quam pignori accipere. Mediator: Poſſet minore negotio, a mercatoribus, obtineri pecunia, ſi ciuitas Gedanenſis fidem ſuam interponere vellet. Reſponſum eſt, non temere ciuitatem eo ſe adduci paſſuram. Lectae deinde ſunt formulae ratificationum, et aliqua, quae Caeſarianis minus placebant, correcta. ** Super Neoburgico negotio denuo agi coeptum, ac noſtri inprimis conſentire ſe dixerunt, vt ſcripto

gabat. In proteſtatione quidem ea, quam ſuperiore die Suecis exhibuerat, inter alia profeſſus eſt, nec ſe poſſe, nec velle optatiſſimam pacem morari, at vehementer cupere, *ſibi authenticum dari documentum, quo declaretur, vtramque Coronam, principaliter paciſcentem, incluſionem iſtam Suae Serenitatis* (Ducis Neoburgici) *libenter fuiſſe admiſſuram, ſi ſine iſtis contradictionibus Brandeburgicis fuiſſet, vt Serenitas Sua, cum amicis Regibus et Principibus, de aliis modis proſpiciendi ſecuritati ſuae agere ac conuenire poſſit.* Ipſam formulam infra adtulimus, in Actis Pacific. No. LX.

* Cuius promiſſionis formula, a Suecis, perſcripta eſt. Nec me piget, hoc loco eam ex DIARIO SVECICO ſubiicere. *Cum in pactis et Inſtrumento Pacis, conuentum, vt deductio militiae Suedicae fiat Elbinga, per portum Pillauienſem, eademque pariter ac ſuſtentatio eius progſtetur ſine damno et noxa ſubditorum tum S. R. M. Poloniae, tum Sereniſſ. Electoris Brandeburgici, ita vt ceſſantibus eodem tempore, et vna cum ceſſatione hoſtilitatis, omnibus contributionibus, aliiſue exactionibus bellicis, non modo in Pruſſia, ſed et in Pomerania Regia, nihil ex alimentatione militiae, vel Suedicae, vel Caeſareae et Electoralis Brandeburgicae, ſubditis et incolis Pruſſiae vel Pomeraniae, poſt concluſam et ſubſcriptam pacem, accreſcat. Ideo Domini Commiſſarii Polonici pollicentur Dominis Commiſſariis Suedicis operam ſuam illico poſt ſubſcriptam pacem efficiendi, vt ciuitas Gedanenſis mutuum det quadraginta millia Thalerorum Imperialium: quam quidem ſummam pecuniariam Suecia ſex menſibus a die numeratae pecuniae, dataeque mutuae vtriuſque partis paciſcentis Commiſſariorum obligationis rite ſolutura eſt.*

** Praeterea alia complura, quae nec Polonis adridebant, emendata, atque cum Suecis Legatis communicata ſunt: de quibus vid. DIARIVM SVECICVM ad h. d. Et de Caeſarianis quidem, quos PASTORIVS reliquis praetermiſſis memorat, ita habet: *Dni Legati Caeſarei haec notarunt, quae in charta ad nos perueniunt, nempe,* 1) Commiſſarios *addendum* ac Legatos: 2) *Poſt haec verba,* qui congreſſu etc. *in Ratificatione Suecica pro*

ſcripto aliquo atteſtentur Legati, quam acriter a Miniſtro Neoburgico comprehenſio Principis ſui procurata, ab Electoralibus vero oppugnata ſit. Electorales Mediatori opponebant foedus, quod Neoburgicus cum Suecis, in Germania, non ita dudum feciſſet. * Ibi, inquiunt, non eſt comprehenſus Elector. Mediator reſpondit: Non ſolus Neoburgicus foedus iniit, ſed omnes Rhenani Principes: et eius, quotquot voluerunt, fuere participes. Atque ad id ipſe etiam Elector admiſſus eſſet, ſi admitti voluiſſet. ** Cancellarius Magnus: Nolumus, inquit, Principi Neoburgico hanc quaſi ignominiam inferri, vt, comprehenſis ceteris, *** ſolus excludatur. Potius vero in gratiam ipſius ita Articulum formabimus, vt nemo

pro Imperatore, ponetur, loco Serenitatis Eius, Maieſtatis Eius. 3) *Repetitio tituli, in fine ratihabitionis, eſt inutilis et inuſitata in Cancellaria Imperii.* 4) Nec paſſuros a noſtratibus aut aliis, *deleatur: vel ponatur,* aut aliis hic paciſcentibus.

* Foedus Rhenanum, Germanis, *der Rheiniſchen Fürſten Allianz,* initum die IV Auguſti, An. ſeculi ſuperioris octauo et quinquageſimo. Eius pararius, praeter Monaſterienſem Epiſcopum, Neoburgi Dux: caput ac promotor Archiepiſcopus Moguntinus: partes, Galliae Rex, et Sueciae, vt Bremae et Verdae Dux, Colonienſis, Neoburgicus, Brunſuicenſis. Leges hae iactabantur: *Curare, ne quid in Monaſterienſem pacem quiſquam moliretur: quamuis iniuriam a ſociis depellere: militum quorumlibet tranſitum, moleſtias, exactiones inhibere: copias communi conſilio, vbi vſus ſit, adhibere.* Conf. FRANC. WAGNERI Hiſt. Leopoldi Imp. T. I. p. 47 ſq. Tabulae ipſae exſtant in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 417. et, vt alios omittam, in DVMONTII Corpore Dipl. T. VI. P. II. p. 235. Rex Succiae autem nomen inter ſocios ſuum profeſſus erat, cauſſa prorſus alia permotus, quam quae a WAGNERO loc. comm. p. 48. tradita eſt. *Numquam,* ait ille, *inde a primis per Germaniam nouarum religionum incunabilis, Proteſtantibus ſe Catholici maiori aliquo foedere iunxerant. Et ferebatur Suecus, vel ſolo hoc nomine, reliquis acceſſiſſe.* Quippe conſilium illi erat, auxilia inde aduerſus Auſtriacos petere, vanum atque irritum euentu. De quo PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. VI. §. 68. *Sed et in Rhenano foedere,* inquit, *parum ſubſidii erat, cuius deſtinata Monaſterienſis Praeſul, velut eidem nomen daturus, explorauerat, inde Caeſari prodiderat.* Praeter hoc commune foedus, Neoburgicus peculiari alio arctius iungi cum Succo voluerat, aduerſus Brandeburgi Electorem: quod quidem Rex, teſte PVFENDORFIO l. c. inire ante noluerat, quam Neoburgicus in Brandeburgicum erupiſſet, eidemque de auxilio Galliae cautum eſſet.

** Acceſſit demum, anno MDCLXIV. Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. Lib. IX. §. 63. 65.

*** Actum tamen, praeſertim hoc die

nemo nominatim comprehendatur; verum generatim attestemur, si quis, intra tempus ratificationis, includi volet his pactis, ei id integrum fore. Leuem iterum mentionem Racocii faciebat Mediator: sed responsum a nostris, Racocium, bello Turcico iam implicitum, tali comprehensione Poloniam eidem bello inuoluere posse. Quae prudentia autem suaserit, Racocii caussa, Turcam irritare? Postea Articulus, de eductione militum, adlatus est. Cuius sensus erat, * educendum militem Suecicum Elbinga diuersis vicibus per Habum, et portum Pillauiensem, nauibus Elbinganis et adiacentium ditionum. Quod si terrestri itinere educendus sit, ne transitus per Prussiam, et Pomeraniam Electoralem, praepediatur. Nostri, et Electorales transitum, per Prussiam aut Pomeraniam, negabant permittere se posse, quia hac ratione terrae, per quas transiturus esset miles, pessumdarentur: Sueci autem ipso hoc transitu copias suas augere possent, ex ditionibus alienis. Mediator: Quid? si Sueci cum Polonia, contra Moscos, arma sociarent, vtique per Prussiam ducendus foret miles. Cancellarius Lithuaniae: Ea de re agemus tum, quum societatem armorum inire libuerit. Nunc eductio fiat, qualis in Stumdorfianis pactis praescripta est.

Inter

die, de Holsatiae Duce, tabulis pacis comprehendendo, deque formula cautionis, ab ipso praestandae: quae, aliquoties retractata, nunc demum subscripta fuit. Exemplum eius addidi in Actis Pacific. No. LXIII.

* Formula ipsa legi potest in DIARIO SVECICO ad h. d.

** Nomen Legati, a PASTORIO, non est adscriptum: neque ego, quia nullum auctorem habeo, certum ponere ausim. Id quidem satis compertum est, post obitum Vladislai IV. Torresium, Adrianopolitanum Archiepiscopum, a Pontifice ablegatum ad Iohannem Casimirum Regem, ac Regnum Poloniae, fuisse. Vid. PASTORII Hist. Polon. Plen. P. I. p. 210. Ceterum Pontifex tum se oppido facilem praebuit Regiae commendationi. Cui e contrario non addicebat alio tempore, quum ab Iohanne Casimiro Petrus Bonsius, Biterrensis Episcopus, Galliae Regis

Inter haec adlatae ſunt ad Legatos noſtros litterae, a ſummo Pontifice, ad S. Regiam Maieſtatem ſcriptae, indices dignitatis Cardinalitiae, quam Regiae commendationi ſuffragatus Pontifex contulerit Dn — — Apoſtolico hactenus apud Poloniam Nuncio.°°

Dein lectus eſt Articulus de pecunia, mutuo a mercatoribus accipienda, fideiuſſuro pro ea Koenigſmarkio, dandiſque interim pignoribus. Noſtri operam, apud mercatores, interponere promittebant, ſic tamen, vt de ſucceſſu operae nemini cauere vellent. Poſtea cum Electoralibus diſceptari coeptum eſt, praecipue ſuper praeſidio Brodniciano. Quae controuerſia quum diu agitata eſſet; finiri tamen necdum potuit. Tandemque ſeſſio hora ſecunda, poſt mediam noctem, finita eſt.°°°

Die III. — Primo omnium catalogum rerum adhuc tractandarum adtulit Legatus Mediator. Mox vero ordine ad ſingulas acceſſum eſt, ea alacritate, et eo vigore, vt liquido adpareret, negotium vergere ad finem. Et aliquae quidem ſine difficultate expeditae ſunt, ſcriptique de iis Articuli.°°°° Ac primum Articulus de militum, in Imperio, exauctoratione, ſubſcriptione manuum firmatus eſt.°°°°° Dein difficultas de praeſidio Brodnicenſi ſoluta, cauentibus ea de re Legatis Polonis, in hunc modum: „Praeſidiarios „oppidi

Regis orator, nominatus eſſet, in quem purpura Romana conferretur. Vid. ZALVSCII Epiſt. T. I. p. 6. De iure autem nominationis, vt vocant, ad Cardinalatum, quod Reges Poloniae, cum ceteris Romano-Catholicae religioni addictis Regibus, commune habent, conf. Ampliſſimi LENGNICHII Commentar. ad Pacta Conuenta Auguſti III. Regis, p. 45 ſq. itemque Ius Publ. Regni Poloni, T. I. pag. 308 ſq.

°°° DIARIVM SVECICVM l. c. *Coepit diluceſcere dies 23 Aprilis, 3 Maii, et placuit omnibus quietem capere, continuareque horà 10. antemeridiana congreſſum. Itaque euntes nos Sobothum aurora excepit.*

°°°° Conf. DIAR. SVECIC. ad h. d.

°°°°° Ab Suecis quidem iamiam ſubſcriptus erat Kalendis Maiis. Vid. DIARIVM SVECICVM ad e. d.

„oppidi Brodnicenſis ſuperſtites, vbicumque ſint, aut militent, in-
„tra menſem a die ſubſcripti tractatus libere dimiſſum, tormenta-
„que duo legionaria, vt et vexilla ſimul reſtitutum iri, cauet Polo-
„nia." Viciſſim vniuerſales, vt vocant, litteras Legati Electorales dabant Polonis.

Quum de incluſione Principum denuo coeptum eſt agi, mentio facta eſt Neoburgici Ducis: ſed ſimul quoque adlatae litterae, quas Miniſter Neoburgicus, *Iohannes Erneſtus a Rautenſtein*, ad conuentum miſit, in quibus ille querebatur, Legatos Electorales iuſto Principis ſui deſiderio, quo pactis iſtis comprehendi cupiat, ſolos iam ad finem vſque, quum ceteri omnes Legati in id conſenſerint, ſine omni cauſſa, ratione et exemplo, obſiſtere, ac porro coram Legato Mediatore innuiſſe, ipſum quoque Miniſtrum Neoburgicum non amplius comprehenſionem illam vrgere, ſed contentum eſſe, vt Serenitas Sua Neoburgica non includatur. Se vero tale aliquid, ne per ſomnium quidem, cogitaſſe, ſed adhuc repetere, quae antehac, ratione iſtius incluſionis, poſtulauerit. Ceterum, quia Dni Legati Brandeburgici, praeter ſpem, in hoc immote perſiſtant, vt paci ſubſcribere nolint, ſi iſta incluſio fiat, quae tamen aliis Principibus exteris, etiam non petentibus vltro his, ab iiſdem Dnis Brandeburgicis, conceſſa eſt: petebat, vt tam ab Excellentiſſimis Dnis Legatis vtriuſque Coronae, quam ab Excellentiſſimo Dno Mediatore, ſufficiens ſibi detur teſtimonium diligentiae ſuae, [e] ex quo pateat, vnicum hoc et vltimum fuiſſe, propter quod Dni Legati Brandeburgici paci, ad ipſam etiam vſ-

que

[e] Idque facile impetratum eſt. Formulas ipſas, ab Legatis Suecis atque Polonis exhibitas Neoburgico, e tabulario Regni Poloni. infra protulimus in Actis Pacific. No. LXI et LXII. At vero Neoburgici litterae, quas hoc loco PASTORIVS

que conclusionem, subscribere pertinaciter recusarint. Scriptae erant hae litterae, Oliuae, hoc ipso die, nimirum III Maii. Illata quoque mentio est Ducis Megapolitani Gustrouiensis: sed, hunc pactis istis comprehendi, non necesse esse aiebant Caesariani, quum satis illi prospectum sit tractatu Osnabrugensi. * Securitati porro ipsius, a milite Foederatorum, sufficienter quoque eidem Articulo armistitii, et exauctorationis militum, in his pactis cautum esse. Postremo, si Gustrouiensis comprehenderetur his pactis, alterum quoque Ducem comprehendendum fore.

Actum mox de pasquillis: ** quos, singulari Articulo, in hoc tractatu coerceri, nomine Legationis Suecicae, volebat Legatus Mediator. Res, quae postulatur, inquiebat ille, bonis legibus consentanea est, quippe quae pasquillorum licentiam vbique, poenis etiam acerrimis, cohibent. Opponebatur, multa etiam alia scripta, atque ipsas quoque historias, pro pasquillis mala partium interpretatione suscipi: atque ita vel inde etiam occasionem bellorum quaeri posse: ea parte, quae pacis pertaesa fuerit, facile questura, pasquillo se contra pacta laesam esse. Ex parte Polonica quidem nihil tale metuendum, quum ea gens illo scribendi pruritu, si quae alia, careat, potiusque, ne ab aliis mordace stilo lacessatur, metuere possit. At interim, si quae pars alteram calumniis onerare ausit, integrum fore, queri de iniuria, et, vt secundum leges gentium, ea in re, agatur, postulare. Quum diu et acriter postulatum Suecicum Legatus Mediator defenderet, diceretque, eum, qui, quod iustum est, renuat, adprobare iniu-

 stum;

STORIVS memorat, diuersae ab iis, de quibus paullo superius dixi, ad me non peruenere.

* Art. XIII.

** Conf. DIARIVM SVECICVM ad d. II Maii.

ſtum; hiſtoriarum porro libros huc non pertinere; ſed famoſis tantum ſcriptis frenum imponendum: concluſum tandem eſt, omnia ſcripta famoſa, quae prodierint inter haec bella, reſcindi, nec vllius valoris eſſe debere.*

Ceterum circa ratificationes Electoralium Articulorum, atque inprimis ſeparati illius, de Elbinga, magnae ortae ſunt difficultates. Formulam ratificationis iam dudum Legati Electorales exhibuerant, et ſubinde declarationem Suecicam exſpectabant, exigebantque ſollicite, veriti, ne, aliis omnibus difficultatibus expeditis, ſolae Electorales ad finem reſeruarentur, et deinde mora concludendi tractatus Electoralibus inuidioſe imputaretur. Ac quum ad rem deuentum eſt, Suecica Legatio grauabatur Electoralibus ſpecialem dare ratificationem Articuli iſtius, de Elbinga. Se enim aiebat, cum Polonis, ea de re tractaſſe, nec niſi tacite quaſi condeſcendendo conſenſiſſe, vt Poloni eam vrbem tradant Electori. Electorales regerebant, ſe quoque, de re iſta, cum Suecis tractaſſe; a ſuo Secretario Articulum illum, de Elbinga, ſubſcriptum. Eius ratificationem ſibi, a Suecis, denegari nullo iure poſſe. Mediator aiebat, rem hanc non eſſe quidem neceſſariam, quia ſufficiat Poloniae ratificationem dari, vtpote cum qua directe, ſuper Elbinga, tractarit Suecia: interim, vt Electoralibus ſatisfieret, nihil intentatum apud Suecicos Legatos reliquiſſe, ſed nihil dum, hac in re, ab illis impetrare potuiſſe. Quum hoc dixiſſet, denuo ad Suecicos Legatos abiit. Reuerſus nouum, de exſulibus

* Paullo aliter DIARIVM SVECICVM loc. comm. *Igitur, quum haec res saepius antehac versa fuiſſet, nec aliquid efficeretur: tandem noſtrorum quoque Dnn. Legatorum Excellentiae ſilentio inuoluere eandem oportuit.* Atque ita eius rei mentio, in INSTR. PACIS OLIV. omnino praetermiſſa eſt.

exſulibus Liuoniae, adferebat ſcrupulum. Poſtulabant enim Suecici Legati a Polonicis cautionem, exſules Liuoniae nullam controuerſiam, propter bona ſua, quae in Liuonia amiſerint, moturos. Noſtri, intempeſtiue hoc peti, aiebant, quum Articulus iſte, de exſulibus, iam dudum finitus ac ſubſcriptus ſit. * Porro in ratificatione Regia expreſſe poſitum haberi, effecturum Regem, ne a vaſallis, officiariis et ſubditis ſuis, inter quos etiam exſules illi numerari debeant, pacta haec violentur. Tandem difficultatem ita tollere viſum eſt, vt in Articulo amneſtiae ponatur: *Quae, durante hoc vltimo bello, Fiſco adplicata* etc. Sic enim nihil periculi Suecis metuendum eſſe ab exſulibus, quum his in Liuonia, hoc vltimo bello, nihil ſit ablatum.

Deinde ſuper pactis mota denuo controuerſia eſt. Verbis enim illis: *Pacta, quae habent paciſcentes inter ſe, et cum aliis, ſancta, integra maneant*: Legatio Suecica addi volebat hanc limitationem, *Sine praeiudicio rerum Imperii.* Electorales Articulo, vt primum conceptus fuiſſet, ſtandum eſſe adſerebant. Poſtremo tamen, ſine vllo periculo, conſentiri in poſtulatum iſtud Suecicum poſſe animaduertentes, noluerunt tempus extrahere luctis non neceſſariis. ** Poſtea de ſuſtentatione militis praeſidiarii, in locis Pruſſiae Pomeraniaeque, actum eſt pluribus. Mediator enim, nomine Suecico, poſtulare videbatur, vt quaeque pars, intra loca inteſſa, proſpiciat militibus, citra iniuriam incolarum et viciniae. Caeſarianis quum hoc proponeretur, multae difficultates motae ſunt.

* A Polonis. die IX Aprilis. Vid. ſupra p. 224. A Suecis. die XII huius menſis. Vid. DIARIVM SVECICVM ad h. d.

** Nec tamen formulae pacis inſerta ſunt verba illa, *Sine praeiudicio rerum Imperii.* Vid. INSTR. PACIS OLIV. Art. I. et Art. XXIV. §. 2. Ceterum in DIARIO SVECICO memoriam eius cauſſae,

ſunt. Illi enim modum hunc praeſidiis Caeſarianis fruſtra fore adſerebant. Vix ante menſem Caeſarem ea de re moneri, et neque conſilia de modis ſuſtentandi militis, neque ipſam victus ſubmiſſionem tam cito procedere poſſe, quin militi interea contabeſcendum ſit, niſi in loco, vbi militat, victum, aut etiam in vicinia adquirat. Mediator reuerſus deſolatas terras Pomeraniae opponebat. Nihil ibi militi, ab incolis, ſuppeditari poſſe. Interim militem Caeſarianum longe lateque excurſurum, cum ſummo damno prouinciae. Alicubi inde iurgia et pugnas orituras, adeoque hinc in ipſo armiſtitio bellum fore. Reſponſum, incolas cum praeſidiariis contrahere, et ſic excurſionibus obuiam ire poſſe. Noſtri tandem Legati conſenſere, vt Suecica praeſidia, in Pruſſia, ad ratificationem vſque manſura, intra et extra Elbingam iuſta et neceſſaria alimenta citra violentiam ab incolis accipiant: quo viciſſim Sueci in ſimilia alimenta, in Pomerania, Caeſarianis militibus danda conſentirent. Sed quum, hac in re, Caeſarianae Legationis deſiderio ſe adtemperarent noſtri, viciſſim deſiderabant, vt illa, in puncto inclusionis

cauſſae, hoc die ventilatae, nullam reperio. Habet autem illud alia, a PASTORIO omiſſa, velut de negotio Croiano, ac Dohnauiano: de deſluitatione mercium per Viſtulam in flumen *Nogat*, et non grauanda nouis teloneis ac vectigalibus Elbinga: item de munimenti *Haupt* demolitione. Quae quum aliquando in DIARIO ipſo legi poterunt: ſuperuacaneum duxi hoc loco deſcribere.

* PVFENDORFIVS Comment. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VII. §. 14. *Ita demum poſt tantas difficultates pax Oliuae concluſa eſt, die viceſima tertia,* (ſecundum Calendarium Iulianum,) *ſemihora ante mediam noctem: per quam controuerſia, quae duas nationes, tot per luſtra, cruento bello colliſit, funditus demum ſublata eſt.* Extremus autem tanti operis labor verſabatur in expediendo ſubſcribendoque Articulo, vt vocant, Promulgatorio: cuius formula, DIARIO SVECICO ad h. d. incluſa, etiam ineſt editioni INSTR. PACIS Regiomontanae. *Quo facto,* verba ſunt DIARII modo laudati, *Dn. Mediator in puncto dimidiae duodecimae ſtetit in medio tramitis ad conclauia Legationum, Suethicae ac Polonicae, hinc inde ducentis, et tempus eſſe, vt Secretarius Suethicus veniat, parato iam et exſpectante Polonico, Legationi noſtrae nunciari fecit.* Iam vero, cereis albis praelatis, vterque accedebant adeo aequo numeratoque paſſu, vt vno eodemque

clusionis Principum, nonnihil daret postulato Suecorum, quo sic tanto citius ad finem deduci possit negotiatio pacis. Quae tandem et hac die feliciter coaluit. *

Quam aegre pax ista, et quantis laboribus in hanc lucem exclusa sit, dicere possunt illi, qui praesentes totius negotii inspectores et arbitri fuere. Sed inter alios, et prae multis aliis, ego quoque difficultatum, quae interuenerunt, conscius sum, qui qualicumque obstetricatu meo hunc ipsum partum, per menses aliquot, iuui. Quae res adeo me occupatum tenuit, vt saepe cibi somnique copiam omnem nobis exemerit. Simul vt ouo suo exclusa pax erat, certatim Legati omnes abierunt.

Circa
Commutationem Instrumentorum Pacis dicta, actaque sunt, vt sequuntur:

Primo omnium visitationes mutuae, solito more, peractae sunt. **

Comiti Schlippenbachio aduentum suum Legatus noster per me significauit, sperans, fore, vt ille, quippe quem nos Gedani praesen-

que temporis momento latus Pacificatoris, *Suecicus* quidem dextrum, Polonus sinistrum, clauderent. Ab his postquam tabulas Articuli, de quo dixi, Promulgatorii acceperat, brachiis in modum crucis compositis, nulla mora commutabat. Vid. DIARIVM SVECICVM l. c. Quibus patratis, properatum ad sacra est: actae Deo Optimo Maximo, pacis auctori atque datori, sollemnes gratiae: inde laeta festaque omnia. KOCHOVIVS Climact. II. p. 434. *Postquam coalita pax*, inquit, *primum ex fama, dein ex publicatis ad diem III Maii edictis, innotuit, vbique ouantis populi plausus, festiui ignes, nolarum machinarumque boatus, ac aliae publicae laetitiae signa resonabant: communis boni sensu nulla aetate, conditioneve destituta, quin, ob cumulatam grandi pacis bono patriam, vti primae caussae, tribuenti Deo grates ageret.* Conf. REINH. CVRICI Chron. Dantiscanum, p. 382. In societatem tantae laetitiae etiam exteri veniebant, in his apprime Hassi, apud quos Pacem Oliuensem sacris publicis celebratam accepimus. Ab eo tempore tertius Maii dies, quo pax confecta est, laudari per Annales memoresque fastos coepit. De numis vid. Amplissimi HANOVII Collect. Prussic. Vol. III. p. 112 sq. atque item IOH. DAN. KOELERI Amoen. Numism. P. XVI. p. 265 sq.

** PVFENDORFIVS loc. comm. *Sollemnes visitationes triduo, ante subscriptionem,*

praesentem reperissemus, visitationis officium prior redderet. Sed is vicissim sibi id deberi existimabat, eo quod ipse hic peregrinus, noster vero Legatus domi esse videretur, quippe qui in vrbe Regis sui esset. Inuentum expediens, vt aliquo in loco, velut casu, sibi obuii fierent. Postea communi partium consensu Instrumenta pacis, quae pars vnaquaeque secum adtulisset, reuideri, et errata omnium cum cura adnotari, atque ordine describi, et Instrumentis tandem ipsis adponi, placuit. Aliquot igitur dies reuisioni dedimus omnium Legationum Secretarii, quotidie in hospitio Dni Legati Mediatoris, (quod erat extra vrbem in domo, iaculatoribus dicata, *) congredientes. Super verbis, quae sunt in Articulo Suecico, *Status omnes Foederati et Amici* etc. diu cum Comite Schlippenbachio disputatum est, quum ea verba ita concepta essent, vt plures socios et amicos comprehendere possent, quam in tractatu comprehendi placuisset partibus. Postulatum igitur est a Dno Comite Schlippenbachio, vt peculiari charta testaretur, verba ista non latius, quam in tractatu conuentum esset, extendenda esse. Comes Schlippenbachius, ea super re, chirographum conceperat, et ad nostrum Dn. Legatum miserat. Id quum Dnis Legatis Foederatis ostendissem, minime illis id placere deprehendi. Quum res ista multum temporis absumtura videretur, Dno Legato nostro Mediatoris quasi partes suscipere placuit:

ptionem, factae sunt: ac Poloni eum honorem Suecis Sobbothi, ante meridiem, exhibebant, quem Sueci istis, post meridiem, Strizae reddebant. Electorales Suecos Calendis Maii salutabant: id officium hisce Sueci post meridiem Flemingshofii reponebant. Caesarei per Secretarium eo honore apud Suecos defuncti, eodem modo receperunt. Conf. Eiusdem Comment. de rebus Friderici Vilhelmi, Elect. Brandeburgici, Lib. VIII. §. 74. Sed rem omnium diligentissime memorabit DIAR. SVECIC. ad d. XXVIII Apr. st. v.

* Vernaculo sermone *Schiessbuden* vocant.

** Vid. in Actis Pacific. No. LXXII.

***. Vide-

cuit: adeoque ex voto eius concepi ipse aliam formulam rescripti, quod postulabatur. Quae vti a Dnis Foederatis, ita etiam a Comite Schlippenbachio, adprobata est. ** Quum omnia errata ordine descripta, et ipsis Instrumentis, post mutuam Secretariorum collationem, iam inserta essent, *** subscripsit singulis Dn. Legatus Mediator: **** excepto tamen eo Instrumento, quod Dno Caesariano porrigendum erat, in quo subscriptio Mediatoris Gallici numquam fuit admissa.

His omnibus peractis, et controuersiis, quae oriebantur, plene sopitis, tandem die XVIII Augusti, cum bono Deo, Instrumentorum Polonicorum, Suecicorum, Electoralium commutatio, in hospitio Dni Mediatoris, per nos Secretarios facta est: nam Legati, ob certas caussas, nullum publicum habuere congressum. Cum Caesarianis facta est commutatio Instrumentorum ratificationis in aedibus Amplissimi Viri, D. Michaelis Boehmii, Scabini Gedanensis. Facta commutatione Instrumentorum ratificationis, ***** abiit Dnus Legatus Polonicus, ****** versus Elbingam, negotium de ea vrbe, in manus Electoralium Ministrorum tradenda, porro iam adgressurus. Quod quomodo processerit, aliis memorandum relinquitur. Ad hunc enim actum alius Legationis Secretarius, nimirum Illustrissimus Dn. *Ignatius Bakowski*, Succamerarius Culmensis, a Maiestate Regia designatus fuerat.

Deus

*** Videantur, si cui talia curae sunt, in editione INSTR. PACIS Regiomontana.

**** Tabulae pacis, per hosce dies, in ordinem redactae, tandem die decima Maii subscriptae sunt a Legatis. Modus subscriptionis, et sollemnitas, adcurate in DIARIO SVECICO, ad h. d. traditur. Conf. Obseru. XXI.

***** Exempla ratificationum, praeter Electoralem Brandeburgicam, quae aliquoties edita est, descripsi in Actis Pacific. No. LXVII-LXXI.

****** Vladislaus Reius, (*Rey*,) Thesaurarius Curiae Regni, ac Sacr. Regiae Maiestatis Cancellarius.

Qq

Deus Opt. Max. hanc pacem, quae tantis tot magnorum Principum, tot et Miniſtrorum, Principibus ſuis ſubſeruientium, laboribus confecta eſt, non modo ratam, ſed et diuturnam ac plane perpetuam eſſe iubeat!

Finiuit
An. MDCLXV. menſe Septembri
IOACHIMVS AB HIRTENBERG PASTORIVS

OLIVA

OLIVA PACIS

AD

SACR. CAESAREAM MAIESTATEM

RELIQVOSQVE SERENISSIMOS

REGES AC PRINC. CHRISTIANOS

SEPTENTRIONIS PACATORES

Si licet veſtra, Maximi Principes, interpellare veſtigia: ſtabo pro cauſſa Dei, hoc in tractatu, Oliua Pacis, concordiae miniſter, veritatis interpres, procurator ſalutis. Non ille ſum terribilis et minax nuntius, qui Dauidi, caeleſtibus prodigiis adtonito, flagellorum metus incuſſit. Ex illorum numero non ſum, qui tot flagitiis immerſam Pentapolim euertere. Non pluo ſulphure: non vibro flammas: non iaculor fulmina: ſed miti quadam amoenitate vernantes oliuas praetendo, quas tanta bellorum eluuio, eheu! a multis iam annis, nimium comprobauit. Aſt ſingularis Dei praepotentis clementia, per Reuerendiſſimos, Illuſtriſſ. et Excellentiſſimos DD. Legatos, ad Septentrionales Pacis tractatus, peculiariter deputatos, dies tertius menſis Maii anni currentis, videlicet MDCLX. in Oliua totaliter feliciterque exſtinxit, non ſine euidenti duntaxat adplauſu totius Chriſtianitatis, verum etiam praeſenti et ingenti triumpho inclitae et vicinae ciuitatis Gedanenſis. Ex eorum ergo coetu compareo, ſicuti etiam eorum concentu, qui, naſcente Domino, pacem hominibus bonae voluntatis cecinere. Nolite

 ſpernere

ſpernere bonorum augurem, veritatis propugnatorem, qui vobis, coram Deo, in Chriſto loquitur. Totius Orbis Chriſtiani negotium eſt, Principes Optimi, quod apud vos ago: Veſtra res, quam votis et ſcriptis vrgeo: Dei poſſeſſio eſt, quam requiro, et magni quidem momenti, vt, quae ſaepe exciuerit de altaribus ſacerdotes, de monaſteriis ſacras virgines, et ex ſiluis anachoretas, vt de mutis faceret oratores. Vocat ea, quae non ſunt, tamquam ea, quae ſunt, omnium molitor Deus: ſingit os infantium: dat ſapientiam imperitis, cui cedere ſemper eſt optimum, reluctari difficile. Facit ſaepe diſertum cupido, militem neceſſitas. Non licet inter oppreſſorum gemitus ſilere, nec feriari per vulnera praeliantium. Omnis laboranti mundo iniqua eſt manus, ſi non eſt officioſa. Non detinebo vos, Principes, leuiculis rationibus. Non illudam ſterilibus ſigmentis: ſed ipſam, quam per ſtagnantes cruore campos, per collucentium vrbium plurimarum flammas, et tot circuitus non numquam quaeritis, in tranquilla ſede demonſtrabo gloriam. Ac primum permittite, me de natura belli et pacis, deque iure Principum Chriſtianorum, in vtroque, pauca diſſerere: vnde ſatis firma, opinor, eruentur argumenta, quibus et veſtrum decus, et populorum ſalus ſanciri poſſit.

Pruden-

Prudenter quidem admodum et argute Sapientes dixere, Mundum iſtum, cuius circumflexu continentur omnia, ingens eſſe quoddam ſummi Numinis volumen, cuius mors et vita omnium paginarum faciunt extrema, media autem perpetuos habent et reciprocantes ab vno ad alterum decurſus. Quod vita et mors in rerum natura, hoc ipſum praeſtant pax et bellum, in Regnorum omnium atque Imperiorum ſtatu. Et vita quidem riuus eſt a primo fonte, et portio quaedam Diuinae Aeternitatis, quae prius in caeleſtem diffuſa naturam, mox in terras et maria, noſtrumque in Orbem exundans, animarum corporumque nexu mirabile et paene diuinos temperat concentus. At vbi ſolutus eſt ille, quo continetur, modus, ſtatim euolat atroci mortis neceſſitate, omnia in ſuo Regno rapacius depopulante. Non diſſimili modo pax, maximum et praecipuum diuinae indulgentiae manus, temperiem quamdam voluntatum conciliat, e qua functionum omnium acerrimus in corpore ciuili vigor, mentium alacritas, prouinciarum non iners otium, beata ruris copia, ſecuri aditus viarum, Regnorum opulentia, et bonorum omnium cumulus accedit. At, vbi diſſipata concordia, bellum intonuit, ſtatim membrorum omnium conuulſio et dira vaſtitas, ſoluta legum vinculis audacia per ferrum et ignes ad ſcelera graſſante, ſacra profanis aequantur: nocentes et innocentes promiſcua vis fatorum inuoluit: fiunt de clarioribus vrbibus buſta, non niſi miſerorum ſanguine reſtinguenda. Vix occurrit mortalitatem noſtram aeſtimanti, haec ab hominibus geri: reuulſos quiſpiam putet Inferos, et Furiarum cateruas ex tenebris erupiſſe, quae ſpecie humana, per tot atrocia, conſternatis hominum mentibus illudant. Dicam equidem, Sereniſſimi Principes, quod

ſentio: lites et bella, non niſi per cuniculos, in Eccleſiam Dei ſunt ingreſſa, pauente ad monſtrum conſcientia, reluctante diſciplina. Et de lite quidem electionis vas, Paullus, exclamat: „Frater cum „iudicio contendit, et hoc apud infideles. Iam quidem omnino „delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare „non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem pati- „mini? Sed vos iniuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratribus.„ Quale eſt iſtud edictum tonantis et fulminantis Apoſtoli? Quaeſo Vos, quid tandem ſentiret ille, qui Chriſtianos ferre non poterat, de agro forte, aut de domo litigantes, ſi reuiuiſcens adſpiceret infeſta fidelium ſignis ſigna, colliſas gentibus gentes, non vnam domum, non vrbem, non prouinciam, ſed praecipitantem Chriſtiani nominis Orbem per caedes et ſtupra, per ruinas et incendia, tracturas. Num ipſe horreret ad immane ſpectaculum? Num modo imperanti ſimilis, modo precanti, idem minax, idem lacrimis perfuſus, ruentes in gladios et vulnera repreſſiſſet? Sed et Tertullianus[a] in hac re, vt ſolet, rigidior, dum ait: Dominum ea voce, qua iuſſit Petrum exſertum gladium in vaginam mittere, omnes pariter milites Chriſtianos diſcinxiſſe. Nimis ſeuere iſtud quidem, ſi omnem militiam crimen putat. Hoc eſt odio nocentis perdere innocentiam, dum res alioquin iuſtas odimus, vel ſaeuientium audacia, vel laſciuientium petulantia, corruptas. Quid eſſet aliud res Chriſtiana, quam ferocium praeda, et inſanientium ludibrium, ſi non liceret armis illatas, ab inſidelibus, iniurias vlciſci?

ſi ſi s

[a] Lib. de Idololatria, pag. 538. (edit. Pariſ. 1624. f.) *Quomodo autem bellabit,* (Chriſtianus) *imo, quomodo etiam in pace militabit ſine gladio, quem Dominus abstulit? Nam etſi adierant milites ad Iohannem, et formam obſeruationis acceperant; ſi etiam Centurio crediderat: omnem poſtea militem Dominus in Petro exarmando*

ſi fas non eſſet, templa ab incendiis, matronas et virgines a contumelia, vrbes a vaſtitate, a caede mortales defendere? Temeraria vox, quae tot Chriſtianorum Imperatorum laureas tam coeco, tamque praecipiti percutit turbine. Laudatiſſima omni aeuo exſtiterunt pro aris et focis ſumta, contra impios, arma: ſed fidelium, contra fideles, praelia ſaepe damnata, et ſemper aegre tolerata. Si Vetus libet Inſtrumentum ſpectare, multae quidem Iudaeorum et acres inter ſe diſcordiae, multi tumultus, bella plurima: ſed contra eos ferme omnia, qui a vera religione deficiuerant, in foedam idololatriam, cultuſque gentium lapſi. Dimicatum eſt quidem, ante ſeceſſionem tribuum, ab Iſraelitis in Beniamitas fratres, feroci Marte, immenſa clade: ſed doloris potius furor fuit, ob mulierem ſtupenda libidine vexatam, ruentis in ferrum, quam deſtinata vis, et iuſtum pro imperio certamen. Vix potuit induci magnanimus Dauid, vt Abſoloni, filio, in thronum patris per calcata tot ciuium cadauera irrumpenti, tam iuſtis armis reſiſteret, niſi manſueti animi languorem pugnaciter Ioabus diſcuſſiſſet. Adeo fuit odioſum, ſanguine et religione fraternas, inter ſe, concurrere acies. Quod ſi prima Chriſtianorum Imperatorum numerare placet tempora, inueniemus Conſtantium mouiſſe in Iulianum, * ſed iam deſertorem Chriſti, et impietatis anteſignanum: inueniemus Theodoſium Magnum toto belli fulmine detonuiſſe in Maximum, Eugenium, Arbogaſtem. ** Sed res illi erat cum tyrannis perfidioſiſſimis, qui, larua religionis, immania tegere

exarmando diſcinxit. Nullus habitus licitus eſt apud nos illicito actui adſcriptus.

* Quem tum intentum fuiſſe rebus nouis ſatis conſtat. Conſ. AMMIAN. MARCELL. Lib. XX. c. 4 ſqq. et ZOSIMVS Lib. III.

** Fl. Magnus Maximus, Britanniae et Galliae Tyrannus, Gratianum Imperio et vita

tegere nitebantur facinora. Non ignoro equidem, Auguſtinum de hac quaeſtione ſcripſiſſe contra Fauſtum, * et Chriſtianorum armorum iuſtitiam ex Euangelio ſanxiſſe, quum Ioannes, in tanto vitae rigore, conſulentibus de ſalute militibus minime ſuaſerit baltheum abiicere, ſed viuere contentos ſuis ſtipendiis, et neminem concutere: quum ipſe etiam Apoſtolus dicat, *non ſine cauſſa Principes gladium geſtare.* At ſi mentem eius libet agnoſcere, deprehendemus, tela omnia torqueri, contra inſana Manichaeorum deliria, qui Chriſtianam gentem ferro abſtinere, etiam ad repellendas infidelium armorum atrociſſimas iniurias, voluere: quaſi Dei iuſſu praedae tantum foret et caedi deſtinata. Noluit ergo Principum Chriſtianorum in Marte iniquo, aduerſus fratres, aut fouere ſecuritatem, aut irritare potentiam. Siquidem eodem loco exclamat: ** „Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, im„placatus, et implacabilis animus, feritas rebellandi, libido domi„nandi, et ſi quae ſunt ſimilia, haec ſunt, quae in bellis iure cul„pantur.„ Quos igitur exiſtimamus, ex S. Auguſtini ſententia, bello iniuſto ſe ſuoſque committere? Primum, qui coeco impetu in ferrum rapiuntur, non tam amore iuſtitiae, quam ardore vindictae: qui iniuria aliqua laceſſiti, ſupra modum atque immaniter deſaeuiunt: qui placari nolunt, volunt iraſci: deinde, qui aduerſus legitimos dominos rebelliones moliuntur, et, excuſſo iugo, feruntur in ſcelera praecipites: aut qui ſola dominandi cupiditate vicinorum

vita priuauerat: paucis poſt annis et ipſe victus caeſuſque fuit a Theodoſio. Vid. ZOSIMVS Lib. IV. Is Eugenium quoque, ope et conſilio Arbogaſtis, res nouare auſum, cruento praelio ſuperauit, An. CCCXCIV. et vtrumque ad necem compulit. Vid. ZOSIMVS l. c. SOCRATES Hiſt. Eccleſ. Lib. V. cap. 21. OROSIVS Lib. VII. cap. 35.

* AVGVSTINI Libri XXXIII. contra Fauſtum, Manichaeum, exſtant T. VIII. Opp. (edit. Antu. 1700. f.)

** AVGVSTINVS contra Fauſtum, Lib. XXII.

vicinorum tentant et permiſcent Regna, atque, vt latius imperent, caedibus et flammis iter ad dominatum aperiunt.

Cogitate nunc, Principes Optimi, quam procliue ſit in iſtis aeſtuare iracundia, vri libidine vindicandi, titillari Regni aut parandi, aut augendi, cupiditate; quam promtum ſit, laxatis ſemel habenis extra limites ferri, fingere iuſtitiam, praetexere neceſſitatem, et, quae adoraueritis, iura calcare: inuenietis profecto facilius eſſe, arma ponere, quam temperare. Sed ne multo vos ſermone detineam, Sanctus Doctor * tria requirit ad bellum rite conficiendum: auctoritatem Principis, cauſſam iuſtam, intentionem rectam. Non eſt igitur priuatorum hominum, mouere arma, quibus ius ſuum licet iudicio perſequi. Hoc penes ſummam poteſtatem Deus eſſe voluit, vt rarum eſſet, quod non poteſt eſſe non violentum. Ad terrarum dominos adtinet dicere, quod ait Seneca: ** „Ego ex tot mortalibus electus ſum, qui in terris Dei „vices fungerer: ego vitae neciſque gentibus arbiter. Qualem „quiſque ſortem ſtatumque habeat, in manu mea poſitum eſt. — „Haec tot millia gladiorum, quae pax mea comprimit, ad nutum meum ſtringentur. — Quae ruant vrbes, quae oriantur, „mea iuriſdictio eſt.„ Haec quidem poſſe, magna res eſt: ſed nolle, quum poſſis, niſi extrema neceſſitas poſcat, longe diuinius eſt. Pauca ſibi licere velit, optandum, cui licent omnia. Non extenditur ius gladii, quum ad vnum deuoluitur; ſed reſtringitur. Vna

* S. THOMAS in Secunda Secundae, Quaeſt. 40. de bello, Art. I. (Opp. T. XI.) *Ad hoc, quod aliquod bellum ſit iuſtum, tria requiruntur. Primo quidem auctoritas Principis, cuius mandato bellum eſt gerendum. — — Secundo requiritur cauſſa iuſta, vt ſcilicet illi, qui impugnantur, propter aliquam culpam impugnationem mereantur. — — Tertio requiritur, vt ſit intentio bellantium recta, quae ſcilicet intenditur, vel vt bonum promoueatur, vel vt malum vitetur.*

** De clementia Lib. I. cap. 1.

Vna exſeritur manus, vt omnes vincantur: defertur res ad ſapientiam paucorum, ne cunctorum temeritas promiſcua caede deſaeuiat. Laudanda eſt parſimonia etiam viliſſimi ſanguinis. * Nemo tam iniuſte poſſidet mortales, quam qui prodigit etiam iuſte. Tarde mouenda ſunt illa fulmina, quae perculſi colant. Caueant igitur Reges, ne credita ſibi a Domino facultate glorientur potius ad pompam, quam vtantur ad bonorum vtilitatem. Excludat ferociam delinquendi timor, et impotentiam ſummam aeſtiment, iactare nocendi potentiam. Cauſſa belli inprimis adcurato examine probanda eſt, ne ſurrepat adfectio, ne dominetur iniquitas, ne vis, ne furor per iuſtitiae ſpeciem illudat. Miſeret me, pudetue ſaepe reputantem, quam friuola fuit apud multos ingentium bellorum origo. Bellum Troianum, commune buſtum Aſiae et Europae, ** in nobili ſcorto exarſit. Hoc mille nauibus repetebatur: huius exſtincto pudori tot heroum vitae parentabant. Tot pudicae hoſtium libidini patebant, vt redderetur impudica. Arabiam inuadit Alexander, *** vt praeceptoris admonitionem, qui puero profuſionem thuris obiecerat, iam vir factus thuriferae regionis dominatu haud cunctanter elueret. Aegyptii, ob felem occiſam, cocco et truci Marte Romanos adorti, multa hominum millia

* SENECA loc. comm. *Conditum, immo conſtrictum apud me ferrum eſt: ſumma parſimonia etiam viliſſimi ſanguinis.*

** CATVLLVS Carm. LXVII. v. 89. *Troia, nefas! commune ſepulcrum Europae Aſiaeque.*

*** Vid. PLVTARCHVS in Alexandro M. c. 44. item Apophth. 37. PLINIVS Hiſt. Natur. Lib. XII. c. 14. Conf. FREINSHEMII Supplement. in Curtium, l. 2.

* Vid. DIODORVS SICVL. I. 53.

** SVETONIVS in Vita Caligulae, cap. 46.

*** Non erat nauticum conuicium: ſed nautis Romanis a toto populo Tarentino, ſine cauſſa, inſultabatur. Rem breuiter narrat FLORVS Lib. I. cap. 18. *Ludos forte celebrabant, quum adremigantem littori Romanam claſſem inde vident: atque hoſtem rati, emicant, ſine diſcrimine inſultant. Qui enim, aut vnde Romani? Nec ſatis. Aderat ſine mora querelam ferens legatio: hanc quoque foede*

millia foede mactauerunt. * Ad Oceanum ingenti armorum ſtrepitu, et immenſo rerum omnium adparatu, magnis itineribus Caligula contendit, vt conchas, laſciuientis naturae ludo pictas, colligat. ** Tarentinam cladem Romani, nautico percuſſi conuicio, moliuntur. *** Alexandrini contra Gallienum rebellant, ob inſulſam heri et ſerui, de calceorum elegantia, contentionem. **** Et ne multa commemorem, Guilielmus ille Anglorum domitor, omnium praeterquam ſui potens, dictum facetum Maximi Principis innumeris cladibus vltus eſt. Erat ille pingui corpore, et aqualiculo ſupra modum tumente: quam ob rem, quum de eius morbo inaudiſſet Philippus, Rex Galliae: „Sinamus, inquit, puerperam decumbere, partui, vt ex mole ventris adparet, iam vicinam.„ Ille ad haec furore amens, ſurrecturum ſe dixit, ſoluto puerperio, innumeris facibus ſtipatum, quibus Galliam incenderet. ***** Nec defuit dicto fides. Nam ſtatim ac conualuit, vago exercitu Franciam ingreſſus, lugubri feritate vlciſcendi, caedibus et incendiis operatur: ipſe tandem ſuo ardore conſumtus eſt. Num ludere putemus ſanguine humano, qui, leues ob cauſſas, non leuia committunt praelia? De cauſſa belli nemo ſibi vni credere debet, aut alteri; ſed exquiſita primariorum hominum prudentia

 diſquirere,

foede per obſcoenam, turpemque dictu contumeliam violant. Ex hinc bellum. Conf. FREINSHEMIVS ad h. l. et, quos ille laudat, DIONYSIVS Excerpt. Legat. IV. et VALER. MAX. Lib. II. c. 2.

**** TREBELLIVS POLLIO in XXX Tyrann. cap. 21. *Quum quodam die cuiuſdam ſeruus curatoris, qui Alexandriam tum regebat, militarie ob hoc caeſus eſſet, quod crepidas ſuas meliores eſſe, quam militis diceret: collecta multitudo ad domum Aemiliani ducis anceps venit, atque eum omni ſeditionis inſtrumento et furore perſequuta eſt. Ictus eſt lapidibus: petitus eſt ferro: nec defuit vllum ſeditionis telum. Quare coactus Aemilianus ſumſit Imperium, quum ſciret ſibi vndecumque pereundum. Conſenſerunt ei Aegyptiacus exercitus, maxime in Gallieni odium.* Conf. EVSEBIVS Hiſt. Eccleſ. Lib. VII. c. 11. et 21.

***** Vid. MATTHAEVS WESTM. ad An. MLXXXVII. et GVILIELMVS MALMESB. Lib. III.

disquirere, qui tanto propiores sint vero, quanto remotiores ab adfectu. Ad caussam iustam recta intentio accedat, necesse est, quae omnia placido, fine optimo metitur. Absit illa cogitatio a Principe Christiano, vt arma capiat ob luxuriantis animi leues adfectus; vt currat ad caedes, ad incendia, ad vastitatem; vt perdat, vt exstinguat, vt omnia ad internecionem deleat. Lapitharum hoc est, et Centaurorum, nihil aliud bellando, quam bellum, quaerere. Sapientissimi Reges per tumultus armorum eunt ad iustitiam, ad aequitatem, ad concordiam, atque ipsi quidem paci litant armati. De hoste cogitant, quasi de aegro, acrioribus remediis persanando. Vtinam diaeta curari voluisset! Vtinam fomentis obliniri! Nunc mitiori brachio transigerentur omnia. Sed quando, contra fas iusque gentium, strepit peruicacius, et toties oblatas conditiones rerum componendarum contemsit, vincendus est, secandus, vrendus, non vt exterminetur, sed vt conualescat, et ad saniorem mentem redeat. Adtritus est, non insulto: audiri postulat, audio: colla submittit, ignosco. In Cannensi clade audita vox Hannibalis: *Parce ferro miles!* ° Syracusarum ardentium flammas Marcellus lacrimis concupiuit exstinguere: °° ad prostrata Iudaeorum cadauera Titus, caelum intuens, ingemuit. °°° Quid facere oportet Christianum Regem, hoste occiso, et paene supplice? An superbire? An debacchari? An ad extrema desaeuire? At ne belluae quidem generosiores hoc faciunt. Regias mentes non decent vastae et inexorabiles irae: °°°° multa sunt humanae imbecillitati condonanda; ignorantiae multa; quaedam etiam adfectui; poenitentiae omnia. Multos seruare oportet etiam

° Vid. FLORVS Lib. II. cap. 6.

°° Vid. LIVIVS Lib. XXV. c. 24.

°°° Vid. IOSEPHVS de Bello Iudaico, Lib. VII. cap. 5.

iam inuitos: nec audiendi omnes, qui volunt perire. Quibuſdam error impoſuit; pleriſque opinio fucum fecit. Alios maligna conſilia peſſum dedere: ſunt etiam, quibus ſola fortuna pro culpa eſt. ***** Multos abſoluet, qui ſe a Deo cupiet abſolui.

Deuenimus ſenſim, Principes Maximi, in rem propoſitam, de qua veſtrum eſt iudicare, et, ex ſenſibus integerrimis, Chriſtiano nomini ac ſaluti conſulere. Veſtra quidem auctoritas legitima, deſtinatio quoque animi, et intentio, quae poteſt eſſe in optimis Principibus, niſi recta? Sed cauſſa eſt quandoque inuoluta. Geritur a vobis bellum atrox, cladibus frequens, vaſtitate luctuoſum. In quo laborat Eccleſia, ſuſpirant oppreſſorum vota; et toties conuulſus mundus ingemiſcit. Non vſitato progreditur modo, non humano more: ſed vi quadam maligna, in omnes Chriſtiani Orbis venas permanante. Excutite, ſi placet, cauſſas, et vobiſcum perpendite tanti tumultus occaſionem. Si quando res naturales videmus intra ſuos limites decurrere, et ſtatas vices obire, minime miramur. At vbi valentiori quodam impetu cernimus incitari aut peruerti ſtatutum naturae ordinem; ſuſpicamur arcanam ineſſe vim, quae fertur, atque erumpit ex abdito, vnde tam varii modi oriantur. Quoties ordinarie cieri ventos adſpicimus, aut halitus putamus, aut aeri naturalem vim ineſſe aeſtimamus mouendi ſe, ne inerti atque inagitabili globo torpeſcat. At quoties, ventis acerrime depraeliantibus, exſurgunt foediſſimae tempeſtates, quae vaſtas arbores radicitus euellunt, quae bene fundatas domos in plana ſubmittunt, quae nauigia deuorant, et ſtatum mundi percellunt, aeris haec adſcribimus poteſtatibus, per

 mundi

**** SENECA loc. comm. cap. 5. *Non decet Regem ſaeua et inexorabilis ira. Deinde habet haec* (clementia) *in perſona quoque innocentium locum: quia interim fortuna pro culpa eſt.*

***** SENECA loc. comm. cap. 2.

mundi plagas diſſipatis. Non impari quidem ratione, quum bella inſtant, vſitata inter homines forma, haec hominum tribuimus ambitioſis conatibus, moribus iracundis, et ad obiectae contumeliae imaginem facile excandeſcentibus. Quod ſi modum omnem excedant, ſuſpicamur eſſe occultam malorum originem, quae ſenſus noſtros atque intelligentiam ſuperet. Hoc ipſum de eiuſmodi atrocibus bellis, ferme per totum terrarum Orbem hactenus geſtis, rem bene aeſtimantibus vacat cogitare. Nec enim ciuili animo gerebantur in ſenſu Dei, et Diuorum, nec habuere militiae decora, quae magnos comitari ſolent animos, ſed virulentam malignitatem, quae ambas partes quaſi exedit, et, lenta quadam tabe ſerpens per omnia, fuit depaſta. Loquuntur hoc ſquallentia rura, moerentes vndique vrbes: clamat nobiliſſimus lectiſſimuſque heroum multorum ſanguis, eheu! prodige et miſere hinc inde effuſus: clamant bonis paene omnibus priuati: denique per fas et nefas multis et acerbis exactionibus adquiſitae pecuniae, quae tam crudeli ludo ſufficere debuerunt.

Hic Vos adpello, ſapientiae Antiſtites, et arcanorum conſiliorum Myſtae. Libentius vobiſcum, quam cum fortuna veſtra, loquor: cogitate, quantum a vobis exigat Deus. Sedetis quaſi Dii ex hominibus, humani generis arbitri: quam quiſque ſortem habeat, ex nutu veſtro pendet: quae mortalium cuique bona Felicitas velit, ore veſtro pronunciat: quas parari claſſes, quae arma moueri, quas vrbes exſcindi, quas gentes obrui oporteat, veſtris ſententiis agitur. Vos de fortunis et ſanguine hominum decernitis: illi de veſtra exiſtimatione decernunt. De veſtro capite inſpector omnium Deus ad tremendum et ineuitabile forum iudicat. Multa quiſque ex ſuo cernit ſenſu; multa ex ſuo loquitur adfectu.

Non

Non eſt mihi credibile, quod aiunt, tantos viros, tam magno ingenio praeditos, tam culta excultos prudentia, et huius fragilitatis rerum humanarum conſcios, putare ſe adfixos faſtigio, vt ſuas res agant, vt ſuis commodis omnia metiantur, vt amplitudini ſuae ſeruiant, vt ex priuato amore et odio res publicas gerant, vt fortunae ſuae populorum ſanguine litent. Idcirco bella concupiſcere, et res amare turbulentas, e quibus et clarius ſibi imperium, et numeroſiores pecunias, et, haerentem altius ipſa neceſſitate, Miniſterii auctoritatem ſperant. Abſit, vt tam ſordidae, tamque humiles curae in tam excelſas mentes adſcendant. Crediderim ego potius, acri vos aemulatione veſtrorum Principum anhelare gloriam, cuius ſemper ſitientiſſimi fuiſtis; iniurias perſequi; maieſtatem adſerere; imperia dilatare. Sed per Deum immortalem, et per tot dilecta Regnorum pignora, vos obſecro, videte, et diligenter perſpicite, ne vehementiſſimus gloriae adpetitus auerſos agat ab ipſa gloria. Vos illam in turbido quaeritis: ſed omnes eam mortales adpetunt in ſereno. Cogitate, vbinam maior caeleſtium virtutum claritudo, an, quum, tonitruum fragoribus ſtrepente mundo, ignes vndique iaciuntur et fulmina? an, quum puro et defaecato die ridet amoena lux, et ex humanis animis omnem moeſtitiam diſcutit? Timendam ſatis hactenus feciſtis dominorum potentiam: reddite, ſi placet, ſuauem: facite, quo ſolo inuicta eſt, amabilem. Non eſt haec Principum amplitudo, ſemper armorum fremere terroribus, et adparatu bellorum: ore igneo tormentorum aeneorum pronunciare ſaeua: hos catenis, illos gladiis deſtinare: circumferre ignes et tela: ire per fumantes vrbes, per calcata miſerorum corpora: omnia exhaurire, ne exhauriantur. Quanto illud glorioſius eſt, feliciſſimi ſideris more ambire cuncta,

mente

mente placida, virtute benefica, res lapſas erigere, ſolari moeſtas, diſſipatas colligere, et diuulſas componere!

Hoc caeleſti paſſu, dum laboranti mundo Illuſtriſſimi et Excellentiſſimi Veſtri Dni Legati, Oliuenſi in monaſterio, toto tempore tractatuum, me ſpectante, adnuente et ſtimulante, egregiam praeſtitere operam induſtriamque: credite mihi, res veſtras ex nunc et deinceps abituras ad ſolidum et inconcuſſum decus. Quid vetat ſequi? Quid pudet aemulari? Vnus ſaepe timendus eſt ſcopulus, ad quem Politicorum aliquot hominum, qui longe a pietate veſtra diſſident, curae et cogitationes adhaereſcunt. Putant, ſi ex Dei lege, et piorum hominum ſenſibus, Rempublicam gerant, fore humilem et demiſſam, praedae natam et direptioni: adpetunt alias gubernandi artes, quam quas Deus praeſcripſit, quaſi aut non ſatis vident, aut minus ſuis prouident. Excogitant nouos agendi modos verſipelles, et vafros, quibus augeant ſua, alienis inſidientur, permiſceant, ſi poſſint, omnia. Putant e re eſſe Principum, ſe ſolos intueri, ſe ſolos circumſpicere, ad ſe referre omnia: ire per adtritos ciues, ſi res ita occurrat, ad ampliſſima et Regia commoda. Nil diſtare verum a falſo, niſi ex vtilitate noſtra, ad quam componendus eſt omnium negotiorum ſtatus: licitum eſſe, quidquid prodeſt. Importunam excelſis conſiliis humilem conſcientiam: Religionem ſcrupuloſe tractandam a ſubditis, a Regibus commode: virtutem ſolidam ſaepe officere, vmbram et ſpeciem prodeſſe. Probitatem laudari, et algere. Nihil eſſe apud Principem iniuſtum, quod Regno ſit

* THVCYDIDES Lib. III. cap. 37. Οἱ φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, ὡς ἐπιτοπλεῖστον, ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις. h. e. *Plerumque homines rudiores melius, quam aſtuti, ciuitates gubernant.* Cuius ſententiae ferunt fuiſſe etiam Guſtauum Adolphum, Suecorum Regem bello ac pace maximum, rerum ciuilium

gno ſit magnificum. Non eſt, vt cum Apoſtolo loquar, non eſt haec ſapientia de ſurſum, ſed terrena, animalis, quae faſcinatis mentibus imponit, et in miſerandum exitium Regna deuoluit. Longe alia eſt mens veſtra, Viri Sapientiſſimi, longe alius animus. Etenim ſi Saracenum nobis, non Chriſtianum, incumberet imperium moderari: occurreret tamen ex ipſis Ethnicorum legislatorum libris et inſtitutis, perniciofam eſſe Regni clauum tenentibus aſtutiam. Hanc humilem ſemper et exoſam, raro nec diu vmquam fructuoſam. Vnde et rerum Politicarum ſcientiſſimus Thucydides dicebat, Rempublicam melius geri, ac felicius a moderatis, et mediocri ingenio viris, quam ab acutis, et ſupra modum induſtriis.* Sed tamen ſi Dei et legis extorres ageretis in mundo: condonandum eſſet ex humano ſenſu, et calliditate, vt creditur, non inutili gerentibus multa, ſpectantibus omnia. Nunc autem, quum plane perſpectum ſit vobis, imperia iis maxime rebus, quibus coeperunt, excoli, quis non videat, Chriſtiana Regna in fide, iuſtitia et lenitate fundata, per impietatem, et iniuſtitiam, et crudelitatem funditus euerti? Quis non intelligat, homines a caeleſti ſapientia deuios in caliginem et ſcelus ruere praecipites? Conſulite, ſi placet, hiſtorias, et videte, quales ſint Tiberianorum et Herodianorum exitus. ** Inuenietis ſubdolas mentes, vitam ancipitem, ſpes lubricas, certos metus, incerta conſilia, mortes calamitoſas, longa ſupplicia, poſteritatem aut nullam, aut breuem. At ex aduerſo, ſi vacat Chriſtianos Principes adſpicere, qui Regna mente ſincera,

leni

uilium peritiſſimum. De quo vid. BAYLIVS, in Cogitatis ſuper cometa, T. I. p. 253.

** De Tiberii extremis vid. TACITVS, Ann. VI. c. 50. SVETONIVS in Tiberio, c. 73. Herodes Agrippa, Rex Iudeae, elatus ſupra humanae ſortis faſtigium, foeda vermium tabe confectus eſt. Vid. IOSEPHVS de Bello Iudaico, Lib. XIX. c. vlt.

leni manu, moderata prudentia, probitate inuicta, per tot casus humanarum rerum tenuere, intueri licebit heroes suis gratos, hostibus timendos, felicitate et gloria cumulatos vixisse, et fundatissimas domos in multa secula propagasse. Quin igitur, abiectis tam tetri tamque funesti belli consiliis, et elisa per modestiam ambitione, repressa per caritatem cupiditate, imus ad fundatorem salutis, et conciliatorem pacis, Deum, a quo, deploratis rebus, remedia sunt nobis exspectanda. Intelligo, Sapientissimi Regum Consiliarii, quid responsuri sitis, etsi non omnes, tamen nonnulli. Vestram rem agi, vestrum decus in eo cardine verti, ne quid in eo foedere, quod totus Orbis exspectauit, Dominorum vestrorum res detrimenti patiatur. At ego prudentiae vestrae et aequitati discutiendum iam istud relinquo, an, vt constet Ministro leuis quaedam, et ex sua opinione fama, vniuerso Orbi Christiano de fortunis, de vita, de sanguine, de salute, et omnium rerum interitu periclitandum est? Quid aliud optare debent mentes vestrae, tam excelsae, tamque generosae, quam vt ex Regum Regnorumque commodo componantur omnia? At istud, si placet, excutite, num ex Principis fama, et Status vtilitate, longe sit melius, aliquid ex ea tenacitate terrarum, et indeclinabili mentis rigore remittere, quam direptionibus et incendiis omnia deuouere? Longe pulcrius forte putant plerique vastari Regna, quam perdi. Sed quid est aliud vastitas, quam dira perditio? Miserum est istud solatium, *perdere, ne perdas;* et feliciora vrbium incendia ducere, quam rapinas! Quasi rem magnam aestimes, ne moriare, mori. Non perditur corpus, quod vnius vnguis iactura seruatur. Nihil maximo et florentissimo Regno deperit, si quod oppidulum, si quae arx traditur, vt cetera omnia tranquilla pace, et leni otio, perfruantur. Nihil

Nihil inde Ministrorum eiusmodi famae decedit, si fortunati pacificatores Orbis potius, quam miseri litigatores, habeantur. Quam multos nimis circumspectos et tenaces populi infelices omnibus diris deuouerunt, viuos mortuosque conuiciis profciderunt, quod ardentis mundi funeribus, per litigiosas artes, illuserant, et omnia perdi potius, quam modicae rei detrimento fessis extrema calamitate rebus subuenire voluerant. At si quis vestrum ingemiscentis totius Orbis Christiani querelas placidis auribus audiat; si salutarem porrexerit manum; si pauca leniori brachio remiserit, vt seruet omnia: num is erit omni laude cumulatissimus? num dignus, quem praesentes colant, cuius memoriam venerentur posteri, quem populi seruatorem patriae, parentem beneficum, et salutare mundi laborantis sidus, omnes circumspiciant?

Vobis, Principes Maximi, hoc onus incumbit, agere, iubere, perficere, et administris vti, tamquam publicae felicitatis instrumentis. Certe si vacat Vobis audire, quod sine negligentiae nota recusare non potestis: ostendam id ipsum, quod suadeo, Dei vocem esse, Dei mandatum, et legem: vestram salutem, vestram rem in eo verti, atque in id caeli iussa, terrarum vota mirum in modum conspirare. Ac primum videte, ne nimis fortasse, non tam cum hominibus, quam cum Deo, bellare videamini, qui pacificatori Christo tamdiu restitistis. „Ipse est pax nostra, qui fecit „vtraque vnum: in ipso complacuit omnem plenitudinem diuini„tatis inhabitare, et per eum reconciliari omnia in ipso, pacificans „per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis, siue quae in ter„ris sunt.„ Pacem, ingressurus mundum, adtulit, pacem digressurus suo cruore sanciuit. Corpus suum dire et immaniter lacerari in cruce permisit: ossa, quae per tot commissuras, et tam arcanos

nexus, Ecclesiam repraesentant, noluit adtingi, nempe qui suos electos indissolubili concordiae nodo sociari vehementissime cupiebat. Et in Veteri quidem Testamento non ingrediebatur summus Pontifex in Sancta Sanctorum, nisi malis granatis ad poderis fimbrias adpensis, quae mirabili granorum nexu piorum significant arctissimam, inter se, societatem. Christus iam morte triumphata discipulos suos, non nisi per blandum et amabile pacis nomen, salutabat: hoc Apostoli suis epistolis praefigunt: hoc nostri Pontifices et Abbates ad aras, et sacrosancta mysteria, pronunciant: hoc iusti laetantur: hoc imp'orant lapsi: hoc triumphant Angeli. „Est enim, vt ait Augustinus, pax serenitas mentis, tranquillitas „animi, amoris vinculum, consortium caritatis. Haec est, quae „simultates tollit, bella comprimit, superbos calcat, amat humiles, „discordes sedat, cunctis est placida, cunctis benigna: nescit ex„tolli, nescit inflari, nihil quaerit alienum, nihil deputat suum, do„cet amare, quod odisse non nouit.„ Vbi non est pax, inquit Nazianzenus, non est mundus. Tribus enim stat, vt ait Simeon Gamalielis, veritate, iustitia, et pace. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, clamat veritas. Ecce! adoptio et nomen filiorum Dei, cuius auidissimi tot Reges et Imperatores fuere, promittitur non deuictis gentibus, non direptis et incensis vrbibus, non Orbe calcato, sed pacem colentibus, pacem per foedera componentibus. Deinde, quis est tam excors, vt non videat, dissensionem Christianorum semper exstitisse infidelium praedandi occasionem? Dum hac atrocitate cognatae, inter se, nostrorum quondam acies confligerent, nobis Rhodum, nobis Constantinopolim, duo nobis imperia Turcae eripuere. Num putamus, miserantis Dei indulgentiam quodam miraculo fecisse, vt tam potentem, tam

acerbum hoſtem, bellum Perſicum a noſtris cladibus auocaret? Sed hoc magnopere timendum, ne, ſi tot irarum turbine pergant inſanire, ad laceras miſerorum Regnorum reliquias, aperto per nos aditu, violentus et ferox aduolet. Verendum, ne prouidentia Numinis, toties noſtris iniuriis laceſſita, per diuturna diſſidia conciſos frementi praedam leoni obiiciat. Non aliis de cauſſis, non aliis facinoribus, maxima ſaepe conciderunt imperia, et nocentes dominos aliena dominatio preſſit, alliſa poſteritas deſtituit. Num poſtea infelicium Regum manes aeterni, in ima nocte, circumſtarent gemitus, per quos contigiſſet Chriſti Regnum in Saracenorum manus poteſtatemque deuolui? Addite iam, Principes, veſtrorum ſubditorum graues aerumnas, et laborioſam ſeruitutem. Cogit vos neceſſitas, membra deuorare veſtra, vt quaeratis aliena. Tot populi a praepotenti Deo veſtrae pietati et curae commiſſi, vt per pacem et concordiam, per cultum Numinis, legeſque ſanctiſſimas, in felicitatem coagmententur, aut ne hoſtium furori pateant infelices victimae, aut per implacabilem exactorum auaritiam ad imas vſque medullas depaſti, ſub grauiſſimis oneribus ſuſpirent. Quibus pepercit gladius, hos per lentas mortes egeſtas depopulatur, fames enecat, obruit calamitas. Viuunt caeli ſolique extorres: non illis patria, non domus, non quies, non cibus. Rem olim optatiſſimam timent, atque oderunt foecunditatem, ne, quum bonorum non poſſint, filios miſeriarum habeant heredes: vitam, quam per tot diſcrimina ſeruauere, incipiunt deteſtari, vobis inutilem, ſibi calamitoſam. Spoliari ſemel oneribus cupiunt, ne quotidie ſpolientur. Sed patiuntur interim res diuerſiſſimas, amiſſionem omnium, et capitationem ſingulorum. Dum cenſus illis deperit, perit erga vos amor, et qui veſtras olim coronas ſuis mani-

bus texuit, et ornauit. * Cogitate, Principes Maximi, supremam, post Dei honorem et cultum, legem exstare vobis, populi salutem. *Non mihi*, dixit olim fortissimus Imperator, *sed exercitui sitio.* ** Non tam vobis ipsi nati estis, quam subditis. Illorum curae, si sapitis, vos excruciant, onera fatigant, premunt miseriae, querelae exanimant. Quid prodest seruari desolatis, et ab hoste per direptiones defendi? Iam vero, quod infelicissimum est, exhausto censu, iacente animo omnes virtutes iacent: silent leges inter arma: blasphemi loquuntur: gladiatores impune debacchantur: latrones spoliant: insidiantur homicidae: effrenata libido grassatur. Conuulsa profanis ignibus flagrant templa: disiiciuntur arae: corruunt sepulcra: gementibus ipsis mortuorum manibus calcatur iustitia: luget religio, animis moerore oppressis: languet pietas: non solum omnia peruertuntur, sed peruersa negliguntur: quasi sic oporteat, sic expediat fieri, sic iubeat criminum mater necessitas.

Haec quum ita sint, Principes Desideratissimi, per quidquid carum est, rogo, per quidquid sanctum est, obsecro: relinquite poscentibus, per Illustrissimos et Excellentissimos Vestros DD. Legatos, restitutam in Oliua pacem, date tranquillitatem mundo, in tot miseriarum incendiis suspiranti. Facite, vt pacificatores vos potius suos, quam vestrorum Regnorum euersores Orbis agnoscat. Memoriae proditum est, in eo fatali bello, quod inter Gallos et Anglos diuturna contentione, et feris cladibus, tractum est, pium Anachoretam, quem vulgo Ioannem Gandauensem adpellabant,

* Ita habent exempla vulgata. Sed mancam atque mutilam esse orationem, facile adparet. Neque ausim tamen alienis, ex nostro ingenio, aliquid addere.

** Vox fuit, vt traditum est, Rudolphi I. Regis Romanorum, dum acie aduersus Ottocarum, Bohemiae Regem, decertaret, ipseque, cum exercitu, siti aestuaret. Nam quum gnathones ejus agresti homini, qui messoribus potum ferret, hydriam sicera plenam

labant, ex ſiluis, Deo inſtigante, in aulas Regum deueniſſe, vt ferales, inter ſummos Reges, diſcordias componeret. Ab Anglo ſpretus, et proterue repulſus, dira illi omnia denunciauit non vanus augur. Ad Carolum autem Galliae digreſſus, quum Principem deprehendiſſet, ingenio miti, et ad pacis conditiones inclinante, praedixit fore, vt nempe rato Regno Delphinum, quem omnibus votis naſci optabat, haberet Regni ſucceſſorem. Vaticinium proſpero euentu ſancitum. Adeo pacis filios Deus amore proſequitur, et bonorum adfluentia cumulat. Timeat ille, quiſquis pacificis omnium votis reluctabitur, grauem ſibi, et ſuis, de caelo manum, rerum ſucceſſus infauſtos, vitam in turbido, mortem in incerto. Cogitate, Principes Optimi et Maximi, num ſit aequiſſimum, quidquid poteſt eſſe, in hoc foedere pacis, detrimenti, quidquid honori, quidquid putatur Imperio ſeu Regnis veſtris detractum, fortunatiſſimis totius Chriſtiani Orbis commodis compenſari. Hoc plane locuples eſt, hoc magnificum, hoc vere regium, et ad omnem ſeculorum memoriam propagandum. Mementote, vos Chriſtianos imperare Chriſtianis: tales vos hominibus praebete, qualem vultis nobis ſe praeſtare Deum. Hoc quidquid eſt vitae, anceps et lubricum: quidquid eſt dignitatis, fragile: quidquid eſt virtutis, veſtram ſpectat aeternitatem. Manet vos ingens et ſpectatiſſimum tribunal: manet iudex, puriſſima luce circumfuſus, ſub quo nec latere abdita, nec fucata fallere, nec peruerſa vincere vmquam potuerunt. Stabunt ad eius conſpectum exſutae corpore,

fortunis

plenam per vim abſtuliſſent, atque ad ipſum Rudolphum detuliſſent, hic quidem, re cognita, *Reddite*, inquit, *homini vaſculum ſuum: nam ego exercitui, non mihi ſitiebam.* Vid. AEN. SILVII Commentar. in ANT. PANORMITAE, de dictis et factis Alphonſi Regis memorabilibus, Lib. III. p. 140. Quod ſi verum eſt, ſine dubio Rudolphus audiuerat Alexandrum, etſi maxime ſitientem, tamen effudiſſe aquam oblatam, quod non eſſet, quantum exercitui ſufficeret.

fortunis, imperiis, Regum animae, iuſta et iniuſta clariſſimo fulgore viſurae. Illic tonabunt ſupremi Numinis edicta; clamabunt oppreſſorum gemitus; lacrimae pauperum loquentur. Pro diuulſis aris ſtabunt tutelares Diui, et aduerſus contumaces omnis militia caeleſtis conſurget. Date operam, Principes ſemper Pii, ſemper Inuicti, vt, quae vobis inuitis et reluctantibus, per armorum licentiam, ſunt commiſſa, per aequitatem Illuſtriſſimorum et Excellentiſſimorum, ad ſeptentrionalis pacis tractatus DD. Legatorum, Oliuae emendata, nullam ſeculo labem, nullam veſtro nomini maculam relinquant. Efficite, vt iuſtitia et pax in mutuos conueniant amplexus, per veſtra Regna, per veſtras vrbes triumphali ferantur pompa, totius Orbis humeris portentur in fixas et aeternas ſedes, quas, vt veſtrae bonitatis monimenta, et felicitatis noſtrae pignora, colere ac venerari perpetuo licebit. Sic

Deuouet obLIgatIssIMa Veſtra oLIua LIbenter.

Anno Domini, quo
fLoreat Iſta DIV eX VotIs nVnC paCIs oLIVa,
nVLLa Vt rVptVras Caſtra Creare qVeant!

ACTA

ACTA PVBLICA
PACIFICATIONIS OLIVENSIS

MAXIMAM PARTEM

NVNC PRIMVM IN LVCEM PROLATA

A

IOH. GOTTLOB BOEHMIO

CONSPECTVS
ACTORVM PVBLICORVM

XXVI. De-

LVII. Ist-

ACTA

ACTA PVBLICA
PACIFICATIONIS OLIVENSIS
MAXIMAM PARTEM INEDITA

I

Postulata Commissariorum Polonicorum, porrecta Christianiss. Regis Legato, tamquam Mediatori pacis et tractatuum futurorum, inter Poloniae et Sueciae Reges, Thorunii m. Martio An. 1659.

Ex Codice MS. Zalusciano.

1. Nimirum ut salui conductus Suetici quam primum possint obtineri a Commissariis Sueticis, tam pro Polonia, quam eius Foederatis, transmutandi per Suam Excellentiam in manibus DD. Commissariorum Polonicorum.

2. Vt defectus in plenipotentia Suetica, pridem Varsauiae adhuc in conferentia communi detectus, suppleatur, ratione expressionis Foederatorum Regni Poloniae, declarantes, Nos uno eodemque Tractatu, tractaturos insimul pacem, sic unico Instrumento comprehendi velle, seruata principalitate Poloniae.

3. Cum vero communem causam sufferat hoc bello Serenissimus Daniae et Noruegiae Rex, sesque S. R. M. declararit, inter primas ipsius rationes hoc Tractatu haberi velle: proinde vt pro eiusdem Commissariis, qui huic Tractatui intersint, literas Salui Conductus, mandatumque procuratorium ad tractandum cum illis uno eodemque tempore Commissariis Sueticis procurentur, operam suam sedulo interponat Excellentissimus Dnus Legatus.

4. Illustriss. Duci Curlandiae et Semigalliae detur facultas alloqui aliquem suorum Ministrorum, quocum de rebus suis conferre possit, informationemque necessariam dare, ratione suorum interessorum: si id obtineri non possit, vt ex captiuitate hac, una cum Serenissima Coniuge sua, et liberis, ante ipsos Tractatus dimittatur: quod unice commendatur Excellentissimo Domino Legato.

5. Vt a Sueticis Commissariis determinationem comitatus obtineat, quo stipati huc venire ad Tractatus debeant.

6. Liberam

6. Liberam reuiſionem vt obtineat nauium, curruum, ne ſub praetextu ſupellectilis Legatorum, inſeratur penu militare in has prouincias.

7. Veredarii quoque vt circumſcribantur, ne praetextu litterarum, fortalitia accedant, litteras ibidem, vel alias ſchedas quaſuis importent, et his ſimilia.

II

Vltima Reſolutio Legationis Sueciae, ſuper loco tractatuum, data Elbingae d. $\frac{16}{26}$ Nouembr. An. 1659. ab Exellentiſſimo Dno Legato Gallico, Dirſauiae, d. 4. Decembr. exhibita.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

I

Etiamſi de abitu potius cogitare, quam poſt tot tergiuerſationes alterius partis, ante datam ſuper loco declarationem denuo mutare D. Suedici Commiſſarii poſſent, quod ſaluberrimum hoc pacis negocium promouere et maturare queat, amore pacis, Legatio Suedica Oliuam pro loco Tractatuum et manſionis ſtabilis eligit, hiſce, quae ſequuntur, conditionibus.

1. Antequam Elbinga ſe mouerint praefati D. Legati, eorundem his poſtis, ſiue veredariis, et per expreſſum miſſis liber vbique locorum, etiam per Pomeraniam et Marchiam in Germania Hamburgum uſque et ulterius ad ditiones Suecicas, tranſitus et reditus ſtipulentur, et litterae, quae iam Dantiſci ſunt, ſine mora ad manus eorum tuto Elbingam veniant, eademque ſit Cambiorum nunc et in futurum conditio.

2. Eo quoque fine duae Galiotae, quarum antehac mentio facta erat, quibus ad tranſmittendos litterarum faſciculos vti poſſint D. Legati Suedici, et quae ſimul res et ſupellectilem eorum Elbinga Oliuam portent per Pilauiam, abſque contradictione vel reniora, cum nautis et militibus, (quarum ſingularum numerus non ultra triginta homines extendetur,) et octo tormentis unaquaeque minoribus, ire in mare Balticum permittantur. Quibus duabus Galeotis, pariter ac uni vel

alteri

alteri naui bellicae, quas forte pro auehendis suis Plenipotentiariis S. R. M. submiserit, in sinu Pucensi statio et hiberna intra ostium Vistulae erunt, promittentibus vicissim D. Legatis, in offensionem alicuius iis se non usuros.

3. Cum omnino necessarium sit, ut Legatorum personae cum parte comitatus sui atque praesidio, in loco munito simul sint, idcirco Oliuae Abbatia et Monasterium, recipientibus se aliorsum interea temporis Abbate et religiosis, si capax quidem illud his omnibus erit, Legationi Suedicae tradatur, vacuum et liberum, et pagus Sobboth cum adiacentibus ad mare versus occidentem aedibus, Aulae ministris, et famulitio, comitatuique reliquo inseruiat. Ita ut D. Legatis Suedicis, qui 8uo die a facta hic notificatione, has conditiones ratihabitas esse, in loco erunt, statim ad acceptas D. Coronae Marefchalli salui passus et repassus literas, Monasterium Oliuam et Abbatiam ipsam praesidio suo occupare, et suos metatores praemittere, et ad commorandum omnia praeparari possint, integrum sit. Et quo eo commodius hinc illuc proficisci queant, per Stuthoff et Neringam personis, equis et rebus liber et securus pateat transitus, et praeterea curribus et nauigiis Gedanensium inde ad Oliuam usque iuuentur.

4. Licet Diplomati Regio, quod de securitate D. Plenipotentiariis Suedicis cauet, nec non saluum Conductum Caesareum in forma debita promittit, quem quidem omnimode desiderant, non minus ac fidei publicae, imo D. Legati Mediatoris, nomine Christianissimi Regis, dato verbo assecuratiuo obligatorio, omni modo credatur, tamen et propter respectum ac dignitatem et contra hominum tumultuantium insultus subitaneos, Legatio Suedica secum habeat Satellitium praesidiarium centum equitum et peditum ducentorum, quod tuto illuc ire, ibi morari, et suo tempore, eo quo visum fuerit D. Suedicis, abire debet, iisque liberum sit, claustris et palisептis loca aperta circumdare, et detur ipsis, ubi opus fuerit, aduersus quoscunque Praesidium Equitis peditisque Polonici, ac denique ad trium milliarium spatium praedictus locus extra hostilitatem omnem ponatur.

5. Cum Serenissimus Elector Brandeburgicus, in Prussia Dux, saluum conductum quidem antehac D. Plenipotentiariis Suedicis extradi fecerit, in eo vero tantum promittitur securitas in itinere in Bo-

russiam vel reditu inde, nec non quamdiu in Prussia commorentur; igitur cum locus Oliuensis sit extra Prussiam in Pomerellia situs, nihil vero tunc temporis cum litterae illae Electorales expeditae fuerunt, de tali mutatione locorum tractatus, vel fando vel cogitando occurrebat, merito postulant D. Legati Suedici nouos Sereniss. Electoris saluos conductus, vt in hoc loco tractatuum tuti et securi esse possint. Eamque rem procurandam D. Legato Mediatori serio commendant.

6. Pro necessitate D. Plenipotentiariorum Suedicorum tam victui, quam amictui inseruientia in urbe Dantisco, totoque illo districtu et ubiuis alibi coemere liceat, et emissi eorum ministri ac famuli tuto eant, ac cum rebus emptis remeent, proindeque uniuersales S. M. Poloniae et S. Serenitatis Electoralis Generalitatibus, sine mora tribuantur, quibus et hoc caueatur, vt si per mare talia ipsis veniant, ea sine periculo et molestia omni, a littore ad locum commorationis supra nominatum adportentur.

7. Morbo superueniente, vel alia urgente necessitate, etiam, quod Deus prohibeat, pacis negotio irrito, D. Legatis Suedicis in Vrbe Gedanensi detur receptio, et quando commodum erit, cum rebus forsan depositis, liber abitus pateat; Cum primis autem, quando praeter spem Tractatus prospero euentu caruerint, Legationi Suedicae Eiusque comitatui, rebusque ad eam pertinentibus, non impeditus, omnique ex parte tutus, Elbingam vel Mariaeburgum, aut alium in locum, quemcunque elegerint, etiam in Pomeraniam aut Liuoniam, siue terrestri itinere, siue maritimo recessus sit. Et si forte propter anni intemperiem, vel alia incommoda, D. Legati Plenipotentiarii Suedici non possent confestim a rescisso Tractatu, se ex loco Tractatuum recipere, sed necesse habuerint in illo quantisper morari, integrum iis sit, cum toto suo comitatu vel parte eiusdem, ac omnibus, quae ad legationem pertinent, nec non vniuerso praesidio inibi tuto degere, donec commode se inde mouere poterunt.

2

Ratihabitis ab altera parte hisce conditionibus omnibus, Oliuae locus supra expressus acceptatur. Quae si Aulae Polonae, quantumuis iustissimae, haud probatae fuerint, cum in casum Legatio Suedica

dica pro se Frawenburgum et Tolchometum, D. Polonici Legati Plenipotentiarii pro se et suis Foederatis, Braunsbergam, respectiue quisque retineat, sintque eaedem, quae hic supra de Oliuensi loco conditiones, et quod de coemptione Dantisci apud Oliuam dictum est, intelligatur non tantum de Dantisco, sed et Regiomonto apud Frowenburgum et Tolchometum, applicenturque pro natura rei et loci omnia, quae de dignitate, securitate et commoditate, in prioribus, proiecto, memorialibus et Declaratione a D. Legatis Plenipotentiariis Suedicis sunt postulata. Datum Elbingae, d. $\frac{7}{17}$ Nouembr. 1659.

Ad mandatum Illustrissimorum atque Excellentissimorum DD. Legatorum subcripsit

Godofred. von Schröer, Legationis Secretarius.

III

Articulus Praeliminaris super loco tractatuum, cum Illustrissimo et Excellentissimo D. de Lombres, *Legato Mediatore, conuentus Elbingae d.* $\frac{7}{17}$ *Nouembr. 1659.*

Ex Codice MS. Zalusciano.

Cum de Oliuensi loco, ob conditiones, quas Illustrissimi atque Excellentissimi D. Legati Suedici ad dignitatem, securitatem et commoditatem, maxime necessarias duxerunt, conueniri haud potuerit, omnem tollendi ulteriorem moram causa Frawenburgum et Tolchometum pro D. Suedicis, et Braunsberga pro D. Polonicis, eorumque Foederatis, acceptatur hoc modo:

1. Quia hactenus maxima fere difficultas in defectu salui conductus Caesarei fuit, Legatio Suedica eundem, vt et quoad securitatem in loco Tractatus, et postas litterasque etiam per Pomeraniam et Marchiam, aliasque Iurisdictiones Electorales Hamburgum usque ulterius ad ditiones Suedicas, a Sereniss. Electore Brandeburgico plenius Diploma, quam primum desiderat; interea vero D. Legatus Mediator Diploma Regium Polonicum, quod de securitate aduersus quoscunque cauet, et praesatum saluum conductum Caesareum in forma debita promittit,

 D. Legatus

D. Legatus Plenipotentiariis extradit, et inſuper Regis Chriſtianiſſimi nomine, verbo aſſecuratiuo ſe obligat, fidem publicam in nullo, tam praecedentium, quam quae promittentur in futurum, violatum iri.

2. Frawenburgum (quod etiam D. Mediatoribus et aliis Legatis, tanquam locus intermedius, inſeruiet) et Tolchometum cum adiacente territorio, D. Legatis Suedicis tradatur, et *ex nunc intra decendium*, milite Electorali vel quocunque alio euacuetur, atque in locum ſuccedat ſatellitium praeſidiarium Suedicum, centum equitum et ducentorum peditum, quod tuto illuc eat, ibi commoretur, et finito, vel quod Deus auertat, irrito Tractatu, eo, quo Legationi Suedicae viſum fuerit, redeat: licebitque D. Plenipotentiariis, ſi quae inueniantur lacunae, vel pars murorum aperta, clauſtris et palliſeptis illa redintegrare, idque ob reſpectum, et ad auertendos hominum tumultuantium inſultus ſubitaneos.

3. A Frawenburgo, qua terra, qua mari, aquis et fluminibus, trium incluſiue milliarium ſpacium extra hoſtilitatem omnem, ab hodierno die, poſita eſto, et liberum ſit D. Plenipotentiariis Suedicis, quando libuerit, ſuos metatores, miniſtros et ſeruos illuc praemittere. Quo tamen inconuenientiis, quae forte, nondum officialibus et militiae facta notitia, emergere poſſint, praecidatur occaſio, ſatius iudicatur, quas D. Legatus Mediator intra octauum a ſuo hinc abitu diem, huc mittere promittit, dandas Generalitatum ſalui paſſus litteras expectare.

4. Siquidem inter conditiones, ſine quibus inſtitui Tractatus nequeat, iure ſuo praeprimis ponitur litterarum et poſtarum liber curſus et ſecuritas, hiſce nomine Partium D. Mediator in ſe recipit et litteras D. Legatorum Suedicorum, quae iam Dantiſci remorantur, antequam illi ſe mouerint Elbinga, huc procurare velle, et in poſterum eorundem epiſtolas, litterarum faſciculos, poſtas et veredarios, item per expreſſum miſſos nullo modo ubiuis locorum impeditum iri. Eaque de cauſa S. R. M. Poloniae Diploma, *ante lapſum huius menſis* ſtyli veteris, publicationi dabitur.

5. Poſteaquam loca ſupra nominata fere deſolata ſint, ita ut, quae ſubſiſtendi ratio requirit, ibi minime inueniantur; ideo D. Legatis Suedicis Dantiſci et Regiomonti et ubique locorum, ex commoditate ſua,

ſua, per ſuos emiſſos libera coemptio et in locum Tractatus et manſionis adportatio conceditur. Et proinde vel a Partis aduerſae Legatis, vel a Mediatoribus, ſalui paſſus, quoties poſtulabuntur, ſine dilatione dabuntur, idemque reciproce toto Tractatus tempore obſeruabitur.

6. Si praeter ſpem Tractatus ex voto non ſuccedat, ſed Pacis negotium abrumpi contigerit, D. Legatis Suedicis cum omni ſuo comitatu, miniſtris, famulis, equis, omnibuſque aliis in ſaluo conductu Regio expreſſis, etiam ſatellitio praeſidiario ſupra nominato, liber regreſſus Elbingam aut Mariaeburgum, vel alium in locum, quem ipſi elegerint, pateat. Quod ſi etiam propter anni intempeſtates, vel alia de cauſa, ſtatim poſt concluſam vel irritam Pacem, inde recedere non poſſint, iis licitum erit cum memoratis in praecedente conditione omnibus, vel parte eorum, ibidem eadem ſub ſecuritate commorari, donec inde ſe mouere, et ad ſuos redire, ſiue per mare, ſiue per Pomeraniam, aut Curlandiam et Liuoniam, terreſtri itinere, illis commodum erit.

7. Hiſce ita concluſis, Partis utriuſque Legati die prima Decembris ſtylo veteri, in locis iſtis Tractatuum ſe ſiſtere, et principali negotio initium facere teneantur. Elbingae, d. $\frac{27}{17}$ Nouembr. 1659.

Ad mandatum Illuſtriſſ. atque Excellentiſſ.
DD. Legatorum ſubſcripſit

Godofred. von Schröer Legationis Secretarius.

Vltima

IV

Vltima Declaratio Legationis Polonicae, super punctis a Legatione Suecica, circa locum tractatuum, propositis, d. 11. Dec. 1659 Dno Legato Galliae exhibita.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Licet Legatio Polonica Oliuam pro loco Tractatuum tam apertis et sinceris conditionibus proposuerit, vt nouas super hoc mouere difficultates, eius Partis sit, quae Pacem nolit: tamen cum D. Plenipotentiarii Suetici conditiones quasdam congressui praemittere voluerint, ad eas D. Legatorum Polonicorum sequens datur Declaratio:

1. Securitas postarum et veredariorum ordinariorum satis iam per Regios saluos conductus, et saluos conductus Colligatorum, promissa assecurataque est, atque nunc etiam cauetur, liberumque et tutum erit D. Plenipotentiariis Suedicis litteras suas per ordinarias vias mittere, et responsa recipere, nec denegatur et expressarum extra ordinem postarum missio, dummodo id fiat cum scitu et sub saluis conductibus Partium: caeterum ut nulli ius est in alienis dominiis, ita de securitate supra dictorum Polonia et Confoederati in suis tantum quisque cauet ditionibus, et pro suis quisque copiis. Litterae etiam, si quae Dantisci hactenus retentae sint, restituentur.

2. Duabus Galiotis, quibus res et supellex DD. Commissariorum Sueticorum Elbinga Oliuam per Pilauiam transportentur, et quod non ultra declaratum numerum et modum armatae sint, uti poterunt D. Legati Suetici. Quibus Galiotis permittitur etiam, ad transferendas litteras, statio in sinu Pucensi, vel ad littus ante Oliuam; nauibus vero maioribus portum Prussiae subire minus necessarium videtur, nisi in abscessu DD. Legatorum Sueticorum, quo tempore accessus ad littora Prussiae in vicinia Oliuae dictis duabus Galiotis non denegabitur.

3. Pro maiori commoditate DD. Legatorum Sueticorum D. Abbas, et Religiosi Oliuenses, ex Abbatia et Monasterio excedent, duobus tantum Religiosis in Monasterio ad decorem et curam Ecclesiae, ibidem sitae, (quae interim per tempus Tractatuum occludetur,) remanentibus.

bus. Tradetur itaque Legationi Succiae vacua et libera Abbatia et Monaſterium Oliuenſe, ut et pagus Sobboth, cum adiacentibus ad mare, verſus Occidentem, aedibus, ita ut D. Legatis Sueticis metatores ſuos eo praemittere, et dicta loca praeſidio ſuo occupare, ex nunc liceat. Curribus quoque et nauigiis per Stuthoff et Neringam iuuabuntur.

4. Liberum erit Legationi Sueticae, praeſidium centum equitum et ducentorum peditum ſecum habere, quod tuto Oliuam ire, ibi morari, et ſuo infra praeſcripto tempore, quocunque viſum erit D. Sueticis, abire poſſint. Liberum quoque erit eiſdem, loca ſupra nominata aperta clauſtris et palliſeptis circumdare; et dabitur ipſis, ſi opus fuerit, aduerſus quoſcunque praeſidium Polonicum. Denique praedictus locus ad tria milliaria circumcirca extra hoſtilitatem omnem ponitur.

5. Licet Pomerella communiter ſub nomine Pruſſiae veniat, ſatiſque cautum Legationi Sueciae ſaluis conductibus Sereniſſ. Electoris Brandeburgici videatur: procurabuntur tamen noui ſalui conductus ex mente D. Plenipotentiariorum Sueticorum, ita tamen, vt vice verſa a Suecis correcti et deſiderata forma concepti D. Plenipotentiariis Brandeburgicis ſalui conductus extradantur.

6. Liceat D. Plenipotentiariis Sueticis victui et amictui neceſſaria ubiuis tuto coëmere, et ad loca praedicta comportare. Si tamen ea per mare aduehantur: libera erit D. Legatis Polonicis per deputatum reuiſio nauigiorum, ne forte aliquid prohibitae mercis, et quod ad victum et amictum non ſeruiat, inferatur. Quemadmodum iam antea circa Pilauiam conuentum fuerat.

7. Morbo ſuperueniente, ſubminiſtrabuntur D. Legatis Sueticis ex urbe Dantiſcana Medici et Chirurgi. Quod ſi Tractatus proſpero euentu (quod Deus auertat) caruerint; Legationi Sueticae, eiuſque comitatui, rebuſque ad eam pertinentibus, non impeditus omnique ex parte tutus, Elbingam vel Mariaeburgum, aut alium in locum, dummodo non cinctum obſidione, etiam in Pomeraniam aut Liuoniam, ſiue terra, ſiue mari, receſſus erit. Integrum quoque Legationi Sueticae erit, cum toto ſuo comitatu, vel parte eiuſdem, ac omnibus, quae ad Legationem pertinent, nec non uniuerſo praeſidio, poſt abruptos

 Tractatus,

Tractatus, in loco Tractatuum, tuto ad ſpatium duarum ſeptimanarum manere et degere.

8. Haec ſuperiora conceduntur, ſi monaſterium Oliuenſe pro loco Tractatuum acceptatur: alias non pro conceſſis habentur.

Cum non dubitetur, Legationem Sueticam ſuperioribus acquieturam, Domini Legati Polonici ex nunc verſus Oliuam ſe conferunt. Legatio Suetica, repulſa ulteriori circa locum Tractatuum deliberatione, expectatur.

Legatio Polonica poſtulat a D. Plenipotentiariis Sueticis, vt ab eis viciſſim caueatur, poſt finitos vel abruptos Tractatus, ex locis Tractatuum ſine moleſtia intra duas ſeptimanas omne praeſidium deducturos, locaque ea integre in manus Poſſeſſorum reſtituturos.

Ad mandatum Legationis Polonicae
Ioannes Zelechi, Capitaneus Bydgoſcens.
Secretarius Legationis.

V

Concluſa in Conferentia, die 11. Decembr. 1659. cum Illuſtriſſimis et Excellentiſſ. Dnis Legatis Sereniſſ. Confoederatorum.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Nimirum promiſiſſe et declarauiſſe Illuſtriſſimos et Excellentiſſ. DD. Plenipotentiarios Legatos, ſequenti immediate die poſt ſubſecutam declarationem, ratione acceptati loci Oliuae pro Tractatu futuro Pacis, ſe ſua plena mandata ad manus Illuſtriſſ. et Excell. Dominorum Legatorum Plenipotentiariorum Poloniae, vel alio debito et conuenienti modo extradituros, nec eiuſmodi extraditionem ullis difficultatibus retardaturos.

Caſu vero, quo per Miniſtros Sereniſſimi Electoris ſteterit, praetenſis Galiotis Plenipotentiariorum Sueticorum pro ſua aut ſuae familiae et ſupellectilis Elbinga euectione, et non ad uſus bellicos, per portum Pilauienſem tranſitum negatum, et hinc plena mandata extradenda erunt

erunt partibus, et ad commutationem communicanda, ipſeque Tractatus pro interim Elbingae incipiendus, ſaluo nihilominus quam primum regreſſu, ad ſpecificatum Oliuae locum, (quem pro accepto Sueci habere tenebuntur,) ubi Sueticis Commiſſariis dictae Galiotae ad tranſportationem rerum praedictarum per portum Pilauienſem permiſſae fuerint, ita ut coepti Tractatus Elbingae rurſus deſinant, et Oliuam transferantur.

A parte Legationis Caeſareae et Brandeburgicae
F. C. Comes a Kollowrat,
Oberbeke,
Chriſtophorus Somnitz.

VI

Legationis Suecicae, ſuper vltima declaratione Legat. Polonicae, reſponſio, ad Excellentiſſimum D. de Lombres, *data Elbingae die $\frac{17}{7}$ Decembr. An. 1659.*

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Quas Excellentia Veſtra, d. $\frac{11}{1}$ huius menſis, Dantiſco ad Nos dedit litteras, heſterna die Nobiliſſ. D. Bardoiſius hic nobis fideliter attulit. Scripſimus ad E. V. $\frac{11}{1}$ eiuſdem, et per Generoſum Dom. Akakia, Dominica proxime praeterita, hinc abeuntem tranſmiſimus, in iiſdemque litteris Oliuenſem locum pro vix acceptabili, non adimpletis neceſſariis conditionibus, (praeſertim cum Galeotarum tranſitus iam hieme et glacie prohibeatur,) iudicauimus quidem, eaque de cauſſa, ut Frawenburgo et Tolchometo inſiſtatur, deſiderauimus: verum cum iam ex tranſmiſſa per litteras ſuas ab E. V. Legationis Polonicae ultima declaratione, cuius originale firmatum eſſe ſolita ſubſcriptione non dubitamus, pleriſque deſideriis noſtris ſatisfactum cognouimus: Nos, ne ſalutare Pacis negotium ullis difficultatibus impediatur amplius, praeſertim deferentes Aulae Regiae, quod eam iam Dantiſcum adueniſſe comperimus, fide publica freti conſentimus, atque ut omnes

 articuli

articuli praefatae Declarationis effectui dentur, confidimus. Ante omnia vero Excell. Vestram rogamus, ut quam primum diploma Regium Polonicum, de praestanda nobis aduersus quaecunque securitate, ad manus nostras huc mittat; deinde illud de libero cursu postarum, quem concessum iam esse, praeprimis gratum nobis est, sine ulteriori mora publicetur; et, si fieri potest, in Stuthoff, litterarum fasciculi ad nos pertinentes, quamdiu hic commoremur, ex nunc deponantur; praeterea etiam litteris passus pro illis Galeotis nostris, ut, quam primum propter congelatas modo aquas fieri poterit, (ita ut nec ipsis obstare possit, quidquid ad interim temporis elabitur,) Pilauiam eae transire possint, ante abitum hinc nostrum potiamur; et denique, quem per expressum ad S. R. M. mittimus, tubicini litterae salui passus dentur, et euntibus Oliuam simul metatoribus nostris omnia humanitatis et assistentiae officia tam in itu, quam reditu exhibeantur. Ad tempus quod attinet, optaremus et festum Natalitiorum Saluatoris nostri non tam propinquum, et vias ita comparatas, ut ante illud abire Elbinga possemus: sed quia spatium aliquot dierum elabetur, quo Oliuam ministri nostri iuerint, ibi se expediuerint, et ad Nos redierint, die $\frac{20}{10}$ huius mensis iter ingredi nobis proposuimus, ita ut nouo cum anno, (quod felix faustumque sit,) ipsos tractatus exordiri possimus. Fidem publicam, cuius supra mentionem fecimus, omnibus anteponimus, nec nouissimum exemplum, quod praesidio Strasburgico hisce diebus factum est, nos a via suscipienda deterret. Quin potius ut illi rei cito afferatur medela, ac isti milites nostri non impediti, et sine omni molestia huc veniant, speramus, et Excell. Vestrae curae, cui multum nos debere fatemur, omni meliori modo commendamus. Quibus Excell. Vestram bene valere cupimus. Datum Elbingae, d. $\frac{17}{7}$ Decembr. 1659.

Excell. Vestrae ad officia paratissimi

Magnus Gabriel de la Garde. Benedictus Oxenstierna.

Christoph. Carolus Schlippenbach. A Guldenclau.

VII *Pro-*

VII

Procuratorium Serenissimi Regis Poloniae prius.

Ex editione Instr. Pacis Gedanensi prima.

Nos Ioannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. etc. etc. Notum testatumque facimus uniuersis et singulis, quorum interest; Quod cum ad Tractatum instituendum de praesenti hoc bello, eoque diuturno et funesto, conuenienter sopiendo, deque facienda perpetua pace inter Nos Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, Nostrosque Foederatos ab una; et Serenissimum Principem, Fratrem, Consanguineum et Vicinum Nostrum, Dominum Carolum Gustauum, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. et Regnum Sueciae, eiusque Confoederatos ab altera parte, modus et via iniri coeperit, atque Serenitatis Suae nomine declaratum et contestatum sit, nihil, quod ad eiusmodi Tractatum inchoandum, instituendum et plene perficiendum merito requiri poterit, a parte eiusdem Suae Serenitatis desideratum iri: Ideo testaturi constans nostrum propositum, et animi propensionem ad promouendum dictae pacis negotium, non modo in praefatum Tractatum consensimus, sed illico etiam deputauimus et constituimus, sicuti etiam vigore praesentium deputamus et constituimus veros et legitimos nostros ad supra dictum Tractatum, Commissarios, Illustrissimos, Illustres, Magnificos et Generosos, nobis sincere fideles et dilectos DD. *Ioannem Comitem a Leszno*, Palatinum Posnaniensem, Sacrae Reginalis Maiestatis Marschalcum, Generalem Maioris Poloniae, Mariaeburgensem, Corsunens. *Georgium Comitem in Wisnitz*, Supremum Regni Campique Marschalcum, Generalem Minoris Poloniae, Cracouiens. Scepusiens. Chmielnicens. Nizinens. Pereaslauiens. Olstinens. Casimiriens. *Nicolaum in Prazmow*, Supremum Regni Cancellarium, nominatum Episcopum Luceoriens. Abbatiae Sieciechouiens. perpetuum Administratorem, Praepositum Cracouiens. *Christophorum Pac*, Supremum M. D. L. Cancellarium, Wilkouistens. Ko-

zienicens. Clefcelens. Oftrinens. *Ioannem Andream Morfzftin de Raciborsko*, Referendarium Regni, Koualiens. Zauichoyftens. *Vladislaum de Naglovice Rey*, Thefaurarium Curiae Regni, Sacr. Regin. Maieftatis Cancellarium, Neokorcynens. Libusfciens. *Ioannem in Gnin Gninski*, Succamerarium Palatinatus Pomeraniae, Gnefnens. Gubernatores: Dictifque noftris Commiffariis plenam poteftatem damus, ut congreffi cum alte memoratae Serenitatis Suae, ad talem Actum cum plena poteftate Deputatis et conftitutis Dominis Commiffariis, nomine et auctoritate noftra Regia, non modo de Praeliminaribus, et iis, quae ad viam Tractatui Principali inchoando complanandam facere deprehendentur, ftatuant et concludant, fed etiam Principale pacis ftabiliendae negotium omniaque et fingula, quae quocunque modo ad fubortas hinc inde controuerfias componendas et finaliter terminandas, ut et ad mutua utriufque Partis commoda prouehenda pertinere videbuntur, omni meliori modo, via et ratione agant, tractent, ftatuant, et concludant, conclufa Inftrumento inferant, inferta vero et tranfacta firment, et perficiant, atque adeo Pactorum Conuentorum Inftrumenta inuicem commutent. Promittimus itaque verbo noftro Regio, ac vigore huius Procuratorii, Nos ea, quae fupra nominati noftri Plenipotentiarii Commiffarii, fiue omnes fimul, fiue in unius et alterius abfentia, reliqui eorum in faepe dicto pacis negotio, tam Praeliminari quam Principali, Noftro nomine egerint, tractauerint, fanciuerint et conclufferint, omni meliori modo, firma, rata grataque habituros. In quorum fidem maiorem praefentes manu noftra fubfcriptas, figillo quoque noftro Maiori communiri iuffimus.

Datum Warfauiae, die XXIV Menfis Maii Anno MDCLIX.

Ioannes Cafimirus Rex

(L. S. appenfi)

Ioannes Ignatius Bakowski,
Succamer. Culmenfis.

VIII. *Pro-*

VIII

Procuratorium Statuum et Ordinum Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae.

Ex editione Inſtr. Pacis Gedanenſi prima.

Nos Status et Ordines Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, Notum teſtatumque facimus, quod prout Sacra Regia Maieſtas, Dominus noſter Clementiſſimus, ad Tractatum inſtituendum, de praeſenti hoc bello Polono-Suetico diuturno et funeſto ſopiendo, deque facienda pace perpetua inter ſe, Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, Eiuſque Maieſtatis Foederatos ab una, nec non Sereniſſimum Principem Dominum, Dominum Carolum Guſtauum, Sueeorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. Regnumque Sueciae et Eius Confoederatos ab altera parte, Commiſſarios ſuos Plenipotentiarios deputauit, et conſtituit: ita et Nos autoritati Sac. Regiae Maieſtatis, Domini noſtri Clementiſſimi, accedentes, teſtatoque ad inuicem publicae tranquillitatis ſtudio inducti, faciendum duximus, ut eoſdem Commiſſarios Illuſtriſſimos, Illuſtres, Magnificos et Generoſos Dominos, *Ioannem Comitem a Leſno*, Palatinum Poſnanienſem, Maioris Poloniae Generalem, Mariaeburg. etc. *Georgium Comitem in Wiſniez*, Supremum Regni Campique Marſchallum, Generalem Minoris Poloniae, Cracov. etc. *Nicolaum in Prazmow*, Regni etc. *Chriſtophorum Pac*, M. D. L. Supremos Cancellarios, Wilkow. etc. Gubernatores, *Andream Morſzſtin*, Referendarium Regni etc. *Vladislaum Rey*, Theſaurarium Curiae Regni etc. *Ioannem Gninski*, Succamerarium Pomeraniae etc. publico noſtro conſenſu autoritateque Comitiali deputaremus, prout vigore praeſentium deputamus. Quibus plenam et abſolutam poteſtatem damus, omnia et ſingula negotia, qua ad mutuam utriuſque Regiae Maieſtatis et Regnorum Poloniae ab una, et Sueciae ab altera partibus, commoditatem ſpectant, tractandi et perficiendi controuerſias quaſuis componendi et finaliter determinandi, praemiſſaque omni meliori modo, via et ratione, quibus ab utrinque viſum

visum fuerit, statuendi et concludendi, nec non Rescripta super his necessaria et diplomata dandi, et inuicem accipiendi, et Reipublicae nomine, quicquid transactum fuerit, firmandi et assecurandi. Promittimus autem plena et integra fide ea, quae acta, sancita, conclusaque fuerint, Nos ex parte nostra rata firmaque habituros, et ex nunc rata firmaque habere. In cuius rei fidem praesentes manibus Senatorum, nec non Marschalci, Nunciorum Terrestrium, ad Comitia Regni Generalia congregatorum, nomine Equestris Ordinis, subscriptas et Sigillo Illustrissimi et Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Gnesnensis, Regni Poloniae Primatis, Primique Principis munitas. Damus Warsauiae, in Comitiis Regni Generalibus, die XXIV. Mensis Maii, Anno Domini MDCLIX.

Wenceslaus de Lesno, Archiepiscopus Gnesnens.
Casimirus Czartoryski, Episcopus Vladislauiens.
Ioannes Dorogallo Zavviska, Episcopus Vilnensis.
Albertus Tholibovvski, Episcopus Posnaniens.
Ioannes Sta. Wyzga, Episcopus Luceoriens.
Stanislaus Sarnowski, Episcopus Przaemislien.
Thom. de Lezenice, Episcopus Chelmensis.
Thom. Vieyski, Episc. Kyov.
Ioannes Tarlo, Palat. Lublinens.
Stanisl. Laskowski, Pal. Plocens.
Casimirus Ludouicus Iejolaszewski, Palat. Brescieusis.

(L. S. Archiepiscopi Gnesn.)

Stanislaus Potocki, Palatin. Cracoviens. Dux Exercit.
Christoph. Zawisza, Marschal. Supr. M. D. L.
Stephanus Czarniecki, Palatin. Terr. Russiae.
Ioannes Zamoyski, Wda. Send.
Nicol. Steph. Pac, Palat. Trocens.
Georgius Carolus Hlebovvicz, Gener. Ducat. Samog. Guber.
Hieronymus Wierzbovvski, Palat. Brestensis, Cuiauiensis, Olzoiecimensis, Berw. Capit.
Adamus Matthias Sakovviecz, Palat. Smolenscen. Administr. Thesauri M. D. Lith.
Stanisl. Casimirus Brenievvski, Castellanus Wolhyniae, Boguslauiens. Nossouiens. Capit.
Ioannes in Gnin Gninski, Succamerarius Pomeraniae, Praefectus Gnesnensis, Marschalcus Comitiorum Regni.

IX. *Pro-*

IX

Procuratorium Caroli Gustaui, Regis Sueciae.

Ex editione Instr. Pacis Stetinensi.

Nos Carolus Gustauus Dei Gratia Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Rex, Magnus Princeps Finlandiae etc. etc. etc. Notum testatumque facimus uniuersis et singulis, quorum interest, quod, cum ad Tractatum instituendum de praesenti hoc bello eoque diuturno et funesto conuenienter sopiendo, deque facienda perpetua Pace inter Nos, Regnum Nostrum Sueciae, et Nostros Foederatos ab una, et Serenissimum Principem, Fratrem, Consanguineum et Vicinum Nostrum, Dominum Ioannem Casimirum, Regem Poloniae etc. etc. etc. nec non Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, Eiusque Foederatos, imprimis Serenissimum et Potentissimum Principem, Fratrem et Consanguineum Nostrum, Dominum Leopoldum, Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae et Sclauoniae Regem, Archi-Ducem Austriae, Ducem Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae et Wurtembergae, Comitem Tyrolis; nec non Serenissimum et Celsissimum Principem, Consanguineum et Vicinum nostrum, Dominum Friedericum Wilhelmum, Marchionem Brandeburgensem Sac. Rom. Imperii Archi-Camerarium et Principem Electorem, Magdeburgi, Prussiae, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum, Vandalorumque, nec non in Silesia Crosnae et Carnouiae Ducem, Burggrauium Norinbergensem, Principem Halberstadii et Mindae etc. etc. ab altera parte, modus et via iniri coeperit, atque Suae Serenitatis, ut et alte memoratorum Eiusdem Confoederatorum nomine declaratum et contestatum sit, nihil quod ad eiusmodi Tractatum inchoandum, et plēne perficiendum merito requiri poterit, a parte eiusdem Suae Serenitatis et Reipublicae Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, ut et superius alte memoratorum Confoederatorum, desideratum iri, ideo testaturi constans nostrum propositum et animi propensionem ad promouendum dictae pacis negotium non modo in praefatum Tractatum consensimus, sed illico etiam

iam deputauimus et conſtituimus, ſicut etiam vigore praeſentium deputamus et conſtituimus, veros et legitimos Noſtros ad ſupra dictum Tractatum Commiſſarios Illuſtres et Magnificos et Generoſos Nobis ſincere fideles et dilectos, Dominum *Magnum Gabrielem de la Gardie*, Comitem in Leckóö et Arensburg, Lib. Baronem in Eckholmen, Dominum in Habſal, Magnushoff, Hogendorp, Noſtrum Regnique Noſtri Theſaurarium, Generalem Gubernatorem Liuoniae, et Locumtenentem Noſtrum per Eſthoniam, Liuoniam et Ingriam, Militiae Generalem, Iudicem Prouincialem Weſtrogothiae et Daliae, nec non Academiae Vpſalienſis Cancellarium, et Dominum *Benedictum Oxenſtierna*, Comitem in Korsholm et Waſa, Lib. Baronem in Moreby et Lindholmen, Dominum in Coporium et Roſersberg, Cancellariae Conſiliarium, et Dominum *Chriſtophorum Carolum Schlippenbach*, Comitem in Schoueda, Lib. Baronem in Liuſala, Dominum in Salinge, Conſilii bellici Praeſidem, omnes vero Noſtros Regnique Noſtri Senatores; Nec non Dominum *Andream Guldenklau*, noſtri per Pomeraniam Regiminis ac Conſilii Status, ut et Supremae Curiae Iuſtitiae Praeſidem, Haereditarium in Skonela, Ekeby, Hylinge et Hulderſtadt; dictiſque Noſtris Commiſſariis plenam poteſtatem damus, ut congreſſi cum alte memoratae Suae Serenitatis et Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, ut et ſaepius alte memoratorum Confoederatorum ad talem actum cum plena poteſtate deputatis et conſtitutis Dominis Commiſſariis, nomine et autoritate Noſtra Regia, non modo de praeliminaribus, et iis, quae ad viam Tractatui Principali inchoando complanandam facere deprehenduntur, ſtatuant et concludant, ſed etiam principale pacis ſtabiliendae negotium, omniaque et ſingula, quae quocunque modo ad ſubortas hinc inde controuerſias componendas et finaliter terminandas, ut et ad mutua utriuſque partis commoda prouehenda pertinere videbuntur, omni meliori modo, via et ratione agant, tractent, ſtatuant et concludant, concluſa Inſtrumento inſerant, inſerta tero et tranſacta firment et perficiant, atque adeo pactorum conuenvorum Inſtrumenta in vicem commutent; Promittimus itaque verbo Noſtro Regio, ac vigore huius Procuratorii, Nos ea, quae ſupra nominati Noſtri Plenipotentiarii Commiſſarii, ſiue omnes ſimul, ſiue in unius vel alterius abſentia bini eorum in ſupradicto pacis negotio tam praeliminari

liminari quam principali, cum supradictis Suae Serenitatis et Reipublicae Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, ut et saepius memoratorum Eorum Confoederatorum Dominis Commissariis egerint, tractauerint, sanciuerint et concluserint, omni meliori modo firma rata grataque habituros. In quorum fidem maiorem praesentes, manu nostra subscriptas, Sigillo quoque Nostro Maiori communiri iussimus.

Dabantur Nicopiae, in Insula Falster, die 17. Octobris Anno supra millesimum sexcentesimum quinquagesimo nono.

Carolus Gustavus.

(L. S. appensi.)

X

Procuratorium Sacrae Caesareae Maiestatis prius.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Leopoldus, diuina fauente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae Rex, Archidux Austriae etc. etc. etc. Significamus singulis et uniuersis, quorum interest, et qui nostras hasce litteras visuri vel audituri sunt, quod cum Tractatus Pacis inter Serenissimum et Potentissimum Principem, Dominum Ioannem Casimirum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. Nos aliosque Eiusdem Confoederatos ab una; et Serenissimum et Potentissimum Principem, Dominum Carolum Gustauum, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. et Regnum Sueciae, Eiusque Confoederatos ab altera partibus restaurandae, instituendi sint: Nos benigne confisi de fide, rerum usu et prudentia Illustris et Magnifici ac nobilis nec non honorabilis nostrorum et Sac. Imperii fidelium di-

 lectorum

lectorum, *Francisci Caroli Comitis a Kolowrath* in Reichenau, Nostri Consiliarii, Camerarii, et Appellationum in arce Pragensi Praesidis etc. *Ioannis Francisci a Barvitz Liberi Baronis a Fernemont*, Nostri Consiliarii Bellici, Armamentarii Praefecti, Colonelli et Maioris Glogouiae Capitanei, et *Francisci de Lisula*, Consiliarii Nostri Cameralis Aulici, eosdem ad dictos Tractatus Legatos nostros deputauerimus, eisque mandatum et plenipotentiam dederimus, ut simul omnes, vel casu, quo aliquem vel aliquos ex iisdem abesse, vel morbo aliaue de causa impediri contingeret, unus vel duo cum dictorum Regum et Regnorum Plenipotentariis conueniant, ac de iis rebus, quae ad honestam firmam et stabilem pacem atque amicitiam reducendam, atque communem omnium securitatem stabiliendam spectant, tractent, statuant et concludant, prout vigore huius plenipotentiae et mandati nostri dictis Legatis nostris coniunctim vel diuisim omnimodam ad dicta omnia damus facultatem. Promittentes bona fide, et in verbo Imperatorio, Nos ea omnia, quae nostro nomine a dictis Plenipotentiariis Nostris gesta conclusaque fuerint, rata et grata habituros. In cuius rei fidem praesens Nostrum mandatum, Sigillo Nostro Imperatorio, muniri iussimus. Datum in arce nostra Regia Posonii, die octaua mensis Nouembris, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo quinquagesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani Secundo, Hungarici quinto, Bohemici vero quarto.

Leopoldus.

(L. S.)

Georg. Vlricus Comes a Wolkenstein,

ad mandatum Sac. Caesareae Maiestatis proprium.

I. Walderode.

XI. *Pro-*

XI

Procuratorium Principis Electoris Brandenburgici prius.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Fridericus Wilhelmus Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius et Princeps Elector, Magdeburgi, Prussiae, Iuliae, Cliuiae, Montium, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum Vandalorumque, nec non in Silesia Crosnae et Carnouiae Dux, Burggrauius Norinbergensis, Princeps Halberstadii et Mindae, Comes Marcae et Rauensbergi, Dominus in Rauenstein. Notum testatumque facimus uniuersis et singulis, quorum interest, et qui Nostras hasce litteras visuri vel audituri sunt: Quod, cum ad Tractatus instituendos de praesenti hoc bello conuenienter sopiendo, deque pace perpetua facienda, inter Serenissimum et Potentissimum Principem Dominum Ioannem Casimirum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. Dominum Cognatum, Affinem et Fratrem Nostrum colendissimum, Regnumque Poloniae et Magnum Lithuaniae Ducatum, nec non Nos, aliosque Eiusdem Confoederatos ab una; et Serenissimum ac Potentissimum Principem Dominum Carolum Gustauum, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. Dominum Cognatum et Fratrem Nostrum Colendissimum, Regnumque Sueciae, et Eius Confoederatos ab altera parte, modus atque via iniri coeperit, et in eum finem utrimque conuenerint, ut dicti Tractatus Pacis, primo quoque tempore, per utriusque partis et earum Confoederatorum Plenipotentiarios inchoarentur; Nos ne promouendo tam salutari operi deesse videremur, nostros quoque Commissarios ad hos Tractatus deputauerimus et constituerimus, prout hisce veros et legitimos deputamus et constituimus, Magnificos et Generosos respectiue Consiliaros nostros Status intimos, Cancellarium in Ducatu Pomeraniae, Iudicii Appellationum in Prussia supremi Consiliarium, et Praefectos Hohensteinensem, Leoburgensem Bithouiensemque, sincere nobis dilectos et fideles,

Ioannem ab Hoverbecke, in Eickmedien, Baranowo, Domkau et Geyerswalde Dominum et haeredem, Electoratus nostri Brandenburgici Dapiferum haereditarium; *Laurentium Christophorum a Somnitz*, haeredem in Grumsdorf et Drenaw, nec non haereditarium Camerarium in Pomerania Ducali; et *Albertum ab Ostaw*, plenam his dantes potentiam, ut congressi cum alte memoratorum Regum et Eorum Confoederatorum ad talem actum cum plena potestate deputatis et constitutis Dominis Plenipotentiariis, nomine et autoritate Nostra Electorali, non modo de praeliminaribus, et iis, quae ad viam Tractatui principali inchoando complanandam facere deprehendentur, statuant et concludant, sed etiam principale Pacis stabiliendae negotium, omniaque et singula, quae quocunque modo ad subortas hinc inde controuersias componendas et finaliter terminandas, ut et ad mutua utriusque partis et Earum Confoederatorum commoda prouehenda pertinere videbuntur, omni meliori modo, via et ratione agant, tractent, statuant et concludant, conclusa Instrumento inserant, inserta vero et transacta firment et perficiant, atque adeo Pactorum Conuentorum Instrumenta commutent. Promittimus itaque verbo Nostro Electorali, ac vigore huius Procuratorii, Nos ea, quae supra nominati Nostri Legati Plenipotentiarii, siue omnes simul, siue in unius vel alterius absentia, bini eorum, in saepe dicto Pacis negotio tam praeliminari, quam principali, nostro nomine egerint, tractauerint, sanciuerint et concluserint, omni meliori modo firma, rata grataque habituros. In quorum fidem maiorem praesentes manu nostra subscripsimus, Sigilloque nostro Electorali communiri iussimus. Dabantur Ripis Cimbrorum, die 13 Ianuarii Anno Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo nono.

Fridericus Wilhelmus.

Elector.

(L. S.)

XII. *Sal-*

XII

Saluus Conductus Regis Poloniae, pro Commissariis Suecicis.

Ex Londorpii Actis Publ. T. VIII. p. 585.

Nos Ioannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. etc. etc. Significamus uniuersis et singulis, quorum interest, et qui nostras has litteras visuri vel audituri sunt. Quod cum ad Tractatus instituendos, de praesenti hoc bello conuenienter sopiendo, deque pace perpetua facienda, inter Nos Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, nec non Confoederatos nostros ab una, et Serenissimum Principem Fratrem Consanguineum et Vicinum Nostrum Dominum Carolum Gustauum, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. Eiusque Confoederatos ab altera parte, modus atque via iniri coeperit, et in eum finem utrinque conuenerit, ut dicti Tractatus pacis, primo quoque tempore in Borussia per utriusque Partis Commissarios inchoarentur: Nos vero intellexerimus ad hosce Tractatus deputatos esse praefati Regis atque Regni Sueciae Commissarios Illustrissimos, Illustres, Magnificos, et Generosos, *Magnum Gabrielem de la Gardie*, Comitem in Lecköö et Arensburg, Lib. Baronem in Ekholmen, Dominum in Absaal, Magnushoff et Hoiendorp, Suae Serenitatis Regnique Sueciae Senatorem, et Thesaurarium, et Locumtenentem per Esthoniam, Liuoniam, et Ingriam, Militiae Generalem, Iudicem Prouincialem Vestro-Gothiae et Daliae, nec non Academiae Vpsaliensis Cancellarium; et *Benedictum Oxenstierna*, Comitem in Korsholm et Wasa, Lib. Baronem in Moreby et Lindholmen, Dominum in Coporium, et Rosersberg, Suae Serenitatis Regnique Sueciae Senatorem, Cancellariae Consiliarium; et *Christophorum Carolum Schlippenbach*, Comitem in Schovede, Lib. Baronem in Liusula, Dominum in Salinge, Suae Serenitatis Regnique Sueciae Senatorem, et Consilii bellici Praesidem; nec non *Andream Guldenklau*, Regiminis et Consilii status ac supremae Curiae Iustitiae in Pomerania Praesidem, Haereditarium in Schonela, Ekebi, Hilingae, et Hulderstadt: Idcirco ut dicti hi Commissarii cum omni suo comitatu,

comitatu, ministris, famulis, scripturis, scriniis, equis, curribus, omnique eorum supellectili, quo nomine veniat, in Prussiam, tuto eant ac conueniant, secure ibi degant, ac subsistant, et suo tempore inde, etiam si Tractatus prospero euentu caruerint, sine ullo impedimento et infestatione redeant. Nos proinde verbo veritatis, honore nostro Regio, et fide Christiana promittimus, nihil illis eorumque comitatui vel quoad personas, vel quoad res ad eos spectantes, hostilitatis, periculi, et discriminis, aut in itinere terrestri, vel maritimo, siue e Pomerania, siue e Liuonia in Borussiam, aut in subsistentia inibi, aut abitu inde illatum iri, quin potius praesentibus litteris nostris cauemus, ut ab omni nostratium insultu hostili, atque insidiis undiquaque liberi atque tuti praestentur, siue terra, siue mari et aqua iter susceperint; prospecturi illis ad terrestre in Borussiam, vel inde iter, cum postulatum fuerit, pro maiori eorum securitate, praesidiario nostro milite et cohortibus, illuc atque inde eos ducturis. Praeterea quod loca Tractatuum, et commorationum in Borussia Brunsbergam et Frauenburgum, vel alia pro his, ex mutuo consensu praesentium designanda, quae praesidio partium euacuanda, atque adiacentes hisce terrae, et loca intra distantiam in Tractatu praeliminari decernenda, vel spatia extra hostilitatem omnem ponenda, ac constituenda sunt, concernit, cauemus et promittimus hisce litteris Nostris, quod toto illo tempore, quo durauerint Tractatus, vel in locis mansionum, et congressuum, vel in itu ad congressus, si qui instituentur, vel in reditu inde ad hospitium et statiua sua, nihil hostilitatis, periculi atque molestiae, Commissariis Sueticis, eorumque comitatui, tum Aulico, tum militari, rebusque ad eos pertinentibus accelerabitur, aut inferetur, sed hisce pariter assecuramus nostram hanc cautionem, toto Tractatus tempore et in omnibus congressibus ac commorationibus locisve intermediis, eandem vim habituram esse. Spondemus etiam hisce litteris Salui Passus praefatorum Commissariorum Sueticorum cursoribus, tabellariis, postis et veredariis plenam securitatem in omnibus viis et itineribus, siue a Prussia in Germaniam, Liuoniam, vel Sueciam, siue inde in Prussiam contenderint. Litterae quoque et litterarum fasciculi, a Commissariis ad alios scripti vel transmissi, vel ad eos directi, plena ubique securitate potientur, nec sub ullo praetextu a nostratibus intercipientur, reserabuntur,

vel

vel detinebuntur, siue illac per postas et veredarios ordinarios, siue extra ordinem per expressum missos eo afferantur, vel inde deportentur. Mandamus igitur omnibus et singulis nostris Regnique Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Proceribus, cuiuscunque dignitatis, status et conditionis Ordinibus ac subditis; nec non bellorum Ducibus, Generalibus, Colonellis, Castrorum, Ciuitatum, ac Portuum praefectis et custodibus, caeterisque officialibus, et ipsi adeo militiae nostrae, nec non ciuitatibus ac praecipue Gedanensi, omnibusque aliis, nullis penitus exceptis, ut omnimode huic voluntati nostrae, tabulisue hisce Saluorum Conductuum se exacte conforment, et obedientiam praestent, nec iisdem Regia et publica fide datis ullo modo contraueniant. Incursuri in grauem nostram indignationem, et poenam transgressorum mandatorum indubie subituri, si secus fecerint. In quarum fidem, ac certitudinem maiorem, praesentes nostras tuti itineris litteras, manu propria subscripsimus, et sigillo Regni firmari iussimus. Datum Varsauiae, die XXVII. Mensis Iunii, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono.

Ioannes Casimirus Rex.

(L. S.)

Ioannes Ignatius Bakowski
Succamerarius Culmensis.

XIII

Saluus Conductus Statuum et Ordinum Regni Poloniae et M. D. Lithuaniae pro Commissariis Suecicis.

Ex Londorpii Actis Publ. T. VIII. p. 586.

Nos Status et Ordines Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, Notum testatumque facimus: Quod, prout Sacra Regia Maiestas, Dominus noster Clementissimus, ad Tractatum instituendum, de praesenti hoc bello Sueco-Polonico diuturno et funesto conuenienter sopiendo, deque facienda pace perpetua inter se, Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, eiusque Maiestatis Confoederatos ab una; Nec non Sereniss. Principem Dominum, Dominum Carolum Gustauum, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. Regnumque Sueciae et eius Confoederatos ab altera parte, Commissarios suos Plenipotentiarios deputauit, et constituit: ita et Nos auctoritati Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri Clementissimi, accedentes, testatoque ad inuicem publicae tranquillitatis studio inducti, faciendum duximus, ut eosdem Commissarios Illustrissimos, Illustres, Magnificos ac Generosos — — — — publico nostro consensu, autoritateque Comitiali deputaremus, prout vigore praesentium deputamus. Quibus plenam et absolutam potestatem damus, omnia et singula negotia, quae ad mutuam utriusque Regiae Maiestatis et Regnorum Poloniae ab una, et Sueciae ab altera, partibus commoditatem spectant, tractandi et perficiendi, controuersias quasuis componendi et finaliter determinandi, praemissaque omni meliori modo, via et ratione, quibus ab utrinque visum fuerit, statuendi et concludendi, nec non rescripta super his necessaria, et diplomata dandi, et inuicem accipiendi, et Reipublicae nomine, quidquid transactum fuerit, firmandi et assecurandi. Promittimus autem plena et integra fide, ea quae acta, sancita conclusaque fuerint, Nos ex parte nostra rata firmaque habituros, et ex nunc rata firmaque habere. In cuius rei fidem, praesentes manibus

nibus Senatorum, nec non Marſchalci, Nunciorum Terreſtrium ad Comitia Regni Generalia congregatorum, nomine Equeſtris Ordinis ſubſcriptas, et Sigillo Illuſtriſſimi Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Gneſnenſis Regni Pol. Primatis, Primique Principis munitas.

Damus Warſauiae, in Comitiis Regni Generalibus, die — Menſis — Anno Domini MDCLIX.

Venceslaus de Leſzno, Archiep. Gneſn.
Caſimirus Czartorysky, Epiſcop. Vladisl.
Ioannes Dorogato Zavviska, Epiſc. Vilnenſ.
Albertus Tholibovvski, Epiſcop. Poſnanienſ.
Ioan. Stanislaus Wydzga, Epiſc. Luceorienſ.
Stanislaus Sarnovvski, Epiſc. Praemislienſ.
Thomas de Lezenice, Epiſc. Chelmenſ.
Thomas Vieysky, Epiſc. Kiovienſ.
Ioannes Tarlo, Palat. Lublinenſ.
Stanisl. Laskovvski, Palat. Plocenſ.
Caſimir. Ludouicus Ielolaszevvski, Palat. Breſcienſis.
Stanislaus Potocki, Pal. Cracov. G. Exerc.
Georgius Lubimirski, Supr. Regni Marſch. et Ex. R. Generalis.
Chriſtophorus Zavviska, Marſchal. ſupremus M. D. L.
Nicolaus Praſmowski, ſupr. Regni Cancellar.
I. Zamoiski, Woivvoda Sendom.
Chriſtophorus Pac, Supr. M. D. Lith. Cancell.
Nicol. Stephanus Pac, Pal. Trocenſ.
Bohusl. a Leſno, Regni Procancell.
Georgius Carolus Hlebovviz, General. Duc. Samogitiae Gubern.
Hieronymus Wiersbovvski, Palat. Breſten. Kuiauienz. Qvviecimen. Bervalden. Capitan.
Adamus Matthias Sakovviez, Palat. Smolenſcen. Adminiſtrat. Theſauri M. D. Lithuan.
Stanislaus Caſimirus Biemevvski, Caſtellan. Wolhiniae, Bohuslauien. Haſſouien. Capitan.
Ioan. Gninski, Marſchal. Nuncior.

XIV

Saluus Conductus Suecicus pro Commissariis Caesareis.

Ex Actis *Metrices* (f. tabularii) Cancellariae Minoris Regni Poloniae.

Nos Carolus Gustauus Dei Gratia Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Rex, Magnus Princeps Finlandiae, Dux Scaniae, Esthoniae, Careliae, Bremae, Verdae, Stetini, Pomeraniae, Cassubiae et Vandaliae, Princeps Rugiae, Dominus Ingriae et Vismariae, nec non Comes Palatinus Rheni, Bauariae, Iuliaci, Cliuiae et Montium Dux Notum testatumque facimus, quod cum inter Nos et Serenissimum Regem et Regnum Poloniae, Magnumque Ducatum Lithuaniae, pro reconciliandis utrimque animis, et pace perpetua facienda, Tractatus in Borussia instituendi sint, atque ad illos etiam praedicti Regis Regnique Poloniae Foederatus, Serenissimus et Potentissimus Princeps Dominus Leopoldus eius Nominis primus, electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae et Sclauoniae Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae et Carniolae, Marchio Masouiae, Dux Luxemburgiae, ac Superioris et Inferioris Silesiae, Wurtembergae et Teckae, Princeps Sueuiae, Comes Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi, et Goritiae, Landgrauius Alsatiae, Marchio Sac. Rom. Imperii Burgouiae, ac superioris et inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclauoniae, Portus Naonis et Salinarum, Dominus Frater et Consanguineus noster, suos Legatos et Commissarios ablegare, ibique sua negotia tractare velit; Idcirco praesentibus hisce Salui Conductus litteris nostris, verboque Regio promittimus, ut alte memoratae Suae Maiestatis Commissarii cum omni suo comitatu, et rebus eo spectantibus, ad locum Tractatuum tuto veniant, secure ibi degant ac subsistant, et suo tempore inde, etiamsi Tractatus prospero euentu caruerint, sine ullo impedimento et infestatione redeant, adeoque toto tempore durantis Tractatus, vel in itu ad Congressum, vel in reditu ad hospitium atque suos, vel in

in loco Congressus aut hospitiorum ab omni Nostratium insultu hostili et periculo immunes, et undiquaque liberi praestentur. In cuius rei maiorem fidem hasce manu nostra subscriptas Sigillo Nostro communiri iussimus. Dabantur Wismariae, die 24 Iulii Stylo veteri, An. 1658.

Carolus Gustavus.

(L. S.)

XV
Saluus Conductus Suecicus
pro Commissariis Brandeburgicis.

Ex Actis *Metrices* Cancell. Min. Regni Poloniae.

Nos Carolus Gustauus Dei Gratia Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Rex, Magnus Princeps Finlandiae, Dux Scaniae, Esthoniae, Careliae, Bremae, Verdae, Stetini, Pomeraniae, Cassubiae, et Vandaliae, Princeps Rugiae, Dominus Ingriae et Wismariae, nec non Comes Palatinus Rheni, Bauariae, Iuliaci et Montium Dux. Notum testatumque facimus, quod cum inter Nos et Serenissimum Regem Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, *a)* pro reconciliandis utrimque animis et pace perpetua facienda, Tractatus in Borussia sint instituendi, atque ad illos etiam praedicti Regis Regnique Poloniae Foederatus, Serenissimus Elector Brandeburgicus, *b)* suos Legatos et Commissarios *c)* ablegare, ibique sua negotia *d)* tractare velit; Quapropter ut praefati Domini Electoris Deputati cum omni suo comitatu et rebus eo spectantibus, ad locum Tractatuum tuto veniant, secure ibidem commorentur et subsistant, atque ab omni Nostratium insultu hostili ac insidiis liberi sint, *e)* hisce Salui Conductus Litteris Nostris, verboque Regio promittimus, nihil illis hostilitatis, peri-

culi aut discriminis a quopiam Nostrorum, toto tempore durantis Tractatus vel in itu ad Congressum, vel in reditu ad hospitium *f)* atque suos, vel in loco Congressus aut hospitiorum creatum vel illatum iri. In cuius rei maiorem fidem praesentes manu nostra subscriptas, sigillo quoque nostro communiri iussimus. Dabantur Wisinariae, die vigesima quarta Iulii St. v. 1655.

Carolus Gustavus.

(L. S.)

XVI
Saluus Conductus Caesareus pro Commissariis Suecicis nouus.

Ex Actis *Metrices* Cancell. Min. R. Poloniae.

Leopoldus diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Marchio Masouiae, Dux Luxemburgiae et superioris et inferioris Silesiae, Wurtembergae et Teckae, Princeps Sueuiae, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi et Goritiae, Landgrauius Alsatiae, Marchio Sac. Rom. Imperii Burgouiae, ac superioris et inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclauoniae, Portus Naonis et Salinarum etc. etc. etc. Significamus uniuersis et singulis, quorum interest, et qui nostras hasce litteras visuri et audituri sunt: Quod, cum ad Tractatus restituendos de praesenti hoc bello conuenienter sopiendo, deque pace perpetua facienda, inter Serenissimos atque Potentissimos Reges ac Regna Poloniae et Sueciae eorumque Foederatos, modus atque via iniri coeperit, et in eum finem utrimque

que

que conuenerint, ut dicti Tractatus Pacis, primo quoque tempore in Borussia per utriusque Partis Commissarios inchoarentur; Nos vero intelleximus ad hosce Tractatus deputatos esse praefati Regis atque Regni Sueciae Commissarios Illustres, Magnificos et Generosos, *Magnum Gabrielem de la Gardie*, Comitem in Leckóö et Arensburg, Lib. Baronem in Eckolmen, Dominum in Habsal, Magnushoff et Hogendorp etc. *Benedictum Oxenstierna*, Comitem in Corsholmen et Wasa, Liberum Baronem in Moreby et Lindholm, Dominum in Coporium et Rosenberg etc. *Christophorum Carolum Schlippenbach*, Comitem in Schoeveda, Liberum Baronem in Liusala, Dominum in Salinge, omnes Suae Serenitatis Regnique Senatores, ac respectiue Thesaurarium, Generalem Gubernatorem, et Militiae Generalem, Locumtenentem, Cancellariae Consiliarium, Gubernatorem et Consilii Bellici Praesidem, nec non *Andream Guldenklau*, Regiminis et Supremae Curiae iustitiae in Pomerania Praesidem, haereditarium in Schoenela, Ekebi, Hilinge et Gulterstat; Idcirco, ut Commissarii cum suo comitatu, ministris, famulis, scripturis, scriniis, sarcinis, equis, curribus, omnique eorum supellectili, quo nomine veniant, in Prussiam tuto eant ac veniant, secure ibi degant ac subsistant, et suo tempore inde, etiam si Tractatus prospero euentu caruerint, sine ullo impedimento et infestatione redeant; Nos proinde verbo veritatis, honore nostro Imperiali et fide Christiana promittimus, nihil illis eorumque comitatui, vel quoad personas, vel quoad res ad eas spectantes, hostilitatis, periculi et discriminis siue in itinere partim e Pomerania, partim e Liuonia in Prussiam, aut in subsistentia inibi, aut abitu inde, illatum iri, quin potius praesentibus litteris nostris cauemus, ut ab omni nostratium insultu hostili atque insidiis undequaque liberi atque tuti praestentur, prospecturi illis ad dictum in Borussiam, vel inde iter, cum postulatum fuerit, pro maiore securitate eorum praesidiario milite nostro. Praeterea quod particularia in Borussia commorationum et Congressuum loca, per Serenissimum et Potentissimum Regem Poloniae iam ante nominata ac accepta, Brunsbergam et Fraunburgum, aut si inposterum in alia conuentum fuerit, quae non minus quam dicta loca, praesidio partium euacuari, et adiacentes hisce terrae et loca ad certa milliaria vel spatia extra hostilitatem omnem ponenda ac constituenda sunt,

ſunt, concernit, cauemus ac promittimus hiſce litteris noſtris, quod toto illo tempore, quo durauerint Tractatus, vel in itu ad tales Congreſſus, vel in locis Congreſſus, vel in reditu ad hoſpitium et ſtatiua ſua, nihil hoſtilitatis, periculi atque moleſtiae Commiſſariis Suecicis eorumque comitatui, rebuſque ad eos pertinentibus, accelerabitur. Sed hiſce pariter aſſecuramus noſtram hanc cautionem, toto Tractatus tempore et in omnibus congreſſibus, locis intermediis eandem vim habituram etc. Spondemus etiam hiſce litteris Salui Paſſus Commiſſariorum Suecicorum Curſoribus, Tabellariis, Poſtis et Veredariis plenam ſecuritatem in omnibus eorum viis et itineribus, ſiue e Pruſſia in Germaniam, ſiue inde in Pruſſiam contenderint. Litterae quoque, et litterarum faſciculi, a Commiſſariis ad alios ſcriptae et tranſmiſſae, vel ad eos directae, plena ubique ſecuritate potientur, nec ſub ullo praetextu a Noſtratibus intercipientur, reſerabuntur vel retinebuntur, ſiue illae per Poſtas et Veredarios ordinarios ſiue extra ordinem per expreſſum miſſos eo afferantur, vel inde deportentur. Mandamus igitur omnibus et ſingulis noſtrorum Regnorum et Prouinciarum noſtrarum haereditariarum Principibus, Statibus et ſubditis tam eccleſiaſticis quam ſaecularibus, cuiuſcunque dignitatis et praeeminentiae fuerint, nec non Exercituum Ducibus, Generalibus, Colonellis, Caſtrorum, Ciuitatum ac Portuum Praefectis ac Cuſtodibus, caeteriſque officialibus, et ipſi adeo militiae noſtrae, nullo penitus excepto, ut omnimode huic voluntati noſtrae, Tabuliſue hiſce Saluorum Conductuum ſe exacte conforment, et obedientiam praeſtent, neque iiſdem Imperiali et publica fide datis ullo modo contraueniant, incurſuri in grauem noſtram indignationem, et poenam transgreſſorum mandatorum indubie ſubituri, ſi ſecus fecerint. In quorum fidem praeſentes manu noſtra ſubſcriptas, Sigillo noſtro Imperiali muniri iuſſimus.

Quae dabantur etc.

XVII *Sal-*

XVII

Saluus Conductus Elect. Brandeburgicus, pro Commissariis Suecicis.

Ex Actis *Metrices* Cancell. Min. R. Poloniae.

Fridericus Wilhelmus Dei gratia Marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius et Princeps Elector, Magdeburgi, Prussiae, Iuliae, Cliuiae, Montium, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum, Vandalorumque, nec non in Silesia Crosnae, Carnouiaeque Dux, Burggrauius Norimbergensis, Princeps Halberstadii et Mindae, Comes Marcae et Rauensbergi, Dominus in Rauenstein: Significamus uniuersis et singulis hasce nostras tuti itineris Litteras visuris audituri sve. Quod cum inter Serenissimos et Potentissimos Reges ac Regna Sueciae et Poloniae conuentum sit, ut Tractatus Pacis in Prussia primo quoque tempore instituantur: Ad eos autem a Regia Maiestate Sueciae deputati inter alios Commissarios sint Illustrissimi, Illustres, Magnifici et Generosi, Dominus *Magnus Gabriel de la Gardie*, Comes in Lecköö et Arensburg, Liber Baro in Ekholmen, Dominus in Habsal, Magnushoff et Hogendorp, Sacrae Maiestatis Regnique Sueciae Senator et Thesaurarius, Generalis Gubernator Liuoniae et Locumtenens per Esthoniam, Liuoniam et Ingriam militiae Generalis, Iudex Prouincialis Vestrogothiae et Daliae, nec non Academiae Vpsaliensis Cancellarius; Dominus *Benedictus Oxenstierna*, Comes in Korsholm et Wasa, Liber Baro in Moreby et Lindholmen, Dominus in Koporium et Rosersberg, Cancellariae Consiliarius; Dominus *Christophorus Carolus Schlippenbach*, Comes in Schoueda, Liber Baro in Luisala, Dominus in Salinge, Sacrae Maiestatis Regnique Sueciae Senator et Consilii Bellici Praeses; et Dominus *Andreas Guldenklavv*, per Pomeraniam Regiam Regiminis ac Consilii Status, ut et Supremae Curiae iustitiae Praeses, haereditarius in Schonela, Ekeby, Hylinge et Hulderstat. Qui cum e Pomerania in Prussiam, siue terrestri per nostras ditiones atque terras, siue maritimo itinere, se quam primum recepturi sint; Nos ne promouendo tam salutari operi deesse videremur, hisce nostris salui

e Passus

Passus Tabulis eosdem et omnem comitatum eorum, in maiorem illorum securitatem communire voluimus, sicut et per praesentes litteras nostras munimus. Mandantes seuere et pro gratia Nostra omnibus et singulis nobis fide et obsequio obstrictis, bellorum Ducibus, Generalibus, Colonellis, Castrorum, Excubiarum, Arcium, Munimentorum, Praefecturarum et Ciuitatum nec non Portuum maritimorum, inprimis Pillauiensis, Praefectis et Custodibus, caeterisque officialibus, ipsique adeo nostrae militiae et Ciuitatum Magistratibus, omnibusque aliis, nullis penitus exceptis, ad quos in suo ex Pomerania in Prussiam itinere, siue terra, siue mari dicti Domini Legati ac Commissarii Suecici peruenerint, ut non modo illos et uniuersum eorum comitatum, quoad personas, scripturas et res ad Eos pertinentes, nec non nauim, equos, currus, sarcinas aut aliam supellectilem, quocunque nomine veniant, secure, tuto et sine omni molestia, remora vel impedimento ire et suo tempore redire permittant; sed et quauis humanitatis, amicitiae, et vicinitatis officia illis exhibeant, et exhiberi faciant. In quorum fidem maiorem praesentes hasce litteras nostras manu propria subscripsimus, et sigillo nostro firmari fecimus.

Dabantur Ripis Cimbrorum, die 13 Ianuarii 1659.

Fridericus Wilhelmus Elector.

(L. S. pergamenae appensi.)

XVIII. *Me-*

XVIII

Memoriale

S. R. M. Poloniae a Legato Danico

porrectum Gedani, d. 16 Ianuar. 1660.

Ex Regio Tabulario Hafnienſi.

Sereniſſime ac Potentiſſime Rex!

Magnam animorum inclinationem Tractatus iam ex parte inchoatos hiſce in locis promouendi, ſummumque deſiderium eoſdem ſumma diligentia et celeritate ad finem perducendi, mihi conſideranti, ſimulque magnum et notabile praeiudicium, non dicam detrimentum Sereniſſimo Regi Daniae et Noruegiae, Domino meo clementiſſimo, Eiusque Regnis futurum, ſi dicti Tractatus ſine ipſo Sereniſſimo Rege finalem quendam ſortiantur effectum, diligenter perpendenti, breuiſſimam hancce propoſitionem Sereniſſimae Regiae Maieſtati Veſtrae humillime offerendam incumbit, in qua graue detrimentum, tam Sereniſſimo Regi, Domino meo, quam Regiae Maieſtati Veſtrae exinde oriturum, me breuiter, ſed ſufficienter tamen, demonſtraturum ſpero; praeterea etiam pauciſſima quaedam puncta afferam, quibus ut aſſentiri dignetur Sereniſſima Veſtra Maieſtas, antequam Tractatus ulterius promoueantur, humillime et enixe rogo, eademque eo citius obtinenda credo, quoniam in ſe nihil plane, niſi quod Sereniſſimo Regi Daniae, aeque ac Sereniſſimae Maieſtati Veſtrae, ſimul et honeſtae ſecuraeque paci obtinendae prodeſſe poterit, contineant.

I. Detrimentum itaque et incommodum, tam Sereniſſimo Regi ac Domino meo clementiſſimo, quam Regiae Maieſtati Veſtrae et inclytae Reipublicae Poloniae futurum, ſi Rex Sueciae pacem particularem cum Sereniſſima Veſtra Maieſtate obtinere poterit, quod attinet, Sereniſſimae Maieſtati Veſtrae et toti Chriſtiano Orbi ſatis notum eſt, Regem Sueciae eius fuiſſe mentis, ſtatim ac ſe hoſtili Confoederatorum potentiae imparem ſentiebat, (propterea quod conſtanti animo ac amicitia ſibi inuicem adhaeſerint, et commune commodum probe promouendum

 ſibi

ſibi propoſuerint, ne alter ex his ſine alterius conſenſu vel minimum concluderet,) eius, inquam, fuiſſe mentis, omnemque operam impendiſſe, ut eandem Confoederatorum amicitiam vanam redderet, et per particulares quoſdam Tractatus interdum uni, interdum alteri Confoederatorum per Mediatores ſpem tractandi faciendo, eique pacem honeſtam et ſecuram promittendo, vires Eorundem ſepararet, eoque modo ab inimicorum uno liberatus, alteri commodius et facilius reſiſtere, et Regnum Suum ad ſummas anguſtias iam redactum, viciſſitudinem quandam rerum, fauentemque fortunam exſpectans, conſeruare poſſet: ſati que perſpectum eſt, Regem Sueciae a tempore ultimae et inopinae ſuae incurſionis, in Selandiam, in nulla re alia laboraſſe, quam ut eiuſmodi iniuſte acquiſita perpetuo conſeruare poſſet, ſperando, idque non ſine fundamento, ſi eiuſmodi mediis Daniam ſibi maxime opportunam poſſidere daretur, progreſſu temporis etiam reliquas Confoederatorum terras aſſecuturum. Regiae quoque Maieſtati Veſtrae conſtare credo, Regem Sueciae, ſicut Tractatus ſine quadam reſiſtentia cum reliquis Confoederatis inire promptum fuiſſe, ita cum Sereniſſimo Rege Daniae, Domino meo clementiſſimo, Tractatus inchoandi magnam ſemper prae ſe tuliſſe auerſionem et pertinaciam: quapropter vi et armis, ad id faciendum, ut compelleretur, Confoederati (quibus etiam adfuit Exercitus Sereniſſimae Regiae Maieſtatis Veſtrae,) ſtatim ab initio belli, Holſatia et Iutia eundem hoſtem depulerunt. Chriſtianiſſimus Rex Galliae, et utraque Reſpublica, Angliae ſcilicet et Hollandiae, Foedus Hagae Comitis concluſum inuicem fecerunt, ut niſi cum Sereniſſimo Rege Daniae tractare inciperet, coniunctis viribus ipſum ad hoc amplectendum adigerent: quam ob rem etiam Ordines Confoederati, utpote Sereniſſimae Regiae Maieſtati Daniae proxime coniuncti, claſſem bellicam hoſtiliter contra Suecos agere voluerunt. Eiuſmodi ope ſimul ac reliquorum Confoederatorum, Sereniſſimus Rex et Dominus meus Inſulam Fioniae inuaſit, eamque non ſine maxima et notabili Suecorum ſtrage in poteſtatem ſuam redegit. His omnibus minis, vi et armis contra Regem Sueciae peractis, nihilominus obſtinate Tractatibus cum Sereniſſimo Rege Daniae ineundis repugnat, pacique contradicit, facillimeque Regia Veſtra Maieſtas concludere poteſt, quodſi Suecus, cui parui momenti et exiguae conſiderationis in Selandia exercitus

ercitus superest, ad Tractatus ineundos impelli nequeat, quanto difficilior ad idem faciendum, multo minus ad aequas quasdam conditiones consensurum se praebebit, cum per Tractatus pacis particularis potenti adeo hoste se liberatum viderit, quin potius easdem vires, in Prussia nunc occupatas, abhinc in Daniam transferre conetur, quae etsi non trium, vel quatuor ad summum mille hominum excesserint numerum, nihilominus eosdem, in insula quadam constitutos, considerabiles esse, et accessum maxime difficilem reddere posse, Serenissimoque Regi Daniae, Domino meo clementissimo, ut et Regiae Maiestati Vestrae maximum detrimentum et impedimentum afferre posse, certo certius est. Quapropter spero, Regiam Maiestatem Vestram magnum utpote commodum et utilitatem inimico, exiguum vero fructum pacis in hisce locis exinde futurum, si bellum in Dania non quiescat, et Rex Sueciae ibidem persistat, considerantem, in id allaboraturam, ut S. R. Maiestas Daniae securam et honestam pacem, eodem, quo Regia Maiestas Vestra, tempore obtinere possit.

II. Si intra exitum et finem horum Tractatuum, resolutionem Serenissimi Regis ac Domini mei clementissimi obtinere potero, Eandem Regiam Maiestatem pacem cum Suecis non inituram, nisi hi Tractatus eo usque etiam peruenerint, ut eodem tempore Regia Vestra Maiestas concludere possit, et si vel pacem concludat, eandem nullius esse debere valoris, antequam hi quoque Tractatus ad finem perducti fuerint, hoc, inquam, si obtineam, ut Regia tum Maiestas Vestra gratificatura Serenissimo Regi Daniae quoque promittat, nullam hic velle concludere pacem, antequam Tractatus in Dania eo usque etiam producantur, ut ibidem simul pax concludi possit, et si vel hic conclusa fuerit, eandem tamen, ante pacem quoque in Dania factam, non ratam haberi, ita ut ab utraque parte reciproca esse possit obligatio, utilitatem et commodum huius obligationis, utpote per se satis euidens et manifestum, ut prolixe demonstrem, non opus esse existimo.

III. Ut Serenissima Regia Maiestas Vestra in propositionibus suis Commissariis Suedicis tradendis, hocce sibi reseruatum habere voluerit, ut durantibus Tractatibus liberum esse possit, Serenissimum Regem Daniae per Ministrum suum, plenaria instructione et plenipotentia munitum, ad eosdem Tractatus admitti.

IV. Cum animaduertam, Regiam Veſtram Maieſtatem certum terminum nominare velle, intra quem hi Tractatus neceſſario ad finem perducentur, et concludentur, intermittere non potui, antequam hoc idem effectum ſortiatur, quin Regiae Veſtrae Maieſtati magnum incommodum, detrimentum et praeiudicium Sereniſſimo Regi ac Domino meo exinde futurum, demonſtrarem. Quando enim Rex Sueciae certum iam eſſe determinatum tempus ſentiet, Tractatus difficiliores et inhoneſtas pacis conditiones Sereniſſimo Regi Daniae reddere conabitur, quoniam optime nouit, Sereniſſimum Regem Daniae totum belli onus ſuſtinere non poſſe, ſed neceſſario pacem, intra praedictum terminum concludere oportere.

Haec ſunt, quae Sereniſſimae Regiae Maieſtati Veſtrae proponere in animum induxi, humillime ſperans, S. R. M. V. accuratiſſimo ac vere Regio conſideraturam iudicio, quantopere intereſt Sereniſſimi Regis Daniae, Sereniſſimaeque ſimul Regiae Maieſtatis Veſtrae, ut duo haec Regna inuicem confoederata permaneant, et amicitiam utrinque ſincere colant. Satis quidem mihi conſtat, Regiam Maieſtatem Veſtram eo inclinare, ut haec Regna, pacem iam adepta, foedus inuicem mutuamque amicitiam pangere debeant, ut eo melius, de eadem pace, certa et ſecura permaneant, quod certe eſt unicum remedium, duabus hiſce Coronis magnopere ſalutare, ac fructuoſum: ſin autem inclyta Reſpublica Poloniae, rebus in Dania ſic ſtantibus, pacem particularem cum Suecis iam concludat, laudabilem ſane praedictam intentionem plane impeditam fore, ingeniaque ab inuicem adeo abalienari credam, ut maxima cum difficultate, ad eandem amplectendam, iterum reducantur. Ne vero Sereniſſimae Regiae Maieſtati Veſtrae taedium pariam, finem facio, firmiterque mihi perſuadeo, Sereniſſimam Regiam Veſtram Maieſtatem gratioſo reſponſo me dignaturam, ut Sereniſſima Regia Maieſtas Daniae per idem de ſinceritate et Regio Maieſtatis Veſtrae affectu, cuius ante paucos annos in effectu Eadem Regia Maieſtas Daniae dedit exemplum, certior reddatur. Interea, ſicut Deum ter Optimum Maximum ſupplico, S. R. M. V. ſaluam et incolumem Regno Reipublicaeque Poloniae diu conſeruare dignetur: ita me Sereniſſimae Maieſtati Veſtrae quouis obſequio humillime addictum credi rogo.

Gedani d. 16 Ianuarii Anno 1660.

Chriſtoph Parsberg.

XIX

Manifestatio DD. Commissar. Polonicorum, apud Dnum Mediatorem, circa extraditionem Plenipotentiarum deposita, ne diminutio titulorum S. R. M. Poloniae praeiudicet.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Nos infra ſcripti Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis, Domini Ioannis Caſimiri Dei Gratia Poloniae Regis, Magni Ducis Lithuaniae, Ruſſiae, Pruſſiae, Samogitiae, Liuoniae, Smolentiae Czernichouiaeque, nec non Suecorum, Gottorum Vandalorumque Haereditarii Regis, ad praeſentes Tractatus Commiſſarii Plenipotentiarii, notum teſtatumque facimus. Etſi Ius Haereditarium Sacrae Regiae Maieſtatis, Domini Noſtri Clementiſſimi, quod Suae Maieſtati in Regna et Prouincias Sueciae competit, et pro quo aſſerendo tam diu cruento bello decertatum eſt, Uniuerſo Orbi Chriſtiano clariſſime conſtet, nulliſque in contrarium argumentis labefactari, aut conuelli poſſit: tamen cum perpetuae Pacis ſtudio et Diuus Vladislaus, Rex Poloniae et Sueciae, ob ſolam ſpem perpetuae Pacis conficiendae, interiecta tamen ſimili publica manifeſtatione, in Tractatibus Stumdorffienſibus, Sereniſſimae Reginae Suecorum Procuratoria, cum titulis et ſigillis Regni Sueciae, Plenipotentiariis ſuis acceptare permiſerit, et modernus Sereniſſ. Rex, Dominus Noſter Clementiſſ. tam Procuratoria Suecica, ſimili praerogatiua inſcripta et obſignata, acceptare Nobis clementiſſime conceſſerit, quam ipſamet S. R. Maieſtas de titulis ſuis haereditariis inſignibuſque, in Inſtrumentis ad hos Tractatus, vel alio ſpectantibus, eorumque ſigillis ob eandem ſpem Pacis perpetuae deceſſerit, aut eoſdem titulos per *Etcaeterationes* decurtarit; Ideo Nos ne tituli et inſignia a S. R. Maieſtate omiſſa, vel ab alio quopiam uſurpata, praeiudicium aliquod Iuri haereditario S. R. Maieſt. D. N. C. afferant, aut in aliam partem, quam mens ipſius S. R. Maieſtatis ac Noſtra eſt, trahantur, nomine eiuſdem S. R. Maieſtatis, Domini Noſtri Cl. de indemnitate ipſius Iuris Haereditarii Suae Regiae Maieſtatis in Regna et Prouincias Sueciae, deque

deque usu et reassumptione per Suam Reg. Maiestatem integri tituli, et Sigilli Suetici, si Tractatus felici exitu caruerint, atque de nullitate in eo casu omnium Instrumentorum, quae sola spe Pacis parandae extradita sunt, omni meliori modo et via protestamur, coram Excellentissimo Dn. Christianissimi Regis Legato Mediatore. Quam Protestationem manifestationemque nostram suscipi, eiusque authenticum Instrumentum ad manus nostras, cum subscriptione Manus Excellentissimi Domini Mediatoris, ac munimine sigilli ipsius in euidentius rei testimonium, ac futuri temporis memoriam, extradi amice postulamus.

Dat. Gedani, die IX. mensis Ianuarii, Anno DMDCLX.

Ioannes Comes in Leszno,
Palatinus Posnaniae

Ioannes Andreas Morsztyn,
Referendarius Regni.
Ioannes Gninski,
Succamer. Pomeraniae.

Georgius Lubomirski,
Regni Campique Marschallus.
Nicolaus a Prazmovv,
Sup. R. Cancellarius.
Christophorus Pac, Supremus M. Duc. Lithuan. Cancellarius.
Vladislaus Rey,
Thesaurarius Curiae R.

XX

Declaratio Legationis Polonicae, super determinatione temporis, intra quod confici negotium pacis debeat, dat. d. 11. Ian. 1660.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Cum Sacra Regia Maiestas, Dominus Noster Clementissimus, omnia consilia Sua eo semper direxerit, ut Regnis Suis optatam Pacem et tranquillitatem reduceret, eaque nunquam antea, adeo, atque nunc sub nouam potentissimi hostis incursionem, videatur esse tanta cura et festinatione procuranda, atque cum Commissarii Suetici conformem desideriis Suae Maiestatis dederint declarationem, se omnia in plenipotentia

tentia et instructionibus habere, quae ad finiendum hunc modernum de Pace, cum Polonia et eius Foederatis, Tractatum pertineant, neque se ullas alias a Rege Suo expectare, vel expectaturos, super hoc Tractatu declarationes. Ideo Nos Commissarii Polonici notum facimus, nomine Serenissimi Regis D. N. Clementiss. et Reipublicae, Excellentissimis DD. Commissariis Augustissimi Imperatoris, atque Serenissimi Electoris Brandenburgici, qui Nobiscum ad hos Tractatus interueniunt, Nos quoque omnia et singula, quae ad hunc Tractatum finiendum spectant, tam in facultate, quam in Instructione, plene et integre habere, nec habere necessitatem, in quoquam puncto, ad S. R. Maiestatem vel Rempublicam recurrendi. Ideoque Excellentissimos Dominos Foederatorum Commissarios petimus, ut vel Nobis declarent, se plenissima mandata et sufficientes ad omnia dubia habere Instructiones, vel si ea, easque non habeant, mature et quantocyus procurent. Ita enim res Poloniae constitutae sunt, ut intra duos menses ad summum, ab hesterna extraditione Procuratoriorum, Tractatus hosce vel concludere, vel abrumpere omnino expediat: atque ex eo tempestiue Confoederatos Nostros praecustodimus, et petimus, ut aeque atque Nos, atque adeo Pars aduersa, parati ad Tractatum accedant, omniaque ab Aulis Sereniss. Principalium suorum tempestiue procurent, quae ad concludendum Tractatum, intra hoc determinatum duorum mensium tempus, conferre vel spectare possint. Confidimusque huius amicae requisitionis Nostrae atque ipsius salutis Reipublicae maximam Confoederatis rationem futuram.

Dabantur Dantisci, die XI. Ianuarii Anno MDCLX.

XXI

Memoriale a Legatis Caesareis S. R. M. Poloniae porrectum Gedani, d. 11. Ianuar. 1660.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Vltimis Sacrae Caes. Maiestatis, Domini Nostri Clementissimi, litteris heri acceptis, clementer Nobis demandatur, ut S. R. Maiestati Vestrae pro solita fiducia decenter communicaremus, quatenus in concluso nuper Tractatu Pacis, inter Serenissimos Hispaniae et Galliae Reges, conuentum sit, quod uterque Ipsorum per Ministros suos, apud Partes in Septentrione belligerantes, ad conciliandam quoque inter ipsas earumque Foederatos Pacem honestam et stabilem, sese interponere debeat, eumque in finem expresso Conuentionis Articulo se inuicem obligarint, *ad destinandos sine mora Legatos, vel necessaria mandata ad eos*, qui iam in illis partibus existunt, confestim transmittenda, ut simul, et ex condicto inter se, uniformiter huic operi manum admoueant, *et Mediatione sua controuersias omnes conciliare satagant*, quae Septentrionis, ipsiusque Imperii tranquillitatem paucis abhinc annis perturbarunt; rati, se acceptiores Deo gratias, ob acceptum instauratae inter ipsos Pacis beneficium, rependere non posse, quam si componendis etiam aliorum Christianorum Principum dissidiis coniunctim operam impendant. Cum itaque S. Caes. Maiestas tam salutarem ac desideriis suis, nec non publicae utilitati congruam intentionem, per responsum iam Sereniss. Hispaniarum Regi datum lubens approbarit et acceptarit: ita praetermittere noluit, quin de hac sua approbatione et acceptatione *dictae simultaneae Mediationis* S. Maiest. Vestram per nos participem redderet: prout idem quoque Sereniss. Daniae Regi et Domino Electori Brandeburgico significat, certo sibi persuadens, id maximo Maiestatis Vestrae iubilo ac solatio rebusque suis adiumento futurum, utpote medium efficacissimum, quo plurimum ponderis negotiis, quae nunc agitantur, tantorum Potentatum accessione additum iri, extra dubium est, idque summe profuturum ad stabiliendam solidiori fundamento

ſundamento communem ſecuritatem, ut Maieſtas Veſtra, ea, quam tot laboribus ac periculis ſectata eſt, pace, quam diutiſſime frui queat. Quod animitus vouemus et apprecamur, Regiae Maieſtatis Veſtrae intentionem ſuper hoc praeſtolantes,

Sacrae Regiae Maieſtatis Veſtrae

Gedani 11. Ian.
1660.

deuotiſſimi famuli
F. C. Comes de Kolovvrat.
F. de Liſola.

XXII

Reſponſio
Illuſtriſſ. et Excell. Dnis Legatis Caeſareis ad Memoriale, die 11 Ianuarii exhibitum, e Cancellaria Regni data d. 14. Ian. 1660.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Quanquam id palam omnibus fecit hactenus Sacra Regia Maieſtas Dom. Noſt. Clementiſſ. nulla ſibi gratiora amicorum extitiſſe officia iis, quae ad pacem Dominiis ſuis felici poſtliminio reducendam eſſent accommodata: gratiſſimum tamen Maieſtati Suae, eum eueniſſe nuncium, quem Illuſtriſſimi DD. Suae Caeſ. Maieſtatis Legati nuper cum viua voce, tum etiam ſcripto expreſſere; nimirum utroſque Sereniſſ. Reges, Catholicum videlicet et Chriſtianiſſimum, totos ſanctiſſimo huic operi incumbere velle, eamque pietatem Principibus Chriſtianis dignam ultro aſſumpſiſſe, ſtabiliendae videlicet inter belligerantes Septentrionis Principes amicitiae et concordiae: in tantumque ſancto iſti

 operi

operi insistere velle, ut se mutuo foedere, in concluso diuinis auspiciis per utriusque Partis Ministros non ita ante Tractatu, obstrinxerint. Proinde quidquid deinceps officiorum suorum, in commune hoc Christianitatis bonum, praedicti Serenissimi Reges conferre voluerint, omni procul dubio gratitudine Suam Regiam Maiestatem, Dominum Nostrum Clementissimum, ea pensaturam, iudicantem, tanto studiosius coepto Tractatui incumbendum, et ut quantocyus debito fine terminetur, Nobis esse allaborandum, qui Partium in illo authoritate fungimur, quanto eius maturatam conclusionem gratiorem extraneis etiam ipsis esse nouimus.

XXIIII

Responsum Caesarianae et Brandeburgicae Legationis, ad declarationem Legationis Polonicae, dat. Dantisci d. 12. Ianuar. 1660.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Inprimis quidem in nupera conferentia talia intercessisse, quae, cum pactorum fundamenta conuellere, et unionis nexum dissoluere videantur, uberiori et efficaciori responso, nec non expressa in contrarium protestatione indigerent: quia tamen postmodum scripto Nobis exhibita fuit declaratio, genuinum S. R. Maiestatis, et alte memoratae Legationis sensum continens, ideo prioribus omissis, ad solum hoc scriptum praesens responsum dirigimus.

Propensum S. R. Maiestatis Poloniae et Sueciae ad congressus breui terminandos studium, utpote summe laudabile et populorum votis, ac necessitatibus accommodatum, dignis celebramus encomiis; certo etiam confisi, neminem fore, cui gestarum hactenus rerum series innotuerit, qui non ultro fateatur, nihil in Sacra Caesarea Maiestate, et Serenitate Electorali, desiderari potuisse, quod ad illud omni cura et sollicitudine

ſollicitudine promouendum conduceret, ita ut nulla prorſus alia, quoad hoc, cohortatione aut ſtimulo opus ſit.

Hiſce de cauſis gratiſſimum Nobis auditu fuit, Legationem Sueticam profiteri ſe quoad omnia plene inſtructam, quae ad finiendum hunc modernum de Pace cum Polonia, et eius Foederatis, Tractatum pertineant: ac licet ex interceptis litteris, nonnulliſque ipſorum ſermonibus, contrarium inferri poſſe videatur; quomodocunque tamen res ſeſe habeat, id nobis minime mirum accidit, cum agnoſcamus, quam facile ſit iis praeuidere omnia Pacis obſtacula, qui bellandi cauſas omnes et nodos texuerunt: cum nullae in hoc congreſſu difficultates emerſurae ſint, praeter eas, quibus vel originem dederunt, vel daturi ſunt occaſionem, et forent ſane hoc caſu gratiae Deo referendae, quod Pars aduerſa eo victricibus Suae Regiae Maieſtatis et Foederatorum armis redacta ſit, ut ad Pacem, quam antea morabatur, ineundam tam ampla Legatis ſuis mandata ſubmiſerit. Quod alte memorata Legatio Polonica ſe eadem pleniſſima poteſtate et inſtructione munitam declaret, id Nobis acceptatiſſimum, nec hoc unquam in dubium vocauimus, cum et praeuias iam pridem a Sereniſſimi Rege Sueciae circa reſtitutionem Pruſſiae elicuerint declarationes, ac inſuper Sereniſſ. Regis Sui praeſentiam habeant in promptu, unde dubia inopinatis caſibus emerſura reſoluere queant.

Ad Nos vero quod attinet, quanto ardore complanatum cupiamus Pacis negotium, quam ſedulo a quaerendis aut mouendis obicibus abſtineamus, id Nos tum ex prompta Inſtrumentorum, non attentis Suecicorum defectibus, exhibitione, tum ex propoſitionum, quas proxime edituri ſumus, aequitate ac moderatione facile euicturos confidimus. Si itaque Sueci iis adſtipulari voluerint, et abſque ulla cauillatione, propoſitis conditionibus paciſci, tunc abſque ulteriori mandato, breuiſſimo tempore res confici poterit. Quia autem aduerſae Partis agendi modus, et belli protrahendi diuiſioniſque inter Foederatos ſeminandae ſtudia Nobis optime perſpecta ſunt, et arduum ſit reconditos eiuſdem conceptus coniectura plene aſſequi; cum praeſertim nec prima quidem propoſitio, nec quicquam luminis, de ipſius, quoad Foederatos, intentionibus, ad Nos hactenus promanarit; ideo licet ampliſſima tam a Sacra Caeſ. Maieſtate, quam a Serenitate Electorali mandata, et

f 3 concludendi

concludendi facultatem habeamus, nihilominus, cum Pacis acceleratio vel protractio, non tam in Nobis, quam in recta vel finiſtra Partis aduerſae intentione poſita ſit, taliaque ab ea obtendi poſſint, quae non Nobis ſolum, ſed et Aulae Caeſareae et Electorali impraeuiſa prorſus acciderent; idcirco a nobis merito exigi nequit, ut, quod a facto alieno pendet, in Nos recipiamus, vel Nos, a facultate Clementiſſimos Dominos Noſtros in nouis et improuiſis caſibus, (quorum arbitrium ſibi arrogare, non eſt Miniſtri,) conſulendi excludamus, multo minus, ut nos ad propoſitum duorum menſium terminum poſſimus alligare, quo quidem tantum abeſt, ut maturandis Tractatibus vel minimum addatur momentum, quin potius anſam Parti aduerſae propoſitum tempus cauillationibus conſumendi, et Tractatus tandem eludendi, vel, ſi e re ipſorum fuerit, elapſo termino, Congreſſum cum ſummo rei noſtrae communis praeiudicio, minore autem ipſorum inuidia, diſſoluendi, ac denique diuiſionis inter Nos ſemina commodius iaciendi, praeberemus. Praeterlapſo termino, ſi needum Tractatus ſortiri optatum poterint effectum, vel omnino deſerendi erunt, vel prorogatio termini precario a Suecis impetranda, cuius conceſſio ab arbitrio aduerſae Partis pendebit, quae iuxta ſolam rerum propriarum exigentiam, ſua metietur conſilia, quo pacto claues ipſi traderemus, quibus pro libitu Nobis aditum Tractatibus coarctare poterit, vel reſerare. Proinde Excellentias Veſtras enixe obteſtamur, ut pro ſublimi prudentia Sua dignentur expendere, quantis ſe et rem communem incommodis ac periculis expoſituri ſint, ſi ſe ipſo fatali termino conſtringere ſinant, ac vinculo, quo quaſi impediti ac impliciti a iuuandae Reipubl. rationibus retrahantur, vix conſilio humano determinauerit quiſquam, quod nec ad certum momentum reſtrictis precibus a Deo contendere pium ſatis fuerit, neque tale quicquam vel negotii natura, vel rerum conditio admiſerit, vix ullum quidem in annalibus, (ſi Lubecenſem congreſſum, utpote ſiniſtro euentu ominoſum exceperimus,) praefixi concludendis vel abrumpendis Tractatibus termini reperietur exemplum. An vero tam S. R. Maieſtati, quam Reipubl. expediat, ſi forte intra duos menſes omnia rite pleneque componi non contigerit, Tractatus penitus diſſoluere? id eo uſque capere non poſſumus, ut etiam afflictos Reip. Status et Ordines id cum gemitu excepturos reputemus: non enim

enim magna Orbis vacaret inuidia, ſi tam alte memorata Legatio, quam eorum Foederati, erectas tot populorum ſpes, ob praefixi termini lapſum, irritas redderent. Si ad duos menſes pacem dederit ille, qui ſolus dare poteſt, id ſine dubio, uti pulcherrimum deſideratum Dei donum auidiſſime accipiendum foret: caeterum ſi diſtulerit, a diuina eius ſapientia et minus iſtud, et opportuna eius hora expectanda, interim vero nihil non obtinendi illius cauſa tentandum. Licet autem, quoad hunc terminum, nulla Nos obligatione obſtringere poſſimus: nihilominus ex parte Noſtra, (ſi per Suecos liceat,) nulla in terminandis breui Tractatibus deſiderabitur diligentia.

Quem in finem, quam primum de intentionibus Partis aduerſae Nobis ſpecifice conſtiterit, non intermittemus, S. Caeſareae Maieſtati, et Serenitati Suae Electorali exactam omnium ſuppeditare notitiam, urgentes Regni Poloniae neceſſitates et maturandae concluſionis motiua illis exponere, ut, ſi quid forte ulterius determinandum occurrat, id Nobis ſine mora tranſmittatur.

Id igitur de Foederatis ſibi promittant Excellentiſſimi DD. Commiſſarii, id eos ſemper acturos, ut nullum aliud cum ipſis, quam amicum dignae aemulationis, in promouendae pacis ſtudio, futurum ſit certamen. Dat. Dantiſci, 12 Ianuarii 1660.

Ad mandatum Illuſtriſſ. et Excell. DD. Plenipotentiariorum
Caeſarianorum et Electoralium

Elias Ignatius Schürer
de Walthaib, Legationis
Caeſareae Protocolliſta.

Chriſtianus Hempell,
Legationis Elect. Brand.
Secretarius.

XXIV. *De-*

XXIV

Defectus in Saluo Conductu Succico, pro Commissariis Elect. Brandeburgicis, notati *

Ex Actis *Metrices* Cancell. Min. R. Poloniae.

* Conf. Saluus Conductus Succicus supra, N. XV

a) Addendum: Eiusdemque Foederatos ac Belli Socios.
b) Inserendus totus titulus.
c) Nomina Legatorum exprimenda.
d) Addendum: Ad simul tractandum.
e) Addendum: Cum omni suo comitatu, ministris, famulis, scripturis, scriniis, sarcinis, equis, curribus, omnique Eorum supellectili, quo nomine veniant.
f) De reditu ad Serenissimi Electoris Aulam, vel domicilia, non satis cautum esse videtur.

Vtantur Sueci, si velint suspicionem euitare omnem, vel a se transmissa, vel a Serenissimo Electore edita formula.

In Saluo Conductu praeterea pro Excellentissimis Dnis Legatis ac Commissariis Polonicis, cauetur ipsis de securitate, in locis intermediis inter loca Tractatuum, in itu, et reditu, atque adeo in omnibus congressuum, aut commorationum, aut itinerum locis: promittitur quoque praesidiarius miles, si requisitus fuerit.

Cursoribus etiam, tabellariis, postis, ac veredariis plena securitas in omnibus viis et itineribus promittitur: eadem et Brandeburgicis promittenda, si ex Prussia, aut Polonia in Marchiam et Pomeraniam, siue e Marchia in Pomeraniam transierint. Cauetur itidem, dictis litteris, Dominorum Commissariorum ad alios scriptis non intercipiendis, non reseruandis, non detinendis, (†) --- siue extraordinarios portentur.

Mandatur denique, in iisdem Saluis Conductibus, omnibus Officiariis Regiis Sueticis, ut praestent ea, quae in Saluis Conductibus sunt promissa.

XXV. *Dif-*

(†) Posthaec in exemplo eo, quod ad me perlatum est, sine dubio praetermissa sunt nonnulla verba: velut, *Siue per cursores, tabellarios, postas ac veredarios ordinarios.*

XXV

Differentiae ac Desiderata,
in traditis Polonicis, Caesareis et Brandeburgicis saluis conductibus ac procuratoriis.

Ex Codice MS. Zalusciano.

In Regio Polonico Diplomate Procuratorii.

Pro *subortas* controuersias, ponitur *subordinatas* controuersias. Rogant igitur Domini Legati mutationem et correctionem.

In Reipublicae Procuratorio.

1. Vbi mutantur et transponuntur verba illa: *Bello Polono-Suetico:* clare apparet, verba esse rasa.

2. In titulis DD. Commissariorum Polonicorum, ad quemlibet reperitur abbreuiatio, quia conspicitur nimis breue et angustum spatium inscribendi nomina ac titulos eorum fuisse. Et satis apparet, nomina DD. Commissariorum post subscriptionem Plenipotentiae esse inscripta et inserta, atque ita authoritate Comitiali non omnes Commissarios fuisse deputatos.

In Saluo Conductu Caesareo.

1. Praeponitur Rex Regnumque Poloniae Regi Regnoque Sueciae: in quo praeiudicium creatur Serenissimo Regi Sueciae.

2. Scribitur Regem Sueciae per Legatos et Commissarios suos in Prussia negocia sua tractare velle: quod indignum Regia Maiestate est, et insolitum circa eos, qui principaliter ad Tractatus Pacis concurrunt.

3. Antea Caesar expediuit diploma Salui Conductus pro DD. Sueticis Legatis, ad formam Polonici Salui Conductus, quod satis erat sufficiens, si mutaretur titulus Regis Poloniae, ratione Sueciae, ut mense Iulio Stetini postulatum fuit: nunc vero postremo expeditur Diploma Caesareum, ad formam Salui Conductus Regis Suetici pro Commissa-

riis Caesareis dudum transmissi, iam vero ad votum eorum mutati, nullam mentionem facit Caes. Maiestas securitatis pro postis et litteris DD. Legatorum, quam in priori suo diplomate amplissime indulsit.

In Caesarea Plenipotentia.

Caesar et hic praeponit Regem Poloniae Regi Sueciae, quod Legati Suetici sine praeiudicio Regis sui acceptare non possunt.

In Electorali Saluo Conductu.

1. Ponitur Tractatus Pacis debere institui in Pomerelia. Sobod vero Pagus situs est in Cassubia.

2. Scribuntur Legati, se recepturos esse e Pomerania in Pomereliam sub dat. Berlini, d. 12 Decemb. 1659. cum constet Legatos sub finem Augusti mensis mouisse e Pomerania in Prussiam, et Elbingae ultra Anni quadrantem praestolatos fuisse Tractatus.

3. Salui conducuntur Legati e Pomerania in Pomereliam, ut illuc eant, et suo tempore redeant: nulla autem fit mentio subsistentiae, vel securitatis in loco, quo degere debent, durantibus Tractatibus.

4. Imperfecta est periodus securitatis pro postis, veredariis et literis, nulla facta mentione vel Germaniae, vel Liuoniae. Merito igitur insistunt Domini Legati Suetici illi proiecto Salui Conductus Electoralis reformandi, quod Excellentissimo Domino Legato Mediatori, die $\frac{11}{1}$ Decemb. 1659. Elbingae transmissum fuit, eo fine, ut in se reciperet procurandum.

XXVI. De-

XXVI

Declaratio ſuper adnotatis defectibus, in ſaluis conductibus Suecicis, pro DD. Commiſſar. Polonicis ac Caeſareis.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Quod ex parte Legationis Polonicae, quoad appenſum nouo ſaluo conductui Suedico ſigillum, deſideratur, id indubie per errorem in Cancellaria factum eſt, et propterea DD. Plenipotentiarii Suedici de correctione ad Sereniſſimum Regem ſuum perſcripſerunt, non dubitantes, ut primo quoque tempore correcti ſalui conductus huc ſint peruenturi, nihil ut cauſae ſit, vel eo de nomine Tractatuum negotium differre.

Quae DD. Polonici interſerunt monita, de Sereniſſ. Imperatoris titulo et omiſſione nominationis *Sociorum belli*, ad ea partim reſpondent DD. Suedici ad monita DD. Caeſarianorum, partim dilata re ad Sereniſſ. Sueciae Regem, Dominum Suum, correctionem eorum praeſtolantur. Cognomen D. *Gninski* minus correcte ſcriptum, defectus dici non meretur, nec Legationi Suedicae error ſcribae imputari poteſt, praeſertim cum ſine ulla difficultate emendari quoque in Cancellaria Regia poterit. Particulas, *ut et*, coniunctiuas eſſe, non ſeparatiuas, nemo non videt, ut nulla ratione praeſumi poſſit, aequalitatem officii per illas conuelli.

Proteſtatio occaſione praetenſae omiſſionis, ratione Confoederatorum, de non praeiudicando vel derogando negocio Danico, ſuperflua eſt, quandoquidem conſtet, et R. M. Sueciae, et eius plenipotentiariis Regem Daniae non eſſe Confoederatum Regi Poloniae: quod nec Miniſter Sereniſſimi Regis Poloniae in Dania aliter profitetur. Deinde Tractatus inter Sueciam et Daniam in Selandia hactenus in feruido fuerunt curſu, ut ſperent DD. Suedici propediem notitiam concluſae inibi pacis. Quodſi hic iam inſtituantur pacis Tractatus, cum Danicis Miniſtris, ut plane inſolitum eſt, in diuerſis et tam diſſitis locis Regnorum controuerſias tractare; ita metuendum eſt, ne dum hic

Tractatus coeperit, ibi vero conclusa fuerit pax, magnam inde confusionem et utrique parti praeiudicium suborturum esse. Quodsi constiterit, in Selandia pacem non conclusam esse, vel conclusum iri, et Ministri Danici sui notitiam DD. Suedicis fecerint, et plena mandata ad tractandum et concludendum, una cum Regio saluo conductu Danico pro Suedicis, produxerint, communiti sunt DD. Plenipotentiarii Suedici, tam saluo conductu Suecico pro Danicis Commissariis ad hosce Tractatus, quam procuratorio, cum iisdem pacem tractandi et concludendi. Cum autem non tantum pronum se exhibuerit ad admittendos Tractatus Danicos, sed et omnibus Poloniae Foederatis de saluis conductibus et securitatis litteris prospexerit Sereniss. Rex Sueciae, DD. Suedici non dubitant, quin Sereniss. Rex Poloniae, Eiusque Foederati, idem sint praestituri pro Foederatis Regiae Maiestatis Sueciae.

Denique, quod Partes Confoederatae ad extraditionem Suorum plenorum Mandatorum se certo modo processisse declarant, studio autem pacis Tractatus quantocyus inchoare volunt, gratum id Legationi Suedicae fuit percipere. Quod si nouum instrumentum Regii procuratorii Suedici intra quatuor septimanas, ob longius in Sueciam et inde iter, vel alia impedimenta, ad manus esse nequeat, sed adhuc tempus adferendi protrahi possit, culpa utique DD. Legatis imputari nec potest, nec Tractatus inde impediri necesse erit.

Ex parte Legationis Caesareae.

I. Quod attinet titulum Caesar. Maiestatis, quod non sit integer assumptus, vel solitis *etcaeterationibus* expletus, meminisse non possunt DD. Suedici, introductum hactenus fuisse modum aliquem etcaeterandi in titulatura Caes. Maiestatis.

Id constat ipsis saluo semper longiori Imperatoris titulo usum et stylum breuioris tituli iam ante inter Caesarem et primum Reginam, deinceps Regem Sueciae introductum, nuspiam in controuersiam venisse. Iam cum eius rei primum fiat, ex occasione horum Tractatuum, mentio, facile poterit illud in posterum obseruari, ut opus vel necesse non sit, ea de causa trahere Tractatus. Neque enim S. R. M. Sueciae ullam unquam controuersiam S. Caesar. Maiestati in titulis aut mouit,

mouit, aut motura eſt; prout etiam DD. Legati ad S. R. Maieſtatem pro renouatione huius diplomatis ſcripſerunt.

2. Quod in Regio Suedico ſaluo conductu detractus ſit Dno Comiti a Colowrat titulus *Comitis*, ſtudio vel data opera nullo modo factum eſt, quandoquidem in iis titulaturis, quas DD. Suedicis praeterito autumno Elbingae per D. Legatum Mediatorem non modo DD. Polonici, ſed etiam Caeſarei et Electorales Brandeburgici exhiberi fecerunt, nulla facta fuit mentio tituli *Comitis a Colowrat*, nec DD. Suedicis, multo minus Regiae Maieſtati Sueciae, de ea re, circa reſpectiue tranſmiſſionem et extraditionem conſtare potuit. Illud omnino certum eſt, poſtquam iam hoc innotuit, non modo DD. Plenipotentiariis, ſed etiam Sereniſſ. Regi Sueciae, hunc titulum D. Comiti non iri detractum.

3. Quod D. Liſolae attributum *Domini* non fuerit expreſſum, commiſſo a ſcriba errori merito condonabitur; et cum caeteris monitis corrigetur.

4. Praeterea deſiderant DD. Caeſarei adiectionem voculae *Pacis* in iis verbis, quibus aſſeritur, eis integrum eſſe *negotia ſua*, in Tractatibus Polonicis agere. Sed non vident DD. Suedici, alia hic negotia intelligi, vel in futuris Tractatibus de aliis agi poſſe, vel debere, quam negotiis pacis. Neque enim Commerciorum negotiationes hic pertractari poſſunt, niſi quod in peculiari aliquo Articulo pactorum fortaſſe de ea re conueniendum eſt, quae in progreſſu patebunt. Non poteſt autem DD. Suedicis mirum non videri, quod nomine *Negotiorum* DD. Caeſarei in ſaluo conductu Imperatoris, pro DD. Suedicis, intelligant, et quae cauſa fuerit, quod, cum inter *negotia* et *negotia Pacis* tantum diſcriminis eſſe arbitrentur, illi ipſi non adiecerint voculam *Pacis* ad verbum *negotia*, ubi DD. Suedici maiori iure poſſunt id urgere et poſtulare, prout etiam hiſce diebus poſtularunt huius rei emendationem in Imperatoris ſaluo conductu pro DD. Suedicis, cum Suecia et Polonia ſint Tractantium partes, Foederati vero utriuſque Partis acceſſoriae atque auxiliares.

Ne tamen vel in hac parte, quod DD. Caeſarei conquerantur, habeant, DD. Plenipotentiarii Suedici procuraturos ſe promittunt, ut ad

 modum

modum desideratum, quam primum id fieri poterit, mutetur, sperantes id a DD. Caesareis reciproce praestari. Minor adhuc difficultas erit in locum D. Baronis a Duhrn, ponere nomen ac titulum D. Baronis a Fernemont. Sobothi, d. $\frac{12}{2}$ Ianuarii, 1660.

Ad Mandatum
Illustriss. atque Excellentiss. DD. Legatorum

subscripsit
Godofredus von Schröer
Legationis Secretar.

XXVII
Responsum
ad declarationem Commissariorum Suecicorum, super adnotatis defectibus, in saluis conductibus Suecicis.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Contenti sunt Domini Commissarii Polonici declaratione Partis aduersae, defectum hunc supplendum in reformatione sigilli appendendi saluo conductui; interea nullam moram irrito Tractatui velle ob praedictum defectum iniicere.

Manifestationem uti necessariam, ratione Danici negotii, ita nec ad praesens intermittendam, volunt DD. Commissarii Polonici. Ipsos enim a multo tempore id per Illustriss. et Excellentiss. D. Legatum Mediatorem postulasse, ut aditus pro Tractatu Generali instituendo Ministris Danicis pateat, quocunque ille nomine Rex considerandus, siue ut Confoederatus, siue ut belli socius, at certe amicus et vicinus veniat. Nullatenus dubitatur, D. Commissarios Suedicos, si necessariam ad hoc adhibuerint diligentiam, intra praedictum tempus haec procuraturos.

Ex parte

Ex parte Legationis Caesareae.

Defectus ille circa titulationem, quem Legatio Caesarea in saluo conductu et plenipotentia Suetica adnotauit, non in eo fundabatur, quasi subponeret, modum aliquem etcaeterandi in titulatura Caesarea fuisse antehac introductum, vel quod ipsa illum deinceps introducere vel admittere praetenderet, sed de eo tantum querebatur, quod, dum illa titulatio quasi plena et extensa adhibita fuisset, multi tamen ex solitis titulis forent omissi, nec ullae etcaeterationes ad illam omissionem supplendam fuissent adiectae. Quia vero ex responso Legationis Sueticae desuper dato id ita accipi videtur, quasi abbreuiatio titulorum inter Suam Caesar. Maiestatem et Sereniss. Regem Sueciae debeat in posterum semper obseruari, Legatio Caesarea declarat, hanc non fuisse ipsius mentem, sed S. C. M. studio pacis, ut controuersias, ratione titulorum inter Serenissimos Poloniae et Sueciae Reges vertentes, etiam ipsa declinaret, in praefatis diplomatibus, suos et ipsorum titulos pro illo tantum actu abbreuiasse, quod tamen in consequentiam trahendum minime erit. In reliquis vero defectibus saluorum conductuum quandoquidem DD. Commissarii Suetici promittunt, se saluos conductus correctos in omnibus hisce defectibus exhibituros DD. Commissariis Caesareanis, hoc acceptant, et id quam primum praestolantur, parati quoque vicissim saluos conductus Caesareos in desiderata forma DD. Sueticis extradere. Dat. Gedani 3 Febr. 1660.

Ad mandatum Illustrissimorum et Excellentissimorum
DD. Legatorum Caesareanorum

subscripsit
Elias Ignatius Schürer de Walthaib,
Legationis Caes. Prothocollista. mp.

XXVIII. *Me-*

XXVIII

Memoriale Regiae Legat. Suecicae, Illustr. et Excell. Dno Legato Mediatori exhibitum Sobothi d. $\frac{10}{20}$ Ianuarii 1660.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Non vident iidem DD. Legati, cur Procuratorium Regis Poloniae, quod semel extraditum, et ab hac parte, praeterquam ut sola vox *subordinatas* corrigeretur, receptum est, tam tarde restituatur; ideoque ut quantocyus id fiat, nec Tractatibus inde mora creetur, desiderant.

2. Cum non sit de paris dignitate, DD. Suecos in pago, alterius vero Partis DD. Legatos in urbe degere, non dubitatur, quod illi quoque ad loca sibi assignata se quam primum recepturi sint, praesertim etiam propter alias certas considerationes, et ad maturandos Tractatus pacis.

3. DD. Legati restitutionem intercepti praesidii Strasburgici summo, quo possunt, opere urgent.

4. Quod iam pridem et ab initio quidem desideratum est, pro Serenissimi Regis ac Domini Sui Clementissimi Foederatis, Domino Principe Rakocio, et militia Zaporouiana, DD. Plenipotentiarii Suedici saluos conductus praestolari non desistunt.

5. Siquidem S. R. M. Sueciae Suis Legatis Plenipotentiariis serio iniunxit, ut interesse Ciuitatum Borussiae in Tractatibus pacis habeatur ratio, et illae non possunt non desiderare Suos quoque ad sollicitandum negotia sua huc mittere, salui conductus pro Elbingae et Mariaeburgi mittendis, et permissio pro Thorunienfibus, Strasburgensibus et reliquis merito desiderantur.

6. Dominus Dux Croyanus, et D. Comes a Donaw, itidem salui passus litteras petunt, a Sereniss. Rege Poloniae, eiusque DD. Confoederatis, vel ipsosmet negotiorum suorum causa huc veniendi, vel ministros suos mittendi.

7. Quandoquidem Oliuensis locus ad tria milliaria circumcirca extra hostilitatem omnium positus sit, cohortes autem Polonicae non modo

modo aduectionem victualium, frugum et foeni lignorumque impediant, sed etiam locum fere deuastent, et subsistentiae inutilem reddant, maturum quaeritur huius rei remedium.

8. Postremum liberationem Colonelli Reichart D. Legato Mediatori diligentissime commendant.

Sobothi d. $\frac{20}{10}$ Ian. 1660.

Ad mandatum
Illustriss. atque Excellentissimorum DD. Legatorum

subscripsit
Godofredus von Schröer
Leg. Secret. mp.

XXIX
Responsum ad Memoriale Commissionis Suecicae Legato Mediatori exhibitum.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Error scribae correctus in voce *Subordinatas*, ac ipsum instrumentum Illustr. et Excell. Domino Mediatori datum.

2. Legationem ex parte Poloniae hospitia sumpsisse circa Stryss, ut, ubi aliqua necessitas id postulauerit, eo se conferant.

3. Ratione detenti praesidii Strasburgensis, agere poterit Excellentissimus Dominus Legatus Gallicus cum Excellentissimis Dnis Legatis Electoralibus.

4. Mirum videri DD. Legatis Polonicis, perurgeri illos ad extraditionem saluorum conductuum pro Rakocio, et militia Zaporosciana,

ſiquidem et Rakocius per peculiaria pacta deſiit eſſe hoſtis S. R. Maieſtatis et Regni ſui, et Foederatus Succiae. Et Coſaci in publicis praeteritis Comitiis omnem infidelitatem, et cum quibuſuis Principibus extraneis ſocietatem, eiurarunt, quod ex ipſis Conſtitutionibus typo vulgatis patere hactenus potuit, iiſdem DD. Commiſſariis Sueticis a tanto tempore in ditionibus S. R. M. degentibus.

5. Rationes Ciuitatum Boruſſiae nulli magis, quam S. R. Maieſtati, uti pro directo Dominio cordi eſſe, foreque; proinde nullam videre neceſſitatem DD. Legatos Polonicos, quam ob rem huc ſuorum negotiorum Procuratores habere neceſſe habeant. Proinde ut hanc curam miſſam faciant tantiſper DD. Commiſſarii Suetici, facile id D. Legatum Mediatorem perſuaſurum.

6. Duci Croiano, et Comiti a Donaw, ſalui paſſus litteras non negaturam S. Regiam Maieſtatem.

7. Prouiſum fore a DD. Commiſſariis Polonicis, ut limitatum ſpatium circa Oliuenſem tractum, ad tria milliaria, omni careat prorſus impedimento, et deuaſtationi nulli ſubiaceat.

8. Circa libertationem D. Colonelli Rychard, dabitur reſponſum Domino Legato Mediatori a DD. Commiſſariis Electoralibus.

XXX

Declaratio Legationis Caeſareae, ad Legatos Sereniſſ. Regis ac Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithuaniae.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Cum ex parte Legationis Sueticae exhibitae fuerint Propoſitiones in negotio pacis cum certo prooemio, quo Sacram Caeſaream Maieſtatem, Ferdinandum tertium glorioſiſſimae memoriae, et Auguſtiſſimum Imperatorem modernum, variis querelis onerant, maxime vero infractae Pacis Germanicae inſimulant, quae quidem in promptu foret

foret refellere, et in authores efficaciter retorquere, ac ſufficienter demonſtrare, quam praeciſſa obligatione, ac ineuitabili neceſſitate S. Caeſ. Maieſtas ad moleſtiſſimum hoc bellum tandem fuerit adacta, quotque et quanta, tam ante hoc bellum, quam ipſo pendente, a parte aduerſa in Pacis Germanicae leges commiſſa fuerint; quia tamen per Excellentias Veſtras nobis innotuit, Legationem Sueticam, re melius perpenſa, conuenientiorem in poſterum agendi modum proponere, ut ſcilicet poſtulata tantum, omiſſis praeambulis, inuicem extraderentur: Nos praememorato licet Suetico ſcripto laceſſiti, infra tamen Clementiſſimi Domini Noſtri dignitatem, et ab inſtituto Noſtro alienum ducentes, certare dicteriis, tum ſtudio promouendae pacis, quae hiſce verborum contentionibus moram vel detrimentum facile pati poſſet, conſentimus huic propoſitae mutationi, cum hac tamen declaratione, quod ea omnia, quae in dicto prooemio ſcripta fuerunt, pro non ſcriptis habenda ſint, et a Nobis nec concedi, nec admitti, nec ulla ratione toleraturos, niſi expuncta et eliminata fuiſſent: quam declarationem noſtram Legationi Sueticae debito modo intimari poſtulamus, et communi prothocollo inſeri, actumque Nobis de hac proteſtatione authenticum decerni. Gedani, die 3 Febr. An. 1660.

Ad mandatum Illuſtriſſimorum et Excellentiſſimorum

DD. Legatorum Caeſareanorum

ſubſcripſi

Elias Ignatius Schürer de Walthamit,

Legationis Caeſ. Prothocolliſta. mp.

XXXI

Declaratio Legatorum Elect. Brandeb. ad Legatos et Commissarios Polonicos.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Serenissimi Electoris Brandeburgici etc. etc. etc. Legati et Commissarii Plenipotentiarii in promptu quidem habent responsa retundendis probris, quibus praefatio propositionis DD. Legatorum et Commissariorum Plenipotentiariorum Sueticorum, in negocio pacis secum instituendi transmissa, referta est. Sed siquidem Illustr. et Excell. D. Christianissimi Regis Legatus, Regiam Sueticam Legationem praememoratam praefationem eliminare, propositionesque denuo commutare velle, declarauit, eaque ratione inprimis tam ipse, quam et Illustr. atque Excell. DD. Plenipotentiarii, omnes iniurias abunde vindicatum iri censeant: studio pacis illam eliminationem acceptant, inque commutationem propositionum consentiunt, hac tamen annexa protestatione, ne quicquam praefata propositione contentum, ullo colore praetextuque nunc vel in posterum in praeiudicium Suae Serenitatis Elect. D. S. C. trahatur, proue agnito vel admisso reputetur, sed dicta pro non dictis, scriptaque pro non scriptis habeantur. Quo fine declarationem hancce Parti intimari, Sibique authenticum eius rei documentum extradi petunt.

Ad mandatum

Illustriss. atque Excellentissimorum DD. Legatorum

subscripsit

Christianus Hempell,

Legat. Secr. mpr.

XXXII. *Vin-*

XXXII

*Vindiciae Liuonicae.**

Ex Codice MS. Zalufciano.

* Scriptor Polonus *Defenfam Poloniae* vocat.

Prodit iam in hoc publici Tractatus theatrum fecundum in ordine, fed immanius primo, Sueticae Legationis monftrum, et hoc eft, *Ceffio Liuoniae uniuerfae*, antiquis finibus contentae, cum fuis Regalibus, fuperioritatibus, in perfonam Regis Sueciae eiufque Succefforum, in perpetuum. Dixi immanius primo non immerito. Ferum quidem atque aequis auribus graue erat recenter excipere, velle Suecos Regi haereditario Sueciae adimere Regnum, qui auaritia magis et ambitione Caroli, Ducis Sudermaniae, quam obfequii impatientes, pacem exuere: tolerabilius tamen aliquomodo et ad apparentiam fpeciofius eft, Suecos Sueciam habere velle, de Suecia nunquam Regno Poloniae incorporata nec contermina, imo tot montibus, mari quoque ipfo diffita, in certamen defcendere, et foli tantum perfonae Regiae iniuriam inferre. Longe grauius et crudelius eft, Suecos Poloniam habere velle, fi totum pro parte, et partem pro toto fumere licet, et tam nobiliffimam (uti eft Liuonia, indiuiduum Regni et M. D. Lituaniae membrum, nec moribus, nec lingua, nec finibus Suecis contermina) amputando, nullo iufto praetextu partem uniuerfae Reipubl. truncum atque deforme reddere corpus, uno ictu Sereniff. Regi atque integro Regno infligere vulnus. Sed ne videar diuagari ultra contenta propofitionis Sueticae, redeo ad verba ipfa textus difcutienda, quae funt: *Rex Regnumque Poloniae Regno Sueciae cedat Liuoniam integram, antiquis finibus contentam*, etc. etc. Verbum hoc *Ceffio* tam a Politicis, quam a Iurifperitis definitur dupliciter. Definitur femel: Ceffio eft abalienatio a fe rei alicuius, quae aliena, vel alterius iuris eft: et talis ceffio videtur habere partem iuftitiae, quae, uti vult Iuftinianus, eft conftans et perpetua voluntas ius fuum cuique tribuendi, et tunc non *Ceffionis*, fed *Reftitutionis* affumit nomen. Vel definitur: Ceffio abalienatio rei alicuius, quae propria eft, et cuius aliquis eft bonae fidei a longo tempore poffeffor, et tum temporis non ceffio, nec reftitutio, fed *Donatio* nuncupatur. Neutrum ceffionis praenominatae genus in partem fuam Suetica circa Liuoniam

trahere poteſt praetenſio. Non trahit primum, quod magis reſtitutionis, quam ceſſionis gaudet titulo, videlicet abalienationem Liuoniae, uti rei alienae, et quaſi iuri Suetico ſubiectae. Nemo enim, niſi extreme veritati inimicus, probare auſerit, Liuoniam aliquando ad Suecos ſpectaſſe. Atque ex hac occaſione breuiter Liuoniae initium percurre liceat: Liuones fuiſſe populos, qui libere viuebant, primum mercatores, ex aduerſa ſuo littori Germania, praeſertim Lubeca aduentantes, commerciorum cauſa, ad oſtium Dzwinae ſedem figere permiſerunt, demum introduxerunt in eam prouinciam milites Ordinis Theutonici, quaſi ſocios contra Moſchos et Lithuanos auxilium genti laturos: ſed ſocii iſti graues Domini, mox per Magiſtros Ordinis totam prouinciam ad obſequium ſuum coegerunt. Huiuſmodi conſtitutio prouinciae durauit ultra CCC annos, donec Magiſter Ordinis Firſtembergius captus a Moſchis, in vinculis conſumptus. Eam occaſionem libertatis vindicandae libenter arripuerunt Liuones, quibus adhaeſit ipſe Magiſtri vices gerens, Gotardus Ketlerus, nec amplius permiſit eligi Magiſtrum, ipſe renuncians ius Magiſtri in manus Regis Poloniae, Sigiſmundi Auguſti, qui, ab illo Vilnae MDLX. iureiurando fidelitatis recepto, in ſocietatem Regni et Magni Ducatus Lithuaniae admiſit: et haec Piaſecius noſter. Probant et plurimae Conſtitutiones Regni Liuoniam prouinciam confoederatam, fideique noſtrae commiſſam, et multo ſanguine ac pretio utriuſque Reipubl. noſtrae defenſam, in An. MDLXI. * cum idem laudatae memoriae Sigiſmundus Auguſtus Comitia Grodnae celebrauit, ibi tot Legatos a prouincia Liuoniae ſubiectionem offerentes adueniſſe, et in gremium Reipubl. receptam tum fuiſſe. Poſtea regnante Diuo Stephano, A. MDLXXXI. idem repetitum, ac bellis per eundem Regem, pro vindicanda et defendenda eadem Prouincia, cum Moſcho ſuſceptis confirmatum fuit. Id ipſum et externi ſcriptores, Gudicanus, Guagninus, Cluuerius, Cellarius, ipſe quoque Olaus, Archiepiſcopus Vpſalienſis, aſſerit, Liuoniam diuiſam fuiſſe in Ducatus, e quibus Moſchus Naruenſes, Suecus Reualienſes, Danus Oeſeliam, occupauerunt, reliqua Regi Poloniae Sigiſmundo Auguſto ſubdiderunt. Ex his igitur rationibus, probationibus et deductionibus

* In Codice laudato, annus 1608 expreſſus eſt: qui ad tempora Sigiſmundi Auguſti haud quadrat, diu ante fatis defuncti.

bus hiſtoricis, in legibus Regni fundatis, manifeſte conſtat, Liuoniam non fuiſſe unquam rem alienam, nec iuri Suetico ſubiectam, per conſequens, nec ceſſionem eius talem, quae reſtitutionis naturam indueret, niſi cum ſumma iniuria, et conculcatione iuris diuini atque humani, Suecos a Nobis exigere atque extorquere poſſe. Sed ad roborandum et fulciendum praetenſum ius ſuum in Liuoniam, Sueci allegabunt procul dubio, ſe eſſe poſſeſſores Liuoniae. Reſpondeo, tria requiſita eſſe verae et legitimae poſſeſſionis. Requiritur: 1) Iuſtus titulus: 2) Bona fides: 3) Longi temporis poſſeſſio: et haec tria coniunctim, non ſeparatim, et, ſi unum defuerit, legitimam non efficiunt poſſeſſionem. Si titulum poſſeſſionis Sueticae in Liuonia reſpexero, eum minime iuſtum iudicauero, qui fuit violentus, per caedes, incendia, deuaſtationes, depopulationes, proditiones, machinationes, foedera cum hoſtibus Regni, et mille aſtus et artes ad occupandam armis hanc prouinciam ſine ulla iuſta cauſa, a Regno Poloniae Suecis illata, cum ſub idem tempus vel maxime haec miſera per inuaſiones dilaceretur prouincia, cum aliis bellis, Moſchouiticis videlicet, Turcicis, Tartaricis, diſtracta erat Reſpublica, et hoc quidem ſine clarigatione et feciali. Defuit ſemper, et deeſt bona fides Suecis in poſſeſſone Liuoniae, quia illis ius legitimum deeſt: ubi vero ius acceſſus ad rem deeſt, praetenſio ſola et uſurpatio ineſt, et tum temporis poſſeſſor ille, malae fidei poſſeſſor reputatur. Quoad longi temporis poſſeſſionem, hanc quidem verius, quam iuſtum titulum et bonam fidem, ab aliquot annis arrogare poſſunt ſibi Sueci: ſed et haec fuit ſubiecta mutationibus, permixta viciſſitudine rerum, alea utriuſque fortunae, nunc Polonis, nunc Suecis, nunc Moſchis arridente, tam in deditionibus ciuitatum, fortalitiorum, caſtellorum, quam in conflictibus generalibus exercituum, uti Kircholmienſi, etc. interrupta ipſa ſemper fuit ſeries poſſeſſionis Sueticae. Noſtra vero longioris temporis, quae ab A. MDLX. ideo magis legitima, quia et iuſta, et libere, a liberis tunc populis, nobis collata. Neque ſacramentum induciarum ad XXVI. annos animam tali poſſeſſioni infundere poteſt, quod uti fuit ex parte noſtra voluntarium, ob amorem et ardens deſiderium pacis ſuaſu tum temporis Sereniſſ. Regum et Rerumpubl. Chriſtianarum: ſed tamen fuit temporaneum, non perpetuum. Inſuper ex quo a Suecis violatum, eo poſſeſſionem Sueticam

eam tollens, quae exſpiratione induciarum euanuiſſet, uti res ipſis ad tempus certum conceſſa, et XII. fortalitia per Chriſtophorum Radziuilium Suecis adempta, tunc iure induciarum reſtituta, ſed Dii Regum et Regnorum ultores confundent et corruent periura moenia Troiae. Certiſſimum ergo ex talibus antecedentibus inferri poteſt conſequens, nullum ius et poſſeſſionem legitimam fuiſſe Suecis, nec eſſe in Liuonia, et eam poſſeſſionem, niſi ſola pedis poſitione deducendam, ideo nec tale genus ceſſionis, quod reſtitutionem ſapit, illos vindicare poſſe, quaſi rei alienae, nec iuri Polono ſubiectae. Sed neque alterum ceſſionum praenominatarum genus trahere in fauorem ſuum Suetica ullatenus poteſt praetenſio: Nempe ceſſionem Liuoniae, uti rei noſtrae propriae, et, a longo tempore, a Rege Poloniae poſſeſſae. Nam talis quoque abalienatio rei propriae ſubdiuiditur in commutationem, vel ſimplicem donationem. Quarum unam politicae, alteram iuridicae refellunt rationes. Donatio enim Regnorum et Prouinciarum inpracticabilis eſt, et ideo uſu et conſuetudine nullibi gentium recepta, quae tollit funditus et eradicat fundamenta conſeruationis uniuſcuiuſque ſtatus, ſubruit fidem, ſacramenta Regum et Rerumpublicarum, quarum ſola et ad ſeram poſteritatem ſeſe deuoluens gloria eſt, ligamina ſubditis data manu tenere, augere, non diminuere fines Regnorum, nec firma et non duratura talis unquam ceſſio vel donatio, quae inuitis populis fit. Similia exempla et funeſtos euentus huius et anterioris ſeculi, breuitas propoſita enarrare inhibet: curioſi ſcriptorum indagatores facile inuenient. Tali ſacramento obſtrictus Sereniſſ. Rex Ordinibus Regni et Reipubl. nec quicquam de Regno, vel annexis alienare ſibi licitum prouinciis, hanc quoque ipſam Liuoniam et armis, et vario Tractatu pacis, ab iniuſtis poſſeſſoribus repetere procurabat, conſentientibus quaſi in reſtitutionem illius ipſis Suecis, plurimis vicibus, ſed vel maxime in Tractatu per Commiſſarios M. Ducatus Lithuaniae A. MDCXXII. et in Pruſſia ad Prabuti, et conſtitutio MDCXX. etc. Donatio ergo ſimplex Liuoniae nequaquam admitti poteſt. Commutatio, quae iuſtitiae pars eſt, ſiquidem hanc diuidunt in diſtributiuam et commutatiuam, etiamſi in Regnis et Prouinciis ſaepe nociua et damnoſa eſſe ſoleat, magis tamen practicabilis eſſe iudicatur, quam donatio, quae ſimplex et nuda alienatio eſt, haec vero alienatio cum recompenſa

penſa et ſatisfactione quadam. Quam licet Ordines Regni et M. D. Lithuaniae minime ambiant, contenti ipſius Liuoniae, uti proprietatis ſuae, reſtitutione: adnotatur nihilominus Suecos ſuperioribus Tractatibus, uti videlicet in A. MDCXXII. renunciationem iurium Diui Sigiſmundi III. in Regnum Sueciae, reſtitutione Liuoniae recompenſare voluiſſe, quod patet ex reſponſo D. Axelii Oxenſtierna, Cancellarii Regni Sueciae, dato D. Caſtellano Vendenſi in Tractatu, cuius haec ſunt verba: „Dominus Caſtellanus Vendenſis: Cum iſta ſint difficilia, praeſtat non attingere negotium principale, ſed de induciis agere cum reſtitutione ablatorum. Ad haec Cancellarius R. S. Non eo progrediamur, ſed prius obſtacula remoueamus: nam vetant reſtitutionem „ablatorum abſque conceſſo titulo, et abſque compoſitione principalis „negocii.„ Inde apparet, Suecos voluiſſe pro conceſſione tituli, et compoſitione circa Regnum Sueciae, reſtituere Liuoniam. Idem Cancellarius alibi: „Sed ſi noſtro ſtatui adhuc a vobis imminebit periculum, dabimus operam, ne Nos veſtra arma domi praeueniant, ſed „ut ea longe a Nobis propulſare queamus, et certe ſi non alibi, hic in „Liuonia dimicemus.„ Et tertio loco Cancellarius: „Si non ſopita fuerit originalis controuerſia, de reſtitutione ablatorum non poteſt agi. „Mallemus certe ea Nobis eripi, quam ut abſque fructu reſtituamus.„ Iterum circa concluſionem prorogationis Induciarum, Cancellarius: „Ea intentione Rex noſter aliquot annorum inducias propoſuit, ut iis „currrentibus, ſi Regi Veſtro aliquid humanitus acciderit, ipſe cum Ordinibus Regni, antequam nouus Rex eligeretur, tranſigeret cum reſtitutione ablatorum.„ Similiter vero idem declarauit: „Quodſi pro „induciis LX annorum conceſſo titulo, Rigam vobis reſtituemus.„ Nec recuſabant alias quoque urbes et fortalitia reddere, ſiquidem hoc, quod erat, principale declarauit. Praeſenti quoque caſu, ſi eo intentiones Sereniſſ. Regis inclinare voluerint, ut propter Regnorum et ſubditorum ſuorum quietem, cedere titulo Regni Sueciae voluerit, ea tempeſtate quoque Sueciam cum Liuonia uniuerſa, volo dicere cum Reualia, et aliis, commutare liceret, et talis ceſſio rei, uti propriae, quae commutatio, non donatio eſt, admiſſibilis foret: ſed Nobis utrumque et Regnum Sueciae et reſtitutionem Liuoniae vindicare in animo eſt.

Procedendo ulterius in textu propoſitionis Sueticae, diſcutienda occurrunt verba, quae aequas aures grauiter laedunt: *Rex et Ordines Liuoniam pro ſecuritate Regi Regnoque Sueciae cedant*: quaſi vero Poloni tam fluxae fidei ſint, ut ipſis moris ſit, ſacramentum, fidem et pacem ea facilitate violare, quae Suecis ſolis innata eſt, et tum vel maxime quandam rationem ſtatus reſpicere videantur, cum aliena regna furtim inuadunt et occupant. Sed quaenam ſecuritas Poloniae a Suecis praeſtabitur, qui nihil proprii ullibi locorum poſſident. Securitas prima et ſumma ipſa iuſtitia eſt, unicuique, quod ſuum eſt, reddere; et ſic ſublata cauſa, tolletur effectus, et metus vindictae. Hac ſtabilita, ſecuritas praecipua eſt Fides Regum, Regnantium decus et Regnorum firmamentum, et quo nullis circumſcripta conditionum et obligationum terminis, ideo magis durabilis. Accedit ad hoc ordinarius ſecuritatis modus, qui eſt Garantia externorum Regum et Principum, quae fraenum imponit omni licentiae et intentioni rumpendae pacis. Alias neceſſario ſequeretur, Reges paciſcentes pro ſalute populorum, alia reſeruata dandae ſecuritatis cauſa, habere debere Regna, quae, dum vi et bellis eripi ſibi non patiuntur, titulo ſecuritatis hoſti reddant: noua certe, et (non) niſi a ſolis Suecis operoſe adinuenta venandorum Regnorum methodus.

Sed etſi per omnem rigorem iuris, (qui in politicis exulare debet,) ſecuritatem hanc ſumere vellemus, nil certe aliud inueniemus, niſi ſecuritatem uniuſcuiuſque contractus debere eſſe *ſolam euictionem*, quae eſt obligatio quaedam in bonis contractui non inſertis, et hoc in caſum rupti vel rumpendi contractus, poſſeſſionem nihilominus rei, ſupra quam euictio eſt, penes euincentem remanere debere. In praeſenti vero caſu totum ius contrahentis et euictionem Succi penes ſe retinere volunt, quod uti non eſt unquam practicatum, ſi omnes Tractatus Principum in Chriſtianitate percurrere velimus, ita etiam ex parte Sereniſſimi Regis et inclytorum Ordinum non admiſſibile.

Vltima, ſed iniqua et importuna textus Suetici in eodem puncto ſunt verba: *Cedat Liuoniam antiquis finibus contentam, cum ſuis iuribus, regalibus, ſuperioritatibus* etc. Hic tacite inuoluitur ceſſio Curlandiae, quae ſola, regalia et ſuperioritatem habet, videlicet iure feudi ad Sereniſſimos Reges Poloniae, Regnum et Magnum Ducatum Lithuaniae

niae ſpectans, quae uti a Suecis malitioſa intentione inuoluitur, ita a Nobis quoque ſilentio inuoluenda videtur, uti clara per ſe quaeſtio, et armorum iuſtitia Sereniſſ. Regis atque Reipublicae concluſa et vindicata. Nec de finibus nunc diſputandi arena, qui, ſi limitibus antiquis Liuoniae terminandi, Nos uniuerſam Liuoniam nobis reſtitui volumus. Si nouis, a tempore inueſtiturae ſimultaneae in Feudum Curlandiae, Gotardo Ketlero, ultimo Magiſtro Ordinis in Liuonia collatae. Longiſſimi temporis, centum videlicet annorum, iam interceſſit praeſcriptio, quae finem calamo, ſilentium imponit quaeſtioni.

XXXIII
Informatio ſuper Liuonia,
Dn. Mediatori Gallico a Legatis Polonicis d. 23 Februar. 1660. exhibita.
Ex Codice MS. *Zaluſciano.*

Iam a multis annis, antequam bellum cum Moſcis incoeptum fuit, Archidioeceſis Rigenſis Protectorem Regem Poloniae agnouit, et ex hac ratione, cum vetera pacta inter Reges Poloniae, M. Ducatum Lithuaniae et Ordinem Theutonicum interceſſerant, factum eſt, ut, dum Ordo tam potentiſſimo et immani hoſti, cum quo bellum iam ultra viginti annos geſſerat, amplius reſiſtere non poterat, Regem Poloniae ſolicitaſſet, ut afflictae prouinciae auxiliis ſuis adeſſet, ſaluo tamen Imperii Rom. iure, et pro ſumptibus belli nouem arces ac praefecturas, pignoris loco acciperet, quas Liuoniae magiſtratui poſtea redimere ſexcentis millibus aureorum liceret. Haec defenſionis pacta ſolennibus litteris et iuramentis utrinque confirmata ſunt. Vigore itaque iſtorum pactorum, Rex Poloniae auxilia contra Moſchum Ordini ferebat, uſque ad Annum MDLX.

Poſtmodum vero, cum per inteſtinas diſſenſiones Statuum Liuoniae, res Ordinis nimis attritae redderentur, Rex Poloniae noluit amplius

plius prioribus pactis obligari, neque illis ſuppetias ferre, ſed omnino totalem ſubiectionem exigebat. Quapropter eo deuentum eſt, ut certis conditionibus, totius Liuoniae ſubiectio facta ſit, Anno MDLXI.

Reualienſes vero cum Eſthonia ad proximiorem Regem declinantes, Succiae Regi ſe ſubiecerunt, et iuramentum a Magiſtro Ordinis ſibi remitti ſolicitabant: quod etiamſi obtinere non potuerunt, nihilominus in ſubmiſſionem Sueticam cum tota Eſthonia iuerunt: et hoc eſt, quod Sueci in Liuonia certis pactis ſe poſſidere gloriantur.

A Diuis Romani Imperii Caeſaribus nullum ius in Liuoniam Sueci acceperunt, praeter quod tam ad Suecos, quam Polonos, et Danos ab Imperatoribus Germaniae ſcriptum fortaſſis ſit, ut miſerae et afflictae prouinciae contra barbarum hoſtem auxilium ferre dignarentur. Si exinde Suecis aliquod ius in Liuoniam competiiſſet, quare ergo ſuppetias non tulerint Liuonis, ſiue Ordini Theutonico, ſumma urgente neceſſitate? Praeterea ſi illi vigore litterarum Imperialium, aliquid iuris in Liuoniam acquiſiuerint: mirandum ſane eſt, quod in prioribus Tractatibus, nulla unquam mentio iſtius iuris facta eſt.

Quapropter firmum hoc manet, quicquid iuris eſt in Liuonia, nemini, quam Regi Poloniae competere: Suecis vero nullum, niſi quod vi et fraudulenter Polonis extorſère.

XXXIV

Acceptatio et reſpectiue Remonſtratio data Dno Legato Mediatori.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Legationi Suedicae gratum fuit, e ſexto ac ſeptimo puncto Reſponſi Legationis Polonicae ad traditum Memoriale cognoſcere, prouiſum fore tum Duci Croiano, et Comiti a Donau, de litteris ſalui paſſus, tum ut ſpatium illud trium milliarium, circa Oliuenſem Tractum, omni prorſus impedimento careat, nullique deuaſtationi ſubiaceat: ſperat eadem,

eadem, ut haec promiſſa indilate impleantur, et liberatio inſuper tribuni Richart in octauo Articulo comprehenſa effectui detur. Non poſſunt autem non grauiter dolere in caeteris, licet aequiſſimis pariter poſtulatis, ſibi haud ſatisfieri, ſed DD. Polonicos difficiles ſe iis annuendis praebere.

Nam quod in ſecundo Articulo Polonica Legatio ſcribit, ſe hoſpitia ruri ſumpſiſſe, ut eo ſe conferat, ubi aliqua neceſſitas id poſtulauerit: ſane id Legationis Polonicae reſeruatum Suedicae hactenus inauditum fuit, neque ulla iſtius mentio iniecta eſt, cum de Oliua pro loco Tractatuum tranſigeretur. Quin potius in ultima ſua declaratione, ſuper loco Tractatuum, ſcripto comprehenſa, et Elbingae d. $\frac{15}{6}$ Decembris anni proxime elapſi, DD. Suedicis allata, ſpondent DD. Legati Polonici, ex tunc verſus Oliuam ſe recepturos, ac Legationem Suedicam, repulſa ulteriori circa locum Tractatuum deliberatione, expectaturos eſſe. Igitur cum indignum ſit Legatione Suedica, extra urbem Tractatuum progreſſum et euentum ſolam praeſtolari, quae non difficilem ſe praebuit, ſed Aulae id Regiae Polonicae tribuit, ut Oliuenſis locus pro utraque paciſcentium parte conſtitueretur: requirit Legatio Suedica, ut conuentione in illa re ſtetur, eaque a Legatione Polonica executioni mandetur.

Tertio: Cum Polonia fidem ſtipulata ſit praeſidio Strasburgenſi, de ſecuritate in ſaluum ac tutum locum perueniendi: proinde eadem merito tenetur ad reſtitutionem et indemnitatem praeſtandam. Quodſi DD. Poloni culpa hic vacare, nec conſcii iſtius rei haberi velint, media illis non deſunt, datam fidem publicam ſaluandi.

Quarto: Quod Princeps Rakocy oppreſſus, et ad duriſſimas, nedum quidem impletas, conditiones adactus fuerit: illud eſt grauamen, quod Sereniſſ. Regem Sueciae mouit, ut pro amico ſibi ac Confoederato Principe ſolicitus eſſet, ut neceſſitatibus ipſius, in Tractatibus hiſce, conſuleretur. Quod nec mirum adeo DD. Polonicis videri poterit, cum et ipſi pro Daniae Rege inſtantiſſime hoc urgeant. Vi foederis autem nondum reſignati, S. R. M. Sueciae ad promouendos militiae Zaporouianae ſaluos conductus, et prouehenda eius negotia obli-

 gatur.

gatur. Et quamuis pars Cosacorum transegerit cum Polonia: dubium tamen est, quatenus illi iam pace gaudent, resque ipsa loquitur, maiorem eorum partem bellis aduersus Polonos etiam nunc gerendis esse occupatissimam.

Quinto: Ciuitates Borussiae etsi Procuratoribus, (quod in foro litigantibus fieri consueuit,) in pace tractanda opus non habeant: tamen, cum verendum sit, illas post conclusam, procul dubio ex causa deditionis, praesidii et aliarum rerum, quibus durante bello, partibus Suedicis implicitae fuerunt, minis, sinistris imputationibus ac periculis quoad Statum earum obnoxias fieri posse, nisi mature ac debite praecaueatur: earum utique condigna in hisce Tractatibus ratio, sine qua pax aliqua constitui nequit, a Legatione Suedica habenda erit. Idcirco cum assecurationibus in eam rem Suedicis Ciuitates illae potitae sint, non sperat Legatio Suedica litteras salui passus ac conductus pro iisdem a Polonia denegatum iri.

Ad mandatum

Illustrissimorum atque Excellentissimorum DD. Legatorum

subscripsit

Godofredus von Schröer,

Legationis Suedicae Secretarius. mpr.

XXXV. *Co-*

XXXV
Copie de la Lettre escritte par Mr. de Bierenclau, Ambaſſadeur pour le Roi de Suede, près le Roi Très-Chrétien, à M. le Comte de la Garde, de Toulouſe le 18 Decembr. 1659.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Monſieur,

Puiſque ie croy m'auoir aquitté par ma derniere de tout ce qu'il y auoit alors de nouueau, touchant les intereſts de Sa Mayeſté, et qu'il n'y eſtoit rien paſſé depuis, que meritaſſe à vous eſtre rapporté: ie ne fais qu'accompagner les concloſes par ce peu de mots. Ie vous diray ſeulement, que la nouuelle de la perte de Fuyenen a non ſeulement rien diminué de la chaleur auec la quelle on embraſſoit icy nos intereſts, mais ſemble y avoir encore adiouſté quelque choſe, de ſorte que ſi nos ennemis ſe doſinent un peu de patience, on leurs donnera aſſez d'affaire. On eſt icy tout reſolu et preſt à faire marcher les trouppes au commencement de Mars, et il y a pluſieurs Princes d'Allemagne qui ont fait cognoiſtre, qu'ils les attendent auec impatience pour ſ'y ioindre: meſme le Duc de Loraine brique auec beaucoup de paſſion l'honeur d'eſtre l'auentcoureur en ce rencontre pour l'amour de noſtre Roy et du Prince Palatin de Soulzbach qui a eſté dans ſon armée auparauant. Toutte la cour partira auiourdtuy, pour aller en Prouence, laquelle nous ſuiurons ſ' il y pleuſt à Dieu dans deux iours ou trois. Au reſte ie prie Dieu, Mr. que l'année qui va commencer vous ſoit heureuſe, en vous donnant tous les biens, que vous deſirez, et ſuis etc.

XXXVI. *De-*

XXXVI

Declaratio Polonicae Legationis, ſuper propoſitione, ab Excellentiſſ. Dn. Mediatore facta d. 23 Februarii, An. 1660.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Quidquid proponet Illuſtr. et Excell. D. Mediator, nomine Suecorum, tam pro parte Poloniae, quam DD. Confoederatorum, ſubſcribet, et viciſſim declarationes Legationis Polonicae, et eius Confoederatorum, ſcripto ſuſcipiet.

Ratione Ceſſionis et Iurium in Sueciam et bonorum.

Ex benignitate Regiae Maieſtatis, et ſtudio pacis, populis Regni ſui reſtituendae, illius ceſſio conceditur, reſeruato titulo et inſignibus, in vita utendis, praeuia ſatisfactione competenti et modo reſignandi, quae D. Legato Mediatori committuntur inuenienda.

Ratione Reſignationis Liuoniae.

Haec, cum tam ſint liquida iura Poloniae, abſolute negatur: illius reſtitutio a Suecis poſtulatur.

Ratione Reſtitutionis in Pomerania locorum occupatorum.

Ab hac non fore alienos DD. noſtros Confoederatos, ubi a parte aduerſa plena ſecuritas illis prouiſa fuerit, et in reliquis punctis ſatisfiet. Caeterum a Legatione Polonica acceptatur Declaratio Illuſtr. D. Legati Mediatoris, Suecos circa alias conditiones non fore difficiles, ubi in duobus principalibus fuerit illis ſatisfactum.

XXXVII. *De-*

XXXVII

Declaratio, nomine Legationis Suecicae, facta per Illustr. et Excell. Dn. Mediatorem, Strissiae d. 26 Februarii 1660.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Insistunt petitioni cessionis iuris, quod Sereniss. Rex Poloniae praetendit in Regnum Sueciae, et bona auita, pure et simpliciter sine ulla conditione, et ullo reseruato.

Insistunt etiam petitioni iuris, quod Respublica praetendit in totam Liuoniam.

Insistunt etiam restitutioni Pomeraniae.

In reliquis vero punctis, videlicet, quoad restitutionem Ducis Curlandiae, et euacuationem locorum Prussiae et Curlandiae, extraditionem documentorum litterariorum pro tunc existentium, nullam difficultatem fore insinuant DD. Commissarii Suetici, si in illis primis tribus punctis satisfiat Sueciae.

Securitas fide publica praestabitur a DD. Commissariis Sueticis.

Et cum Excell. DD. Plenipotentiarii ex parte Poloniae requisierint, quid DD. Suetici responderint, ad petitionem restitutionis eorum locorum, quae occupata sunt a Suecis in Dania: dixit D. Mediator, respondisse DD. Commissarios Sueticos, de ea re non esse hic quaestionem, cum agitetur in Tractatu, qui fuit in ipsa Dania inter Suecum et Danum; et in duobus locis, de eodem negotio non possit agi, praesertim ab illis, qui nullam potestatem habent.

De Lumbres.

XXXVIIII

Instructio

Venerabili Ludouico Fantonio, Abbati S. Mariae de Valle, nec non Custodi Varsauiensi, et Canonico Varmiensi, misso ad Aulam Christianiss. Regis, data ex Cancell. R. maiori, d. 12 Mart. 1660.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Ea, qua maxime poterit, utetur diligentia et celeritate in conficiendo itinere, cui destinatur in Galliam, ut suo illuc aduentu ultimos dies Martii anteuertat. Quam primum attigerit Galliam, nullibi commoratus, recta ad Aulam Christianissimam, ubi tunc constituta fuerit, sese conferet. Ad quam posteaquam peruenerit, serio munus sibi commissum aggredietur exequendum.

Copiam in primis nactus Cardinalis Mazarini, exponet, (credentialibus Regiis sibi fidem adstruentibus,) quam grata semper habuerint tum utraeque Maiestates Regiae, tum omnes Regni Poloniae Status, tot praestita Christianissimi Regis officia, pro restituenda pace Poloniae, sat inique a Suecis turbata. Nullis clarioribus certe opus erit indiciis, et ad probandum argumentis, quam ita se illis Poloniam non solum affectam, sed deuinctam insuper factam, ut hanc ipsam pacem, nullo Mediatore alio sibi voluerit conciliare, praeter Christianissimum Regem, ei causa sua concredita soli. Et licet Confoederatorum nonnulli omni conatu adnixi fuerint, totoque tempore id egerint, magno suorum conatuum impendio, ut ab hac Mediatione desisteret: Sacra R. Maiestas, semel conceptam spem per Christianissimi Regis mediationem consequendae pacis semper retineret, ac deponeret nunquam. Cum vero is ipse Tractatus praesens, authoritate Christianissimi Regis, continuisque persuasionibus et adhortationibus Partium, duobus abhinc mensibus initium sumpserit, eumque exitum praestoletur, quem testatissima Christianissimi Regis, erga amicum illud Regnum, beneuolentia semper exoptatum promittit: Suarum esse partium duxit S. R. M. per internuncium suum acta hactenus in hocce Tractatu repraesentare,

quo

quo Suae Serenitati liquere possit, nihil vel in se, vel ex parte suorum Confoederatorum, desiderari passam esse, quatenus aequis conditionibus Parti aduersae propositis, eandem ad aequam pacem flecteret, simulque paratam se ostenderet, nunquam a iustis et honestis conditionibus acceptandis esse alienam.

Proinde recensebit ordine a prima propositione sumpto, tam ex parte S. R. M. quam ex parte Confoederatorum suorum, ad ultimas usque declarationes aduersae Parti datas, quae separato eidem consignabuntur instrumento. Tum ulteriori insistendo enarrationi progressuum Tractatus huius, omni, quo poterit, modo contendet, ea curata Cardinali Mazarino repraesentare, nihil in Sua R. Maiest. Eiusque Foederatis hactenus fuisse morae aut resistentiae, ne coeptus Tractatus optatum assequeretur finem, sed cunctationem omnem a Parte aduersa stare, quae postulationibus aequis concedere nequaquam velit, studioseque in his haereat, quae quouis aequo iudice, si se pacis et tranquillitatis amicum probare vellet, admittere deberet. Ea propter si contrariis informationibus, de propensa in pacem voluntate S. R. M. Suorumque Confoederatorum, Aulae illi voluerit illudere Pars aduersa, in eo nullam ut fidem inueniat, vel si ex sinistris relationibus aliqua hactenus habita est fides, ut accepta hac genuina eorum, quae acta sunt, relatione cognoscat Cardinalis, qua sinceritate cum illa Aula agat Suecia, huicque in posterum cautius credat. Partem enim aduersam nihil minus, quam pacem cogitare certum est: quae semel conceptam spem in usurpatione dominii maris Baltici deponere nunquam, nisi vi coacta, et a tam vastis altisque cogitationibus deturbata, in animum inducet.

Haec autem ipsa Partis aduersae molimina quanto praeiudicio eorum essent dominiorum, quae inter se commercia habent, nulli melius notum esse S. R. M. existimat, quam Cardinali Mazarino, ut talia habeat, quo comprobet, scripta Suecica ratione commercii ad se totaliter trahendi, dabitur ex Cancellaria.

Quos tamen tam vastos cogitatus nunquam Rex Sueciae in mentem immisisset, nisi fultus praesidio, et subsidiis adiutus Christianissimi Regis. Videre siquidem licet, quos nunc spiritus gerat, undequaque constrictus: ut quam magna ex parte arma ipsi e manibus excussa sint,

 tot

tot iam exercitibus deletis, flecti tamen minime possit, ut euaginatum in profusionem Christiani sanguinis ferrum recondat tandem, aut in alios, Christiani scilicet nominis hostes, eundem conuertat. Ostendet, declarati semel propositi sui S. R. Maiestatem in paciscendo cum Suecia esse, foreque tenacissimam: pacem quoque Sueticam Moschouiticae praeferre semper voluisse. Id vero non alia ratione inductam, quam persuasionibus Christianissimi Regis, cum speraret, summam a Parte aduersa habendam rationem persuasionum et adhortationum ad pacem, cum S. R. M. sanciendam, Christianissimi Regis. Sed alio reinducere fiducia S. R. M. videtur, dum pars innixa promissis ex Gallia suppetiis, multo difficiliorem tumidioremque se reddat. Quae quidem suppetiae, licet a Christianissimo Rege eum in finem promissae sint, ut renitentes pacificationi partes tanto facilius ad eam inducerentur acceptandam, quam male tamen adhibita medicina hactenus usa sit Suecia, cum in pacis proposito fluctuare coeperit, ipsumque adeo Tractatum nouis difficultatibus praesumpserit intricare, luculenter apparet.

Explicabit sigillatim, quam duras Poloniae exhibuerint propositiones, ansasque nouorum et occasiones bellorum dederint, dum speciem protectionis, liberique ad se recursus illicia, hominibus praesertim diuersae religionis, et Ciuitatibus Pruthenicis, contendant. Quod quam indignum, quamque minime securum, eas reseruationes concedere Parti aduersae, facile quiuis diiudicare potest.

Quam iniqui sint S. R. Maiestati, cum vel ipso titulo insignibusque Regni Succiae, S. R. Maiestatem vita sua durante, uti nolint, demonstrabit. Hosce tamen animos nihil aeque tumidos facit et praefidentes, quam praedicta ex Gallia promissa auxilia: quorum spe semel destituti, mitius agere incipient, nec adeo graues, seu verius, insupportabiles esse pergent.

Quoad Liuoniae cessionem, prouinciae indubitati iuris Poloni, eam quoque desiderio pacis cedere declarauit S. R. M. nihilominus Partem aduersam in hac etiam acquisitione iuris, ad tam insignem prouinciam, sese ostendisse illiberalem, in aperto est, cum nulla aequa S. R. M. admiserit postulata, utpote de libertate Religionis Catholicae Romanae ibidem permittendae, restituendisque nonnullis Ecclesiis, usui eiusdem Religionis seruituris, ac de inductione exulum in bona, quae hucusque

hucuſque a parte aduerſa pertinaciſſimé negata, non ſolum inſatiabilem aliena retinendi cupiditatem aperte produnt, verum inſuper exiguam ad pacem propenſionem, dum in tam iuſtis aequiſque poſtulatis nimium moroſos ſe eſſe oſtendunt.

His omnibus Cardinali Mazarino deductis ac explicatis, omni ratione poſſibili perſuadere adnitetur, ne tam damnoſam praeiudicioſamque paci Septentrionali Suecorum ambitionem huiuſmodi promiſſis tumidam magis reddat Gallia, imo cognita cauſae noſtrae aequitate, palam declarare velit, ſe hoſtis loco habituram Sueciae Regem, niſi coepto deſiſtat, ſerioque ac ſincere paci cum Polonia, Eiuſque Foederatis incumbat, ne is ipſe Tractatus, autoritate potiſſimum Chriſtianiſſimi Regis coactus, ſcopo ſuo et meta fruſtretur. Nec Poloniam ab hac fiducia cadere ſinat conceptae de ſe eius firmiſſimae ſpei, nihil ſcilicet hactenus magis in votis Galliam habuiſſe, quam eandem Poloniam reddere pacificatam. Hoc enim ad diuerſa, quam forte mens et intentio Galliae foret, ſtudia eam ipſam abriperet Poloniam, dum conſeruationi ſuae ſtudendo, cum ſuis eo illi eſſet inclinandum propoſitis, quo Gallia minime vellet. Atque id magis explicate deducet, ubi neceſſum fuerit, praeſertim ſi erectum ad talia Cardinalis animum agnouerit, eaque cupidum cognoſcendi. Euoluet nimirum, eo neceſſitatis redactam Poloniam, tot bellorum ſimul incumbentium mole ac diſcrimine, ut cum alterutro hoſtium, Sueco nimirum vel Moſco, paciſci aduerſis etiam ſibi conditionibus habeat neceſſe. Praelegit tamen pacem Sueticam Moſchouiticae, licet in iſta, quam priore, plus ſe ſortiri poſſe utilitatis ſperaret. Eo enim rerum Sueticarum ſtatu (dum duo tantum loca in Boruſſia Sueci, idque aegre retinent,) exiſtente, plurimis rationibus Moſchouitica pax Sueticae praeferenda foret; niſi unico duntaxat obſtaculo iſta illi omnino videretur anteferenda, dum libera S. R. M. ſucceſſio in periculum vocatur, nihil cupidius expetente Moſcho, quam tali conditione paciſci. Quae uti ipſa non admodum aduerſa rebus Polonicis eſſet, vbi in unum duae iſtae Monarchiae coaleſcerent, niſi religionis et libertatis inde diſpendium metueretur, malletque Polonia hanc offam, delato ad quempiam alium ex Catholicis Principibus ſucceſſionis beneficio, alteri offerre, quam Moſcho, ut mori et genio Gentis huius inſeruiretur, quae vicinis Principibus, iiſque potentibus

concedere libertatem ſuam hactenus recuſauit. Proinde deſtinauit animo pacem Sueticam Moſchouiticae praeferre, ut, licet moleſtiori et diuturniori bello ſeſe implicitura ſit, eo tamen fructu, et (quod Deus faxit!) exitu, quatenus impendenti ex huiuſmodi ſucceſſione ſeruituti ſe etiam per vulnera et ſanguinem eximere poſſit. Iam vero ubi Sueciae Regem, poſt conceſſas tam aduerſas ſibi conditiones obdurato penitus animo, nec adeo ſincera propenſione ad ſanciendam ſecum pacem animaduertit, ea licet inuitam conſilia ſumpturam eſſe Poloniam edocebit, quae ſors exprimet fatalis. Qua neceſſitate rerum eximere S. R. Maieſtatem, in poteſtate ſolius Galliae eſſe, in confeſſo eſt, ſi modo tantillum fiduciae demat Sueco, qui ſpem alibi nullam maiorem, quam in Gallia reponat. Hanc vero, quam iniquum ſit ſuis praeſumptionibus velificari, aequus cenſor aeſtimet.

Studebit praeterea penetrare, quid hactenus ibidem egerit Legatus Sueticus Boerenclau, quibuſque artibus fuerit uſus, in reddenda adeo propitia intentionibus ſui Regis Chriſtianiſſima Aula; et ſi cognouerit, quo ſibi dictae Aulae fauorem conciliaret, ſiniſtra uſum informatione, ad rectam ſinceramque rerum, prout in ſe ſunt, apprehenſionem inducere eandem curabit; praeſertim in eo, ſi Sueticus impoſuerit Aulae, quod non per Regem Sueciae eueniat, pacem hanc retardari, ſed culpam in Poloniam et eius Confoederatos regeſſit.

Inquiret diligentiſſime in ſecretiores Aulae illius intentiones, circa bellum in Imperium transferendum. Cum enim certum ſit, Sueciam a nutu illius Aulae pendere, extra dubium eſt, pacis belliquе ſtudia ad arbitrium eius ſemper compoſituram, in hiſque ipſis Tractatibus morem Galliae geſturam. Quod ſcire in tempore S. R. Maieſtatem, maxime neceſſarium eſt. Quicquid igitur ſibi cognitum habuerit perſpectumque hac in re, perſcribet citra moram, informabitque S. R. Maieſtatem. Praeſuppoſito, Galliam uniuerſali paci fauere, nec de bello in Imperium transferendo cogitare, licet hoc tot minacibus litteris tam ad Francofurtenſes Miniſtros, quam ad Electorem Brandeburgicum, circumferat, (quorum omnium copias habiturus eſt ex Cancellaria,) contendet apud Cardinalem, quo poterit efficacius repraeſentare, ut autor ſit Sereniſſ. Rex Galliae, poſt concluſam cum Polonia et eius Foederatis

tis pacem, Regi Succiae foederis cum Polonia, contra Ducem Moſchouiticum ſanciendi, ſcilicet ad eum finem, ut ad eorum reſtitutionem communibus armis, quae utrique Regum Imperio auulſit, idem hoſtis adigatur, nec ultra.

Si interea ſaepe dicti Tractatus deſideratum obtinuerint finem, exponet nihilominus Cardinali, quodnam fuerit S. R. M. propoſitum, in ſeſe ad Aulam Chriſtianiſſimam mittendo, nimirum ut de optimis S. R. M. intentionibus, propenſioneque ad pacem, Aula Chriſtianiſſima edoceretur, utque eidem conſtaret, qua ſinceritate S. R. M. uſa ſit in hoc Tractatu pacis, nouoque officio, prout inſtructus erit, defungetur, praeſertim vero actionis gratiarum, pro tam luculentis Aulae illius officiis, in concilianda Poloniae pace praeſtitis, vel prout eidem D. Internuntio praeſcriptum fuerit, inſtructionis illius tenorem, quae ad hunc caſum eidem ſubminiſtrabitur, obſeruaturo.

Exponet Chriſtianiſſimo Regi, Reginaeque matri, et Cardinali Mazarino deſiderium, quo utraque S. R. M. Poloniae et Succiae tenetur, ut Neptis Suae Reginalis Maieſtatis Poloniae et Succiae e Galliis in Poloniam deducatur. Poſtulabit proinde, quatenus id iiſdem volentibus ac libentibus fieri poſſit, adiicietque, Maieſtates Regias prole deſtitutas aduentum ac praeſentiam ipſius penes ſeſe pro ſingulari ſolatio habituras. Legatum quoque mox et aliquam ex Matronis, ubi factam eſſe poteſtatem huiuſce rei Sacrae Maieſtates acceperint, deſtinandum a Polonia, referet, qui memoratam Sereniſſ. Reginae Neptem e decoro ac pro dignitate recepturus ſit, et Poloniae redditurus. Ipſemet vero ſimul atque a Chriſtianiſſimis Maieſtatibus et Cardinali Mazarino facultas iſtius poſtulati permiſſa fuerit, citra moram ad S. Regias Maieſtates ſuper hoc perſcribet, eaſque reddet certiores, quo praedicta Legatio in tempore maturari queat.

(L. S. M. R.)

Ad mandatum S. R. Maieſtatis proprium
Stephanus Hankiewic,
Secret. R. Maieſt. mp.

XXXIX. *Pro-*

XXXIX
Procuratorium Regium Danicum, de d. 1. Ianuarii, 1660.
Ex Regio Tabulario Hafnienſi.

Fridericus Tertius D. G. Daniae, Noruegiae etc. Rex etc. etc. omnibus et ſingulis praeſentes lecturis notum facimus: Cum ex litteris Sereniſſimi Regis Poloniae intelleximus, Tractatus generales Oliuae in Boruſſia eſſe inſtituendos, et idcirco e re noſtra eſſe duximus, aliquem cum poteſtate et authoritate plenaria conſtituere, qui ex parte noſtra et pro nobis in praedicto loco comparere et eiuſmodi Tractatibus generalibus intereſſe poſſit, huncque in finem, et vigore huius ordinamus et conſtituimus noſtrum fidelem et dilectum, Nobilem et Generoſum Chriſtophorum de Parsberg, Haereditarium in Iernid, Deputatum noſtrum extraordinarium, ita et hoc modo, ut in loco praedictorum Tractatuum generalium comparere, votum noſtrum ferre, ſeſſionem repraeſentare, propoſita vel proponenda audire, conſultata vel conſultanda expendere, et ſuper negocio praedictorum Tractatuum cum caeteris Statibus, Eorumque Ambaſſiatoribus, Deputatis et Plenipotentiariis conſultare, conſentire et finaliter concludere, omniaque et ſingula, praedictos Tractatus concernentia (quamuis talia eſſent, quae mandatum exigerent magis ſpeciale,) quomodo libet, perficere et exequi poſſit ac debeat, quae Nos faceremus, vel facere poſſemus, ſi praeſentes et perſonaliter intereſſemus: promittentes bona fide et in verbo Regio, omnia quaecunque praedictis modis, noſtro nomine, ille approbauerit, promiſerit et concludendo confirmauerit, rata, grata, firma et irreuocabilia Nos habituros: in cuius euidentiam et teſtimonium Secretum Noſtrum Regale appenſum eſt. Datum Hafniae, in arce Noſtra Regia, die primo Ianuarii Anno MDCLX.

(L. S.)

Friderich.

XXXX. *Man-*

XXXX

Mandatum Regis Daniae, Legato ipsius ad Tractatus Oliuenses dat. d. 20 Ianuarii 1660.

Ex Regio Tabulario Hafniensi.

Friderich den Tredie med Guds Naade, Danmarcks, Norgis, Wendes og Gothis Konning etc. etc. Vor synderlig Gunst tilforn. Wi tilskicke dig herhos, efter din underdanigste Anmodning, fuldmagt at overlevere paa de Tractater, som i Prydsen imellem Hans Kierlighed Kongen af Pohlen, og Hans Allierede, paa den eene Side, og Kongen af Sverrig paa den anden Side holdis skal; hvorfore du paa det flittigste dig haver at bemöde, at bringe det til General Tractater og Salvos Conductus for dig at forskaffe, hvorudi Vi ingenlunde tvifler, de Keyserl. og Brandenborgiske der vaerende Gesändter dig flittig secunderer, hvilke, dersom du fiunes, at de af nogen lader sig overtale, og til andet at inclinere, haver du dennem at erindre, om de Forbindelser Os og Deres Principaler immellem er. Animere dennem, de ville bruge den samme Resolution, som de Brandenborgiske Gesandter ved den Thornske Congress testeret sig mod Os Elskelig Iens Iuel, da Vores Depute Extraordinaire hos Hans Kierl. Kongen af Pohlen, nemlig, dersom de Pollacker den Tid uden Os vilde have tracteret, de aldrig sligt noget ville samtykke, men reise derfra og protestere derimod. Hvilket og de Keyserlige til Warschau, efter at de fick at vide Alliancen med Os og Keiseren at vaere sluttet, haver sagt, sig paa at vaere beordret, aldrig uden os at kunde komme til Tractater. Men dersom Pollackerne alleene skulle ville dette Verck praecipitere, da haver du dennem foruden andre Argumenter som Tiden daglig med förer, og Vi udi din egen dexteritaet remitterer, at remonstrere, först den store Usickerhed, som de sig selv derved i saetter, naar de engang sig saaledes fra de Venner separerer, som dem icke en anden Gang torde assistere. Siden, at vi ingenlunde kunde troe, at de Os nu forlade ville, som naest Gud haver vaeret dennem en maegtig Hielp; saaog foraarsaget,

get,

get, at baade een og anden, ſom tilforn vare deres aabenbare Uvenner, ikke alleene er bleven Deres Venner, men Allierede; At Vi endnu Vores Reſidence-Stad, Amager, Egen Perſohn nu paa andet Aar er belagt, Oſs ikke til nogen particulier-Fred lader bevege, eller til at forlade Vores Venner. Det er nogſom udi Oierne ſiunlig, at Gud den urettferdige Krig, Oſs og Pohlen er paafórt, icke lader uſtraffet, baade ved den Fyenſke Victoria, ſom vell halvdeelen af Fiendens Armée haſver Borttaget, ſaaog hauptſchantzens Recuperation. Hollaenderne, ſom Oſs vel er bekiendt, at de maegtig befriet ere i Pohlen, ſeer vel og Svenſkens Ubillighed derhos, i det Hand ikke eengang efter den Fyenſke Victorie, hvis da den i Haag projecteret, acceptere vill, og derfore nogſom ere animerede, at bringe hannem til Raiſon med Waaben, og gierne til en general Fred ſkall cooperere, om ellers baade Pohlen og Vi det med for ſtor Haſt ikke ville forkaſte. Hvor liden Hollånderne Freden for Polakkerne holder aſſeure, uden Vi billigen medi Tractaterne comprehenderis, er nog der af at ſlutte, at deres der vaerende Depute, Herr Honart, Ordre haver at guarantere paa hans Principalers Vegne, derſom endten Vi Freden for Pohlen ſlutter, eller og telligemed, og ikke ellers.

Derſom de dig om Conditionerne ſondere, haver du dig at vare, at du dig ikke i noget udlader, at det ſiden kunde drage Conſequence: Og beſtaaer Palakkerne derpaa, at de ikke uden Vores Incluſion tractere vilde, haver du at ſollicitere, at includeres ſom en Contrahent, efterſom den anden Stridighed og blotte Incluſion meere i Ord end Realiteter beſtaaer. Hvorledes og paa hvad Condition Vi ere ſindede, Freden at indgaae, ville Vi videre naadigſt, naar Vi om din Admiſſion bliver adviſeret, Oſs erklåre.

Ellers haver du Oſs flittelig, uden at tabe nogen Leilighed, endten til Lands eller Vands, at lade Vide, hvor vidt in materia pacis avanceret bliſver. Dermed ſkeer Vores Villie. Dig Gud beſalet. Giſvet paa Vort Slott Kióbenhaſſn, den 20de Ianuarii, Anno 1660.

Under Vort Signet.

(L. S.) Friderich.

Verſio

Versio Latina,
Ludouico Erici Fil. Pontoppidano,
Hafniensi, interprete.

Fridericus Tertius Dei Gratia Daniae, Noruegiae, Vandalorum Go-
„thorumque Rex etc. etc. Nostram tibi Regiam gratiam, ut antea.
„Petitioni tuae humillimae satisfacturi, mittimus ad te inclusas litteras,
„quibus tibi plenam agendi potestatem in Tractatibus, qui in Prussia inter
„Regiam Maiestatem Poloniae cum Suis Foederatis ab una, atque Re-
„gem Sueciae ab altera parte instituentur, conferimus. Id igitur sedulo
„agito, ut generales ineantur Tractatus, tibique Salui Conductus con-
„cedantur. Qua quidem in re nulli dubitamus, quin a Caesareis atque
„Brandeburgicis, (Commissariis) qui ibi adsunt, diligenter adiuueris.
„Si qui aliter animati, atque a consiliis tuis alieni videantur, eos de
„amicitia inter Nos, eorumque Dominos, moneto. Iisdem exemplum
„ostendito Legatorum Brandeburgensium, qui, in congressu Tho-
„runiensi, dilecto Nobis Iano Iulio, Nostro ad Regiam Maiestatem Po-
„loniae tum Deputato Extraordinario, testati sunt, se, si Poloni absque
„Nobis agere de pace vellent, numquam consensuros, sed potius inter-
„cessuros, atque inde abituros. Quemadmodum Varsouiae etiam Le-
„gati Caesarei, quum inter Nos et Imperatorem foedus esse contractum
„resciuissent, sine Nobis ad Tractatus se accessuros negabant. Quodsi
„Poloni pacis hoc opus praecipitare velint, praeter rationes, quas tem-
„pus aut prudentia et sagacitas tua suggerat, iis commonstrato, quan-
„tum periclitentur, ne, quos semel deseruerint, sociorum auxilio dein-
„ceps careant. Porro dicito, Nos quidem nullo modo persuadere No-
„bis posse, quod destituamur ab iis, quibus, secundum Deum, opem
„tulimus praesentissimam, effecimusque, ut nonnullos, quos antea ma-
„nifestos experti sunt hostes, ipsis sint non amicitia solum, sed et foe-
„dere iuncti. Denique Nos, quamuis Regia Vrbs Nostra, Amagria,
„atque ipsi iam in alterum annum cincti ab hoste simus, particularem
„tamen inire pacem, atque amicos deserere haudquaquam sustinuisse.
„Satis ex victoria Fionica, qua dimidia pars exercitus hostilis absumta
„est, elucescere, atque item ex recuperato praecipuo propugnaculo,

„dare iam Succos iniuſti, quod Nobis et Polonis intulere, belli graues „poenas. Batauos, quos probe nouimus multis immunitatibus in Polo„nia inſtructos, perſpecta Succorum iniquitate, dum propoſitas Hagae „Comitum conditiones, etiam poſt Fionicam victoriam, repudiant, „ad coercendam eorum ſuperbiam, et pacem generalem conciliandam „promtos ſe paratoſque praeſtituros, niſi Poloni atque Nos huic rei „obſuerimus, nimia feſtinatione.

„Quam parum intemeratam Bataui pacem Polonicam ſeruare ve„lint, Nobis ad Tractatus non admiſſis, inde intelligi poteſt, quod „Deputatum ipſorum, Dominum Honartum, guarantiam pacis tum „demum iuſſerint promittere, ſi Nos aut ante, aut ſimul cum Polonis, „concluſerimus.

„Quodſi conditiones ex te expiſcari velint, caueto, ne quid iis „ſuboleat, quod poſtea incommodi quidquam pariat. Sin vero Poloni, „non niſi Nobis incluſis, pacem ſancire velint, efficiendum tibi eſt, ut „tamquam pars contrahens comprehendamur: alia enim, atque nuda „incluſio lites parit, pluſque habet ſpeciei, quam verae utilitatis. De „modo atque conditionibus, quibus pacem facere conſilium eſt, No„ſtram tibi mentem, quam primum de tua admiſſione certum conſtet, „clementer aperiemus. Ceterum quacumque occaſione, quouſque „proceſſerit pacis negotium, certiores nos facito. Ita ſit Regia volun„tas Noſtra. Nos te Deo commendamus.

„Datum in arce Noſtra Hafniae, die 10 Ianuarii, 1660. „

Sub Sigillo Noſtro.

(L. S.)

Fridericus.

XXXXI. *De-*

XXXXI

Declaratio Colligatorum, ſuper Pomerania.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Circa punctum Pomeraniae, Legatio Caeſarea ſe declarat, poſtquam propoſitiones, tam Caeſareae, quam Polonicae ac Electorales complanatae fuerint, in hoc puncto pacem non haeſuram.

Actum Gedani, 1. Martii An. 1660.

Ad mandatum Illuſtr. et Excellentiſſimorum

DD. Legatorum Caeſareanorum

ſubſcripſi

Elias Ignatius Schürer de Walthaib,

Leg. Caeſ. Prothocolliſta. mp.

In puncto, quoad reſtitutionem locorum, hoc bello in Pomerania occupatorum, nulla erit difficultas, complanatis capitibus propoſitionum pacis.

Ad Illuſtr. atque Excell. DD. Electoralium Brand.

Legatorum Plenipotent. mandatum

ſubſcripſit

Chriſtianus Hempell,

Legationis Elect. Brandeb. Secretarius. mp.

XXXXII
Interesse Familiae Burggr. a Donau, in Tractatibus Thorunienfibus proponendum.
Ex Codice MS. Zalufciano.

Abrahamus et Henricus Burggrauii a Donau, cum in bello Liuonico contra Suecos mortem pro Republ. oppetiissent, fratri suo, nostro auo, loca Nemusle et Rodenpeis, successionis iure reliquerunt, quorum ultimus, utpote munitus, aere, tormentis, belli munitionibus, frumento aliisque prouisionibus instructus fuit, eo ipso tempore, quo Generalis Chothievvicius, iuxta cum exercitu Polonico, magna rerum omnium penuria laborabat. Haud dubitauit Auus noster ipsi arcem Rodenpeis, pecuniam et caeteras res, quae in illa reperiebantur, in manus tradere, quod exercitui ad animum et vires resumendas, victoriam denique obtinendam profuit. Generalis Chodhievvicius in recognitionem huius rei extradidit litteras patentes pergamenae inscriptas, quibus omnium supra dictorum fidem confirmat, obligando sese Poloniae ad satisfactionem inde praestandam; quae litterae, cum opus visum fuerit, produci poterunt. Posthaec Polonici Commissarii nobis tradiderunt terras Alis et Honigshoff: vigore Tractatus An. MDCXXXVI. Suecis cesserunt, et Polonia per diuersa decreta, in Comitiis facta, obligata mansit ad aequiualentem satisfactionem Liuonum, ultra flumen habitantium, bonis suis exutorum, et per consequens etiam familiae Donauicae.

Cum autem ista satisfactio, quod ad Burggrauios Donauios attinet, hactenus consecuta non sit, iure utique nostro agere videbimur, si captata instantium Tractatuum opportunitate, desideria hactenus nostra, ut scilicet ratione damnorum illorum, tam in superiori sub diuae memoriae Rege Vladislao IV. gesto, quam praesenti bello illatorum, iusta et realis nobis satisfactio fiat, proponamus.

XXXXIII. *Re-*

XXXXIII

Responsum Legationis Polonicae, datum Domino Legato Mediatori, ad declarationem nomine Legat. Suecicae exhibitam d. 26. Febr. 1660.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Ad Primum: Ea Sereniſſ. Regis, Dni Noſtri Clementiſſimi, innata benignitas, ut amore populorum ſtudioque pacis, auita in haereditarium Regnum iura poſtponere haud grauetur. Cedere itaque iuribus in Sueciam parata S. R. Maieſtas, reſeruatis titulis et inſignibus Regiis ad vitam.

Ad Secundum: Datur parſimoniae Chriſtiani ſanguinis, quod tranſportatio perpetui iuris, in Liuoniam, concedatur in Regnum Sueciae, iis finibus terminatam, ut ante hoc bellum Sueci poſſederant, idque mediantibus nonnullis conditionibus, ſuo loco ac tempore declarandis.

Ad Tertium: De euacuatione Pomeraniae, declarationes Colligatorum hic recenſentur:

Ex parte Legationis Caeſareae.

Circa punctum Pomeraniae Legatio Caeſarea ſe declarat, poſtquam propoſitiones tam Caeſareae, quam Polonicae ac Electorales complanatae fuerint, in hoc puncto pacem non haeſuram.

Ex parte Legationis Electoralis.

In puncto, quoad reſtitutionem locorum hoc bello in Pomerania occupatorum, nulla erit difficultas, complanatis capitibus propoſitionum pacis.

Non dubitat itaque Legatio Polonica, in praemiſſis tribus punctis ſatisfactum Legationi Sueticae, et eandem viciſſim haud grauatim in reliquis punctis Legationi Polonicae ſatisfacturam, petitque declarationem,

tionem, non insinuationem supra restitutione Ducis Curlandiae et euacuatione locorum Prussiae et Curlandiae, et extraditione documentorum literariorum.

Securitas fidei publicae, quibus rationibus fulciri firmarique debeat, speciali puncto exprimetur, quo cautum erit tam Regno Poloinae, quam Colligatis bellique Sociis.

Datum Strissiae, d. 3. Martii, 1660.

Ad mandatum
Illustriss. et Excellentissimorum DD. Legat. Polonicorum

Ioannes Zelecki,
Cap. Bydgoscens. Secret. Legationis. mp.

XXXXIV
Memoriale Ablegati Danici,
d. d. 6. Martii An. 1660.

Ex Regio Tabulario Hafniensi.

Sacra Regia Maiestas!

Voluntati Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae obtemperaturus; quaecunque Sereniss. Regis ac Domini mei Clementissimi nomine, proxime elapso ad S. R. Vestram concesso aditu, proposui, perbreui hocce Memoriali comprehensa repetere, et humillime offerre, aequum duxi. Quoties Sacrae Regiae Maiestati Vestrae placuerit, super praesentes Tractatus inter Regiam Maiestatem Vestram et Regnum Sueciae in feruido existentes cursu, clementer mecum sermonem instituere, toties Regiam Maiestatem Vestram in uniuersalem pacem, Reg. Maiestati Vestrae omnibusque eidem addictis, quasi tutissimam et optimam, maxime inclinare intellexi: idem quoque Reg. Maiestas Vestra, inclytaque

que Respublica Poloniae, variis super hac re Commissariis Suedicis porrectis declarationibus, ulterius demonstrauit. Ipsemet praeterea Regiam Maiest. Vestram aliquoties desiderasse audiui, ut Sereniss. Rex Daniae, Dnus meus Clementissimus, per Ministrum suum, mandatis et instructione, cum reliquis Foederatis tractandi, et in pacem uniuersalem et stabilem obtinendam simul collaborandi, munitum, hisce Tractatibus adesse vellet. Eiusmodi S. R. Maiestatis Vestrae studium in pacem uniuersalem, et pium desiderium, Sereniss. Regi ac Domino meo Clementissimo, debito modo notum faciens, declarationem insuper Commissariorum Suedicorum, (eosdem nempe communitos, tam saluo conductu Suedico pro Danicis Commissariis ad hosce Tractatus, quam procuratorio cum iisdem pacem tractandi ac concludendi, modo Minister, vel Ministri Danici sui notitiam fecerint, et mandata Sereniss. Regis Daniae ad tractandum et concludendum produxerint,) transmisi. Quocirca Serenissimus Rex Daniae, Dominus meus Clementissimus, quo suum in pacem uniuersalem studium propensamque voluntatem amplius testaretur, praetermittere noluit, quin de hac sua approbatione et acceptatione dictae pacis uniuersalis, Sacram R. M. Vestram per me participem redderet, certo sibi persuadens, R. Maiest. Vestram Tractatus hosce in effectum non daturam, antequam Sereniss. Regis Daniae Minister, eum in finem mandatis et instructionibus Regiis, ut una cum reliquis tractare possit, munitus, ad eosdem admittatur.

Summa haec est propositionis meae, Sereniss. Regiae Maiestati Vestrae pridie oretenus factae: nullus dubito, quin eidem eodem modo respondeatur, ut Orbi Christiano S. Regiae Maiestatis Vestrae studium, pacem uniuersalem promouendi, auersio vero particularem quandam ineundi, clarius innotescat: intentionemque Regiae Maiest. Vestrae super hoc dum praestolor, ut Maiestas Vestra ea, quam adeo anxie sectata, pace permultos in posterum annos felicissime frui queat, animitus, et ea, qua decet, subiectione voueo et apprecor.

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae

Gedani, d. 6. Martii st. nov. 1660

humillimus et deuotissimus seruus
Chr. Parsberg.

XXXXV

Declaratio Dno Iulio, Ablegato Danico, data Varsauiae, mense Iunio 1659.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Ad postulationem Sereniss. Daniae et Noruegiae Regis Ablegati, qua a multo tempore, nomine sui Principis, solicitauit declarationem S. R. Maiestatis, ne videlicet ad futuros Tractatus cum Suecis descendere velit S. R. Maiestas Poloniae, absque inclusione Sereniss. Sui Principalis, ita respondetur:

Quandoquidem tum temporis, cum ageretur cum Christianissimi Regis, tanquam Mediatoris Principis, Legato et Oratore, de saluis conductibus procurandis ultro citroque, pro partibus Poloniae et Sueciae et eorum Confoederatis, ad pacis Tractatus, pro Plenipotentiariis necessariis ea nimirum de causa, nulla fuerit iniecta mentio Sereniss. Daniae Regis, quod tum temporis Sua Maiestas pacem, cum Rege Suetiae, Roschildensi Tractatu iniuit, cumque iam res eo usque adoleuit, ut propediem partes, et earum Confoederati, congressum sint instituturi, neque e re videatur commodorum publicorum, hoc negotium differri aut tardari per nouas Suecis propositiones: Sua Serenitas Poloniae ita sentit, citra laesionem amicitiae, correspondentiae et bonae vicinitatis, Tractatus eos, non expectatis his saluis conductibus pro Plenipotentiariis Serenissimi Regis Daniae, posse inchoari. Quemadmodum autem Sua Maiestas Poloniae praestitit se socium belli hactenus Serenissimo Regi Daniae, et munus tanquam Foederati Principis impleuit, ita porro intuitu boni affectus et praestitorum a Sereniss. Rege Daniae bonorum officiorum, causam Serenissimi Regis Daniae, in futuris Tractatibus deserere non vult. Si itaque Sereniss. Rex Daniae constans permanserit in repudianda pace cum Sueco particulari, atque Praepotentes Ordines Foederati Belgii, in belli socios et Foederatos, per specialia sibi pacta obstrinxerit, ne illi quoque vel belli, vel pacis rationes separatas habeant, sed vel bellum commune, vel pacem generalem, Poloniae, Sueciae, et suam promoueant: tunc Sua Maiestas Poloniae

loniae datura est mandata Plenipotentiariis suis ad Tractatus praedictos destinatis, ut inter primas et praecipuas conditiones ponant negotium Danicum, ut eidem paci includatur Sereniss. Rex Daniae, secundum omnes aequas et possibiles conditiones, quod negotium omni meliori modo et possibili ratione Legati Polonici promouere, et ad effectum adducere adnitentur. Eam nihilominus spem concipit S. R. M. Poloniae de Sereniss. Daniae et Noruegiae Regis aequanimitate, non nisi aequis et iustis conditionibus, ad pacis media amplectenda, cum Corona Suetica condescensurum, nec difficultaturum suis praetensionibus plus iusto extensis, eundem Poloniae et Foederatorum Tractatum, tantoque operosius pacificationi Suae Maiestatis adhaesuram se recipit S. R. M. Poloniae, quanto maiorem eiusdem praenominatae Maiestatis constantiam in reiiciendo Tractatu particulari, (prout hactenus fecit,) cum Suecis agnoscet. Proinde, ubi cum Sueticis Commissariis de loco et tempore Tractatibus futuris inchoandis, per Mediatorem fuerit conclusum, significare non intermittet S. R. M. Poloniae, inuitareque eandem Maiestatem Regiam Daniae, ut per suum vel suos Ministros futuro Tractatui adesse velit, ut in praesentia eorundem res et negotia Suae Maiestatis, a Commissariis suis, quoad Tractatus generales instituendos, promoueantur.

XXXXVI

Propositio Domini Iulii, Ablegati Danici, porrecta S. R. Maiestati, Varsauiae m. Iunio 1659.

Ex alio Codice MS. Zalusciano.

Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Dni Friderici Tertii, Regis Daniae etc. Domini mei clementissimi Deputatus extraordinarius in aula S. R. Maiestatis Poloniae, Ego infra scriptus Ioannes Iuell, Dominus in Hundsbech, notum testatumque facio, quod cum ab Excellentissimis DD. N. N. ad conferentiam mecum specialiter Deputatis, in medium allatum sit, pacis negocium mire propter saluos conductus dif-

 ferri,

ferri, utque S. R. Maiestas Danica non obstaret, quin ad congressum veniretur, cuperent, pro securitate S. R. Maiestatis Danicae hoc proponentes medium, obligare se, postquam ad congressum ventum sit, duplicem propositionem Sueciae Regi facere velle: 1) Admissionem Ministrorum Danicorum: 2) Prussiae gratis restitutionem: sine quorum acceptatione Tractatum abrumperent. Rationibus igitur utrinque collatis, ne negotium pacis tam salutare ullum inueniret obstaculum, in sequentem conuenimus modum:

1.) S. R. Maiestas Danica tanquam de iure suo cedit, ut propter pacta Dano-Polonica non impediantur Excellentiss. DD. Polon. Commissarii ad congressum venire: vice versa vero S. R. Maiestas Poloniae spondet ac promittit, Commissarios suos nullas pacis propositiones a Commissariis Suedicis directe vel indirecte accepturos, aut illis facturos, multo minus de aliquo puncto tractaturos, aut quidquam conclusuros, antequam S. R. Maiestas Poloniae, aut eius Commissarii obtinuerint admissionem Ministrorum Danicorum, quocunque demum titulo aut nomine eos S. R. Maiestati Danicae mittere placuerit, ut et reliqua pro ipsis Ministris Danicis ad Tractatum necessaria, scilicet saluos conductus pro personis, suppellectili, veredariis etc. vt et categoricam Suecorum resolutionem, velle cum illis eodem modo tractare, quo cum reliquis Poloniae Confoederatis, et Plenipotentiam Sueciae Regis, quo capaces Commissarii eius efficiantur, cum Danicis tractare.

2.) Admissio vero non ad locum, sed ad actum intelligi debet, id est, ut possint pari passu Ministri Danici negotia S. R. Maiestatis Danicae, et pacem Daniae Regnum concernentem promouere, quam Caesareae Maiestatis, Regiae Maiestatis Poloniae et Serenitatis suae Electoralis Legati, res, pacem et securitatem suorum Principalium simul et semel pacem tractare, eodemque instrumento comprehendi, nec quidquam sine eorum consensu tractabitur aut concludetur.

3.) Haec concessio nihil praeiudicii foederibus Dano-Polonicis adfert, (cum saltim temporis tractandi gratia, et saltim pro hac vice sola intelligatur.) quae nihilominus in pleno permanebunt vigore.

4.) Obligatio haec erit mutua, eodemque modo S. R. Maiestas Danica ad missionem Commissariorum aut Plenipotentiariorum Polonicorum, si in Dania Tractatus incipientur, procurare tenebitur.

5.) Haec

5.) Haec transactio quantocius Sueciae Regi indicanda, ne in loco congressus longo tempore otiosi sedeamus.

6.) Tractatus ratificabitur a S. R. Maiestate Danica, ante effluuium VIII hebdomadarum, manibusque Illustr. Dni Morstenii tradetur: a Sacra autem Regia Maiestate Poloniae Regnique Senatoribus statim, mihique S. R. Maiestati Danicae permittenda dabitur.

In quorum fidem bina confici curauimus exemplaria, mutuo commutanda, ac subscriptione et appensione Sigillorum Nostrorum muniuimus.

Vltimo indicandum mihi duxi, si hi articuli S. R. Maiestati Poloniae non placuerint, eosque his Comitiis non ratihabuerit, nolle ullum praeiudicium S. R. Maiestati Danicae adferre, nec praedictam Suam Maiestatem iis teneri, multo minus ad implendum, quae a parte Sua promittuntur, esse obligatam, sed protestari, non posse ad congressum cum Suecis veniri, aut extraditionem saluorum conductuum a Suecis pro Commissariis Danicis secus si agatur, fieri contra pacta conuenta promissa, et eius, (id,) quod causa communis requirit.

XXXXVII

Memoriale Legationis Suecicae, super pecunia, pro deductione militum, soluenda, exhibitum d. 16. Martii, 1660.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Optaret Legatio Suedica, eo in loco constitutas esse res hoc tempore, ubi tot inimicorum undique assultibus obnoxia S. R. M. et Regnum Sueciae, ultimas vires suas ad defensionem sui conuertere necessum habet, ut pacificatio cum Polonia ad optatum finem, sine requisitione aliquorum sumptuum pro deductione militis perduci possit. Sed ut nemini mirum erit, rebus sic constitutis pro praesenti premi Sueciam hac necessitate: ita sperat, DD. Commissarios Polonicos pro

prudentia sua iudicaturos hoc de negotio, et id daturos impossibilitati, quae sese facile, omnium iudicio, alias opponit euacuationi locorum et deductioni praesidiorum, ut et mutuae ad omnem euentum in posterum securitati et commodis, ut nunc moderatam (quemadmodum desideratum est,) pecuniae summam adstipulentur, et in hunc finem soluant, cum et de modo solutionis facillime possit conueniri.

XXXXVIIII

Formula Pacis a legatis Polonis exhibita.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Sit Pax perpetua uniuersalis, vera sinceraque amicitia inter Sereniss. et Potentiss. Principem Dominum Dom. Ioannem Casimirum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. Eiusque Maiestatis Successores ac Posteros, Reges Poloniae et Magnos Duces Lithuaniae, Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, Eisque subiectas ditiones ac Prouincias; ac Eiusdem Maiestatis et Reipubl. Poloniae Confoederatos et Belli Socios: inprimis, Sereniss. et Potentissimum Principem Dom. Dominum Leopoldum, Electum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, Germaniae, Vngariae, Bohemiae, Dalmatiae, Sclauoniae Regem, Archiducem Austriae etc. etc. etc. Eiusque Haeredes ac Successores, Regna ac Prouincias, ei subiectas; et Serenissimum Principem Dom. Dominum Fridericum Wilhelmum, Marchionem Brandeburgicum, Sacri Rom. Imp. Principem Electorem et Archicamerarium, Magdeburgi, Prussiae Ducem etc. etc. Eiusque Haeredes ac Successores, Prouincias ac Ditiones in vel extra Imperium sitas, ex una: Atque Sereniss. Principem Dom. Dom. Carolum Gustauum, Suecorum, Gottorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. Eiusque Maiestatis Successores ac Posteros, Regnumque Sueciae, et subiectas Ditiones ac Prouincias, ex altera parte: ita ut alter alteri posthac nihil hostilitatis, aut inimicitiae, clam

clam aut palam, directe vel indirecte inferat, vel per ſuos inferri faciat, aut patiatur, nec alterius hoſtibus quocunque praetextu auxilia praeſtet, nec cum alterius hoſtibus in praeiudicium alterius partis poſthac foedera ineat, vel quicquam in alterius Status et ſecuritatis diminutionem per ſe, vel per alios, moliatur, tentet, tentarique faciat: Sed omnes partes unaquaeque alterius utilitatem, honorem ac commodum promoueant, et fidam inuicem vicinitatem, pacem et amicitiam colant; ſalua tamen ac integra et in pleno vigore maneant pacta ac foedera, quae tam antiquitus, quam ab ultimo hoc bello, inter Sacram Caeſaream Regiamque Hungariae et Bohemiae Maieſtatem, ac Suam Regiam Maieſtatem Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, inita fuerunt, et in Comitiis Varſauienſibus approbata; nec non foedus perpetuum inter Sereniſſ. Regem Regnumque Poloniae et M. Ducatum Lithuaniae, ac Sereniſſ. Electorem Brand. Velauiae et Bydgoſciae concluſum, ſancitum, atque deinceps publica lege roboratum, illaque in omnibus ſuis punctis et clauſulis integre ſubſiſtant.

II

Sit utrinque perpetua obliuio et amniſtia eorum omnium, quae quocunque loco modoque, a quacunque paciſcentium parte hactenus hoſtiliter facta ſunt, ita ut nec eorum, nec ullius alterius cauſa vel praetextu, ulla pars alteri poſthac quicquam hoſtilitatis aut inimicitiae, ſpecie iuris, aut via facti inferat, aut per ſuos inferri faciat, aut patiatur.

Datur quoque amniſtia generalis omnibus et ſingulis cuiuſcunque ſtatus, conditionis et religionis ſint, ut et omnibus communitatibus, quae ab utrinque partes hoſtiles ſecurae ſunt, aut in hoſtilem poſſeſſionem deuenerant; gaudebuntque ac fruentur uniuerſi ac ſinguli poſſeſſionibus, iuribus, priuilegiis ac conſuetudinibus ſuis generalibus et ſpecialibus, tam in eccleſiaſticis, quam ciuilibus et profanis, quibus ante hoc bellum gauiſi ſunt, nec ulla actio ratione adhaeſionis hoſti, vel communitatibus, vel priuatis intentabitur, neminique liceat ob protectionem hoſtilem ſuſceptam, alicui negocium faceſſere, aut eam exprobrare. Iura, priuilegia, libertates, immunitateſque omnium et ſingulorum, qui partes hoſtiles ſecuti ſunt, adeoque communitatum et ciuitatum,

tatum, quibus ante hoc bellum potiti sunt, ab utrinque redintegrabuntur, et redintegrantur; saluo tamen per omnia foedere perpetuo inter Sereniss. Regem Remque publicam Poloniae, et Sereniss. Electorem Brandeburgicum, Velauiae et Bydgosciae concluso, et in Comitiis generalibus confirmato. Iura caduca ex occasione protectionis et adhaesionis hostilis cuicunque collata, neque hactenus in executionem per decreta deducta, siue post nobiles, siue post plebeios data fuerint, cassantur et abrogantur, omnesque actiones et processus contra tales eo nomine instituti, et nondum finiti sistuntur et abrogantur, saluis decretis, si quae ea de causa in Polonia et M. Ducatu Lithuaniae in quocunque subsellio, praesertim vero Comitiali, in quemcunque lata et promulgata et in executionem deducta sunt, saluis quoque constitutionibus Regni et M. D. Lithuaniae.

III

Sereniss. Rex Regnumque Sueciae restituet Sereniss. Regi Reique publicae Polonae Elbingam et Marienburgum, Vrbes in Prussia, quas hactenus tenuit, idque in eo statu, ut iam circa subscriptionem instrumenti reperiantur; restituit quoque minora circa urbes fortalitia et munimenta, atque omnia, quae in potestate sua hactenus tenuit, et in his locis bona fide relinquuntur omnia mobilia, ecclesiarum vasa, vestes sacrae, campanae, reliquaue usus sacri, tum et libri Cancellariae, priuilegia et acta publica; tormenta item bellica et armamentaria, quae tempore occupationis reperta fuerunt. Itemque deposita, quae ex Regno Poloniae, ex utraque Prussia ibidem collocata, vel eo aliunde deportata fuere: Soluanturque a Suecis debita in his urbibus per eosdem Succos contracta, priuato vel publico nomine.

IV

Quicquid in Polonia et M. Ducatu Lithuaniae prouinciisque annexis, per bellum hoc Sereniss. Sueciae Regi Regnoque, eorumque Ducibus vel a priuatis, vel a communitatibus, districtibus, prouinciis et exercitibus, vel ultro, vel per necessitatem belli datum est, quocunque titulo, diplomatum, obligationum et litterarum, instrumentorum, actorum publicorum, ea omnia, bona fide, authographa Sereniss. Regi et Reipublicae

Reipublicae Poloniae circa ratificationum commutationem extradantur. Quodsi naufragio, vel alio modo, ut DD. Commissarii Suetici asserunt, haec perierint, omnia talia scripta actaque priuata publicaue ex nunc cassantur, annihilantur et eliminantur, nihilque exinde Reges Regnumque Sueciae in prouincias, exercitus, districtus, vel priuatos in Polonia et Magno Ducatu Lithuaniae, ac Ducatu Samogitiae, iuris praetendere posse, aut velle, omni meliori modo Sereniss. Rex Sueciae, pro se Regnoque ac Successoribus Suis Regibus Sueciae, declarat. Restituentur quoque a Suecis omnia Archiua, Acta publica castrensia, iuridica, ecclesiastica, quae ex Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae accepta sunt, et quorum copia haberi poterit, Bibliotheca quoque Regia.

V

Illustrissimus Curlandiae et Semigalliae Dux, cum Serenissima Coniuge, proleque Ducali ac tota Familia et aula, absque ulla protractione, intra octiduum a die subscriptionis, non expectata ratificatione eorum, quae conuenta sunt, ex parte Sueciae Regis, plenae libertati in pristinumque suum statum restituatur, et ad fines Ducatus Curlandiae, vel Semigalliae secure, tutoque ac digno Principe modo, reducatur, omniaque Sua Suorumue vel secum asportata, vel Rigae deposita mobilia, ut et ablata litteratoria, siue publica, siue priuata documenta, bona fide extradantur, et in sedem Ducalem reuehantur. Obligationes et quaeuis recognitiones a Duce, vel incolis extortae a Suecis, de toto cassentur, nullumque habere pondus declarentur, ut et decreta, per Suecos hoc bello inter incolas Curlandiae et Rigenses lata. Nauigatio a mari Mitauiam usque libera permittatur, soluto ordinarie Rigae thelonio. Debita per Duglassium, fide Regni Sueciae, apud Mitauienses contracta exsoluantur. Incolis Curlandiae deposita et concredita, apud Rigenses, bona fide restituantur. Limites Curlandiae iuxta inuestituras Ducales, intra primaeuos fines, videlicet medietatem fluminis Dunae, cum usufructu ac restitutione locorum ab hac parte Dunae occupatorum, subsistant. Serenissimus Rex Sueciae restituet Castellum Bausk in Semigallia, in manus Sereniss. Regis Poloniae, directi, et uti supremi eius Ducatus Domini, aut Illustriss. Curlandiae Ducis, nullumque

que unquam ius Rex Regnumque Sueciae in Ducatum Curlandiae Semigalliaeque et diſtrictum Piltenſem, vel reſpectu Liuoniae, vel quouis alio, praetendent, aut praetendere poterunt.

VI

Tormenta bellica maiora minoraque, in Polonia Magnoque Ducatu Lithuaniae reperta et capta, ſiue ſint Reipublicae, ſiue priuatorum, ſiue ciuitatum, exacte reſtituantur a Suecis, et pro illis, quae e Regno euecta ſunt, fiat debita ſatisfactio.

VII

Quicunque per tempus huius belli, a quacunque paciſcentium parte, et in quocunque loco capti ſunt, protinus poſt ratificationem pactorum, nullo ſoluto pretio, niſi aliter ante conuentum ab ipſis fuiſſet, e cuſtodia in libertatem dimittantur; ſolutis tamen impenſis, in victum eorum factis, et debitis ab eis in captiuitate contractis.

VIII

Quaecunque debita ſiue publica, ſiue priuata, a Suecis in Ciuitatibus Regni ac M. Ducatus Lithuaniae contracta ſunt, ea, bona fide, circa ratificationem exſoluantur; ſpecialiter vero ſumma, per quae capitulationem deditionis Thorunenſis eidem urbi et priuatis aſſecurata eſt. Bona mobilia per incolas Regni Poloniae et M. Ducatus Lithuaniae in urbibus Pruſſiae depoſita reſtituantur.

IX

Commercia priſtina cum libera neque impedita nauigatione, inter utrumque Regnum, M. Ducatum Lithuaniae et Prouincias annexas reſtituantur, et in veteri uſu ac exercitio conſeruentur, ſubditique tam Sereniſſ. Regis Poloniae et Foederatorum, quam Sereniſſ. Regis Sueciae ultro citroque negociantes, non onerentur grauioribus vectigalibus, quam onerantur ipſi earum regionum, ubi illa ſoluuntur, ſubiecti, vel etiam amici ac foederati, qui minimis oneribus illic adſtringuntur. Maioris Poloniae incolae, cuiuſcunque conditionis ſint, ſiue terra, ſiue aqua commercia exercentes, nullis nouis theloniis aut gabellis Stetini onerabuntur.

X. Dno

X

Dno Sigiſmundo Guldenſtern, Caſtellano Gedanenſi, bona ſua, quae in Hallandia, antequam in poſſeſſionem Regis Sueciae haec prouincia deueniret, iure haereditario poſſidebat, a Suecis reſtituantur.

XI

Sereniſſ. Poloniae Rex, quo radicitus cauſam bellorum et diſſenſionum inter duo haec Regna euellat, ſola charitate populorum ſibi ſubiectorum, et amore pacis inductus, pro Se et Succeſſoribus Suis ſolenniter, ſponte et beneuole renunciat omni iuri haereditario, quod Suae Maieſtati competit, aut competere poteſt, in Regnum Sueciae, Magnum Principatum Finlandiae, et alias ſubiectas ipſi ditiones ac prouincias, omniaque iſta iura plenarie transfert in Sereniſſ. Carolum Guſtauum, Regem Sueciae, exſoluitque omnes ordines ac ſubditos Regni Sueciae, omni vinculo ac ſacramento, eoſque in pleno dominio ſolius Sereniſſ. Regis Sueciae relinquit, quem in plena iuſtaque Regni Sueciae poſſeſſione conſtituit, renuncians omnibus in illo praetenſionibus ex nunc in perpetuum. Reſeruat tamen Sereniſſ. Rex Poloniae ſibi, quoad in viuis aget, plenum et integrum Regis Sueciae titulum, inſigniaque ac ſtemmata tam Regni Sueciae, quam ſua auita: quibus omnibus in ſigillis, ſcripturis, ſculpturis, omnique modo ad vitam utetur et fruetur. Renunciat quoque Sereniſſ. Rex Poloniae omni iuri, atque adeo ipſis bonis ſuis patrimonialibus, haereditariis et feudalibus in Suecia ſitis, omnibuſque in ea ſiue dotis, ſiue alio nomine praetenſionibus. Exules vero e Suecia cauſa et occaſione bellorum cum Sereniſſ. Regibus Poloniae pulſi, et illorum haeredes, in bona ſua reſtituantur, vel iiſdem ſatisfactio praeſtetur.

XII

Sereniſſ. Rex et Ordines Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae cedunt Sereniſſ. Regi Sueciae Liuoniae eam partem trans Dunam, quam Sueci immediate ante Tractatus Stumdorffienſes Anno 1635. poſſidebant et tenuerant, idque cum omnibus iuribus, iuriſdictione, Regalibus ac Superioritatibus, finibuſque, idque in perpetuum,

tuum, soluuntque omnes ordines ac incolas huius partis Liuoniae omni vinculo ac sacramento fidelitatis, eosque in plenum dominium Regis Succiae resignant, omniaque iura sua in eos transfundunt. Quidquid quoque iuris Regibus Regnoque Poloniae in Esthoniam et Insulam Osiliam competit, reliquasque Liuoniae subiectas insulas, totum id quoque in Regnum Succiae transfertur. Haec tamen renunciatio a Sereniss. Rege Regnoque Poloniae fit sequentibus conditionibus et cautelis: 1) Sit in Liuonia Sueticae possessionis liberum exercitium religionis Catholicae Romanae, restituanturque ecclesiae ac reditus et apparatus, ut ante exortum inter Regna bellum erant, nemoque ratione et praetextu religionis Catholicae oppressionem aut molestiam patiatur. 2) Cum inter Curlandiam Liuoniamque Sueticae possessionis extremus limes sit, ac esse debeat medius alueus fluminis Dunae, tollenda et solo aequanda sunt omnia munimenta a Suecis in sinistra fluminis Dunae ripa quocunque praetextu exstructa, ita ut Sueci nihil, a parte sinistra Dunae, possessionis aut ususfructus, atque adeo nec lignationis praetendere possint. 3) Tollenda signa nautica, siue phari, in Domesnes et Luserort a Suecis exstructa, cum sint in littore Piltensi; erigi tamen a fundi Dnis poterunt, si de hac re cum illis a Suecis conueniatur. 4) Exulibus et expulsis per haec bella ex Liuonia, bona terrestria restituantur, donec ea pacate diuendant, vel iisdem aequiualens pretium restituatur, eamque pecuniam libere, quo velint, secum deferre, vel aliter transferre ipsis liceat. Praecipue vero Dom. Patkel libertati et bonis restituatur. 5) Dnis Comitibus de Dona, eorumque agnatis, bona in Liuonia restituantur, vel digna satisfactio detur. 6) Capitaneatus et Insula Dalensis, cum sit ab hac parte Dunae, Illustriss. Curlandiae Duci restituatur. 7) Insula quoque Runen Duci, et percepti inde fructus restituantur. 8) Tituli prouinciales omnes Senatorii, terrestres et iurisdictionum in Liuonia conseruantur modernis possessoribus tantum, et ad vitam. 9) Thelonia et vectigalia in fluuio Duna, et maritima terrestriaque in Liuonia eadem tantum, et in iisdem tantum locis ab utraque parte in posterum sunto, ut ante inducias fuerunt: et si quae noua inuenta vel adaucta sunt, tollantur, liberumque sit commercium incolis Regni M. Ducatus Lithuaniae et Ducatus Prussiae ac Curlandiae cum Rigensibus caeterisque Liuonibus, et vicissim. 10) Nemo ex incolis Poloniae et Lithuaniae,

Lithuaniae, Samogitiae, Pruſſiae, et Curlandiae merces ſuas in Liuoniam deportans, aut negocia ibi peragens, ibidem iure conueniatur, arreſtetur et detineatur, nec ad reſpondendum neceſſitetur, ſed in competenti foro conueniatur, exceptis recentium criminum et capitalis delicti caſibus. Quae immunitas viciſſim Liuoniae incolis in Regno, M. Ducatu Lithuaniae, Pruſſia et Curlandia praeſtabitur. 11) Si quid controuerſi de finibus, aut inter incolas, acciderit, id per Commiſſarios utriuſque Regni diiudicandum, modo, de quo conueniet. 12) Bona mobilia per Polonos, Lithuanos, Samogittas, Pruthenos, Curlandos, Rigae, vel alibi in Liuonia depoſita reſtituantur. 13) Debita per Rigenſes caeteroſque Liuones in M. D. Lithuaniae, vel alibi, ante bellum et durante bello, contracta ſoluantur. 14) Subditi fugitiui M. D. Lithuaniae, Samogitiae et Curlandiae, tempore incepti belli Suetici, quicunque in Liuoniam fugerunt, vel in Liuoniam abducti ſunt, cum omnibus ſuis mobilibus, Dnis ſuis abſque ullo proceſſu iudiciario reddantur: quod vice verſa de ſubditis fugitiuis, a tempore belli Suetici, ex Liuonia in Magnum Ducatum Lithuaniae et Curlandiae Ducatum, fieri debet.

XIII

Pars Liuoniae, quae ut antea, ita et per tempus induciarum et haec bella, ſub ditione fuit Regni Poloniae et M. Ducatus Lithuaniae, nempe Dinemburgum, Roſiten, Lucen, Marienhuſen, itemque omnia reliqua loca, quae per Commiſſarios, ad id deputandos, fuiſſe ante hoc bellum Polonicae poſſeſſionis inuenientur, cum omnibus territoriis, urbibus, pagis, fructibus et prouentibus, theloniiſque publicis, omnibuſque pertinentiis, ea tota et quanta eſt, cum omnibus iuribus, directoque et utili dominio ſuo remanet in poſſeſſione Regum et Regni Poloniae ac M. Ducatus Lithuaniae, atque titulo Ducis Liuoniae Sereniſſimus Rex Poloniae, eiuſque ſucceſſores Reges Poloniae utentur et fruentur. Caeterum in hanc Liuoniae partem, ut de toto ab altera per hos Tractatus ſeparatam, nullum unquam ius Reges Regnumque Sueciae praetendent. Et ſi Rex Regnumque Sueciae loca aliqua in hac parte Liuoniae ſita, vel totam hanc partem a Moſcho, qui eam hoc tempore occupauit, armis, vel Tractatibus, vel aliter, recuperauerint,

tenentur, et cauent, se eandem de integro Regi Regnoque Poloniae, ultro et gratuito, non imputatis expensis bellicis, restituturos.

XIV

A subscripto a partibus praesenti instrumento intra duos dies Marienburgum, et adiacentia fortalitia locaque, praesidiis Sueticis euacuabuntur, atque in possessionem S. R. Maiestatis Poloniae tradentur, eo ut supra dicto modo. Praesidiumque Sueticum inde Elbingam deducetur. Bauskum etiam, et si quae loca in Curlandia Semigalliaque Sueci possideant, intra octo a subscripto instrumento dies euacuabuntur praesidiis Sueticis, Rigam educendis. Illustriss. quoque Curlandiae Dux intra octiduum, in Ducatu suo, liber una cum Sereniss. Coniuge totaque domo et familia sistatur. Elbinga vero hactenus in manibus Sueticis maneat, donec pax haec ratificetur; qua ratificatione commutata Elbinga in instanti in manus S. R. Maiestatis Poloniae, modo quo supra, tradatur: praesidiumque inde Sueticum per mare nauibus, quo velint, deferatur.

XV

Eadem similiter pax, amicitia, amnistia et praeteritorum obliuio perpetua sub iisdem clausulis et vinculis, in hoecce instrumento contentis, vigeat, et in perpetuum stabilita sit inter Sereniss. et Potentiss. Romanorum Imperatorem, praecipuum Poloniae Foederatum, bellique Socium, nec non eius haeredes ac Successores, Regna ac Prouincias haereditarias, ac Sereniss. et Potentiss. Sueciae Regem eiusque haeredes ac successores, Regnum et Prouincias, earumque incolas ac subditos, ita ut quicquid vel ante hoc bellum, vel illo durante, siue in Polonia, siue extra illam, seu ratione auxilii, vigore antiquorum et recentium foederum Sereniss. Regi ac Reip. Poloniae praestiti, seu quauis alia de causa mutuae offensionis ac inimicitiarum aut praetensionum oriri potuit, perpetuae obliuioni tradatur, ne utrique parti quocunque praetextu licitum sit, alterius regna, status aut prouincias, clam aut palam, directe vel indirecte, armis impetere, vel ullum in ipsas exercere hostilitatis genus, sed alter alterius commoda sectetur, et omnia inter utramque partem earumque Status ac subditos ad pristinum prorsus statum,

ſtatum, unionem et fidem, correſpondentiam, reſtituta et redintegrata ſint, et nemini ex utriuſque partis ſubditis noxae ſit, aut praeiudicio, quod alterius partes hoc bello ſuerit ſectatus.

XVI

Vt autem firmioribus fundamentis haec pax et amicitia ſtabiliri poſſint, Sacra Caeſ. Maieſtas ex puro pacis amore, cuius ſolo intuitu et fine arma ſuſcepit, loca omnia, quae in Pomerania praeſidiis ſuis inſidentur, in ipſa huius pacis executione euacuabit, ac Sereniſſimo Regi Sueciae plenarie reſtituet, loca ſimiliter, quae tunc, quando praedicta executio fiet, in Holſatia praeſidiis Caeſareis detinebuntur, prioribus Dominis ſuis reſtituentur. De caetero in iis, quae ad hoc praeſens bellum et huius pacis negocium non pertinent, ſtabitur per omnia diſpoſitioni pactorum Oſnabrugenſium, et conſtitutionibus Imperii, et quicquid circa illas res controuerſiae ſubeſſe vel oriri poterit, iuxta Imperii et Pacis Germanicae leges, abſque ſtrepitu armorum, componetur, aut decidetur. Pacta autem omnia et foedera defenſiua, conſequendae tantum publicae tranquillitatis cauſa inita, a Sacra Caeſar. Maieſt. et Sereniſſ. Rege Sueciae, cum quibuſuis aliis Principibus aut Statibus, ſalua ac integra, et in pleno robore ſupermaneant. Quorum tamen obligatio ad alios, quam ad ipſos contrahentes, non extendetur.

XVII

Sit itidem ſub vinculis ac clauſulis, inſtrumento contentis, pax perpetua, veraque et ſincera amicitia inter Sereniſſ. ac Potentiſſ. Principem ac Dom. Dom. Carolum Guſtauum, Regem Sueciae, eiuſque haeredes ac Succeſſores et poſteros, Regnumque Sueciae, eiuſdemque tam in Imperio, quam extra illud ſitas prouincias, ſtatus ac ditiones; et Sereniſſ. Principem ac Dom. Dom. Fridericum Wilhelmum, Marchionem Brandeburgicum, uti perpetuum Poloniae Foederatum, eiuſdemque haeredes ac ſucceſſores, prouinciaſque, ſtatus ac ditiones, in et extra imperium Romanum, ita ut alterius alter honorem, commodum et utilitatem ſincere ſerioque in perpetuum promoueat. Sit etiam utrinque amniſtia et praeteritorum omnium perpetua obliuio, ita ut quidquid hactenus, quocunque loco et quauis de cauſa, ſiue in Imperio

perio Romano, siue extra illud, ab alterutra partium, vel sub earum imperio potestateque existentibus, verbis, scriptis ac factis absque ullo personarum rerumque respectu, gestum vel admissum fuerit, nullo praetextu vel colore, via iuris vel facti, directe vel indirecte, a neutra parte unquam vindicari possit; et nec horum, nec ullius alterius rei causa, vel praetextu, alter alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiae, vel etiam quoad ministros, officiarios aliosque subditos et incolas, statum, bona vel securitatem, vel per se vel per alios clam aut palam inferat, vel inferri faciat. Non derogabit autem hic articulus, ulla in re, pactis et foederibus ullis defensiuis conseruandae publicae tranquillitatis causa, siue a Sua Reg. Maiestate Succiae, seu a Sua Serenitate Elect. cum quibusuis aliis Principibus aut Statibus initis; verum illa omnia, integra, illibata et in pleno robore suo permaneant, ne tamen ad alios, quam ad ipsos contrahentes, eorundem obligatio trahatur.

XVIII

Et, ne occasione anteactorum, lis vel diffidium aliquod oriri vel captari possit, conuenit inter partes, Sereniss. Regiam Maiestatem Sueciae pro se et Successoribus ac posteris suis, Regibus Regnoque Sueciae ab una, et Sereniss. Electorem Brandeburgicum ab altera parte, Regiomonti d. $\frac{7}{17}$ Ianuarii 1656. cum omnibus aliis ibidem eodem tempore initis conuentionibus, ut et d. $\frac{19}{29}$ Iunii eiusdem anni, subsecuta declaratione Marienburgensi foedusque mutuum d. $\frac{10}{20}$ Nouembris An. itidem 1656. Labiauiae ictum, cum annexis itidem eidem conuentionibus, prout illa iam nunc subsecuti foederis perpetui, cum S. R. M. Reque publica Polona, a Serenitate Sua Elect. Velauiae inita penitus sublata et abolita sint, pro sua parte in omnibus et singulis eorundem verbis, clausulis et articulis, penitus irrita et nulla pronunciaturam, omnemque ipsis vim, vigorem et effectum detracturam, iisque et omnibus eorum contentis solenniter pro se, successoribus et posteris suis Regnoque Sueciae renunciaturam, prout hoc ipso, et virtute huius instrumenti, eadem in omnibus et singulis eorundem verbis, clausulis et articulis, irrita et nulla pronunciat, omnemque ipsis vim, vigorem et effectum in aeternum detrahit, iisque et omnibus eorundem contentis solenniter pro se successoribus ac posteris Suis Regnoque Sueciae renunciat,

nunciat, ipſiuſque tam foederis mutui Labiauienſis, quam et reliquorum praecedentium pactorum, tranſactionum, conuentionumque, quocunque nomine veniant, autographa, in perpetuum hoc ipſo oblitterata, caſſata annullataque, in cineres redigenda ante ratificationem Polonicam huius tranſactionis, ſe extradituram promittit, adeo ut contra Suam Serenit. Electoralem, Eiuſdem haeredes, agnatos ac ſucceſſores, vel etiam in Ducatum ipſum Pruſſiae, ac eiuſdem ordines et incolas, aut contra S. R. M. Poloniae, Eiuſdemque ſucceſſores Reges, Regnumque Poloniae, ex iiſdem ſupra memoratis, vel aliis quibuſcunque, ab initio huius belli in hunc uſque diem, inter S. R. M. Sueciae, et Suam Serenitatem Elect. quocunque tempore initis pactis vel conuentionibus, nunc vel in poſterum, ſiue expectantia ſucceſſionis, ſiue alio quocunque titulo, nihil quicquam allegari, vel ullo colore praetendi poſſit, vel debeat.

XIX

Sua Serenitas Electoralis Brandeburgica non ſolum S. R. Imperio, et uniuerſo Orbi teſtatum reddere volens, ſe exorto bello Polonico, non niſi reducendae pacis generalis firmandaeque ſecuritatis ac quietis publicae cauſa, arma tam in Imperio, quam in Pruſſia ſumpſiſſe, loca omnia in Pomerania, hocce bello occupata et praeſidiis ſuis inſeſſa, circa pacis generalis executionem, ſine ulla compenſatione Sereniſſimo Sueciae Regi plenarie reſtituet. Nec minus etiam DD. ſuis euacuabit, quae in Holſatia ſecuritatis ſuae cauſa hactenus detinuit, ubi iidem pactis initis ſtare ſe velle declarauerint, atque Suae Serenitati Elect. de omnimoda indemnitate cauerint, ita tamen, ne in praememoratis reſtituendis et euacuandis locis, vel communitatibus, quae praeſidia Electoralia habuerunt, aut quouis modo in Suae Serenitatis Elect. fide et poteſtate fuerunt, vel cuipiam priuato, quod partes Suae Serenitatis ſecutus fuerit, ulla ratione noxae fraudique ſit, vel alia in re, quoad priſtina iura, priuilegia, bona, feuda et libertates quaſcunque, abſque exceptione et reſeruatione, praeiudicet.

XX

Teſtando ſuo erga Suam Serenitatem Electoralem affectui, et redintegratae amicitiae conſeruandae ſtudio, S. R. Maieſtas Sueciae, inuicem

uicem damnorum, ex huius belli occasione perpessorum, pro se, successoribus et posteris suis, Regnoque Succiae, in perpetuum renunciat communioni vectigalium, (vulgo *Licenten* dictorum,) in portubus Suae Serenitatis Elect. Brand. Pomeranicis, ita ut quicquid eo nomine, in iisdem portubus, in commune hactenus exactum fuit, Suae Serenitati Electorali eiusdemque haeredibus ac successoribus in solidum in posterum cedat.

XXI

Inter Sacrae Reg. Maiestatis Sueciae, Suaeque Serenitatis Elect. Brandeb. Regni, Prouinciarum, Statuum, Ditionumque, tam in Imperio Rom. quam extra illud sitarum subditos et incolas, pristina restituantur commercia, ac in posterum in pleno vigore conseruentur. Nec alterius subditi vel incolae, in ditionibus partis alterius, negocia sua exercentes, vel in easdem merces suas inuehentes, ibidem iure conueniantur, ad respondendum adigantur, multo minus in bonis vel personis arrestentur; sed quisque in foro competenti conueniatur, exceptis casibus delictorum, ratione quorum, iuri gentium standum erit. Si quae bona a Suae Serenitatis subditis, vel eiusdem ditionum incolis in R. S. Maiestatis Sueciae prouinciis vel ditionibus, ante hocce bellum deposita sunt, ea sine mora ulla, vel effugiis, dominis suis restituantur.

XXII

Cum Legatio Suetica, d. 9 mensis Ianuarii, partibus paciscentibus declarauerit, quod ad tractandum simul, concludendamque cum Sereniss. Daniae Rege pacem instructi sint, et parati, eiusdemque Regiae Maiestatis Deputatus Extraordinarius in Memoriali, nuper S. R. Maiestati Poloniae exhibito, testando Sereniss. Daniae Regis in pacem uniuersalem studio, denunciauerit, nihil ex parte Regis, Domini Sui, desideratum iri, quod ad promouendum tam laudabile institutum, terminandumque coniunctim negocium requiri possit; postulat Legatio Polonica et Foederatorum, ut sine ulteriori mora mandata procuratoria utrinque commutentur, propositionesque in negocio Tractatuum Pacis, una cum alte memorato Rege instituendorum, reciproce edantur.

XXIII. Hanc

XXIII

Hanc transactionem ac pacem, omnesque eius articulos, capita ac clausulas, partes supra memoratae tam Principales, quam Foederatae ac belli Socii, sancte et inuiolabiliter se obseruaturas, promittunt, et, ne in posterum impune violari queant, se inuicem ad Garantiam et Euictionem, iis, quae sequuntur, conditionibus, ex omni parte obstringunt. In primis inuitabuntur ex consensu partium omnium ab utraque parte, eorundemque Foederatis, cognati Reges, Principes, aliique Status, ut securitati huius pacis cauere, eandemque contra violatorem eiusdem, armis suis tueri velint. Si quis vero hanc pacem quocunque unquam tempore, ullumue ex Paciscentibus armis inuadendo, aut iura eiusdem, vel mari, vel terra, vi turbando violet atque infringat, in eum sequentes poenae, communi omnium consensu, hic paciscentium, decretae sunt: 1) Excidat beneficio huius pacis et amnistiae. 2) Publicus hostis aliorum omnium, hic paciscentium, ipso iure censeatur: quemadmodum et hoc ipso pro tali declaratur, et proinde simul atque uni ex paciscentibus bellum quocunque locorum mouerit, pacem cum omnibus paciscentibus rupisse censebitur, atque omnes non solum laeso ferre suppetias, sed laedentem etiam ubique locorum aut ditionum sine exceptione armis prosequi debebunt. 3) Habebitur semper aggressor pro renunciante omnibus beneficiis ac defensionis remediis, quibus alias atque alibi, ex aliis pactis, gaudere possit. 4) Excidat idem aggressor iure eorum omnium, quae ipsi hoc pacis instrumento concessa sunt. 5) Adigatur, auxiliante Deo, communibus armis ad reparationem iniuriarum, et satisfactionem sumptuum damnorumque, quibus tali ratione causam dederit. Quod si vero sine violentia armorum quisquam ex paciscentibus iniuria afficiatur, aut alia causa, quae bellum post se trahere posset, praebeatur: non licebit tamen laeso propterea ad arma statim recurrere, sed antea amicabilis componendarum eiusmodi controuersiarum ratio obseruanda erit, videlicet casu, quo talis controuersia inter partes oriatur, quae iam aliquem modum prioribus inter se pactis pro terminandis litibus ac diffidiis publicis habeant stabilitum, illi deinceps inhaerebunt, et iuxta hunc procedent. Cum vero haec inter partes contingat, quae inter se nullam quoad hoc praecedentem conuentionem habuerint, tunc laesus, accepta iniuria,

de ea vel per internuncium, vel per legatum unum aut plures, (quibus omnis ubiuis locorum praeſtanda erit ſecuritas,) vel per litteras queratur, ac ſatisfactionem petat, pariter quoque omnes paciſcentes de iniuria ſibi facta moneat, qui adhibitis officiis laedentem ad aequam ſatisfactionem praeſtandam, intra ſpatium quatuor menſium ad ſummum, inducere conabuntur. Si vero tam in primo, quam in ſecundo caſu, per hoſce allegatos modos, pars laeſa iuſtam ſatisfactionem conſequi non potuerit, tunc inſtitui debebit Commiſſio Generalis omnium paciſcentium ad laeſi confinia intra ſpatium quatuor menſium, et ex parte ſingulorum paciſcentium Commiſſarii deputari, qui inter ſe negotia diſcutiant, et omnes amicae compoſitionis quaerant et proponant modos, et, ſi poſſibile ſit, controuerſiam ad ſummum intra quatuor menſes terminent; ita tamen, ne unus aut alter, vel aliqui paciſcentium ſibi ius interpretandi hanc pacis tranſactionem, in dubiis, prae aliis arrogent, vel arbitrium praetendant, ſed ſi quod dubium oboriatur, id communi paciſcentium ſententia officiiſque ſopiatur. Si vero laedentem refractarium ad aequa, quae ab ipſis proponentur, media deprehenderint, nec ſatisfactionem, quae ipſis Commiſſariis iuſta videbitur, laeſo procurare, ulla ratione potuerint: tunc demum, facta prius tamen legitima belli denunciatione, id armis proſequi licebit, et tum bellum communi conſilio et viribus contra laedentem, et debite ſatisfacere detrectantem gerere tenebuntur, illudque tam diu proſequi, donec iniuria competenter reparata, et pax communi conſenſu, reſtituta fuerit. Quiſquis autem contra hoſce praeſcriptos modos, quacunque licet iniuria non armata, laceſſitus, aut quauis praetenſione, vel cauſa belli fretus, non ſeruato hoc procedendi modo, in quemcunque hic paciſcentium, ius ſuum, ſiue verum, ſiue praetenſum, ſiue ex hac tranſactione, ſiue aliunde ortum, vi armorum et facti, proſequi tentauerit, aut alium in iure ſuo turbauerit, is pro publico huius pacis infractore, ac communi omnium hoſte, pariter ipſo facto, et abſque ulla inquiſitione de iuſtitia cauſae, habebitur, et poenas contra violatorem pacis ſupra ſtatutas incurret. Si vero mutuae ſint et reciprocae praetenſiones, aut iniuriae non armatae, is, qui prior ad arma confugit, neglectis amicabilis compoſitionis rationibus praeſcriptis, pro hoſte communi et perturbatore pacis habendus erit. Ab hac tamen communi regula excipiuntur

excipiuntur caſus illi, qui in Romano Imperio emergere poſſent, videlicet, ſi aliquis paciſcentium ipſum Imperium, vel aliquod illius membrum, in hac pace non comprehenſum, armis inuaderet; hoc enim caſu licebit aliis paciſcentibus, qui Imperii membra ſunt, iuxta Pacis et Garantiae Germanicae praeſcriptum, ſalua illaeſa hac praeſenti pace, procedere. Quodſi vero ſolummodo tuendorum limitum cauſa, turbationes vi contrariiſue actibus retundantur, ipſa ſuper limitibus controuerſia, modis ſupra deſcriptis terminabitur.

XXIV

Quaecunque ſuperius dicta ſunt, vel de reſignatione iurium, vel de ceſſione prouinciarum, aut reſtitutione locorum, tam a parte Poloniae, quam a parte Sacrae Caeſar. Maieſtatis et Suae Serenitatis Electoralis, ad totum et uniuerſum ſingulaque ſupra dicta, eo tantum caſu valorem ſuum ſunt habitura, ſi caetera omnia, tam in Polonica, quam in Caeſarea et Brandeburgica poſtulata concluſa ac complanata fuerint. Quodſi id non fiat, ea quoque omnia praemiſſa, et quaſi conceſſa, ex nunc caſſantur, et pro non dictis habentur, eaque de re omnes partes, omni meliori modo proteſtantur, ſaluo denique iure in omnibus ſupra dictis mutandi, addendi, vel demendi, ut ex re videbitur.

XXXXIX

Memoriale Ciuitatis Gedanenſis, Legationi Polonicae exhibitum m. Martio An. 1660.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Clementiſſime promiſit Sacra Regia Maieſtas, quod circa praeſentem de pace tractationem, benigna ac iuſta habebitur ratio fideliſſimae Ciuitatis, et ſuper eodem gratioſiſſime ſeſe declararunt Illuſtriſſ. atque Excellent. DD. Commiſſarii Polonici. Inde eſt, quod nunc ſua quaedam deſideria praedicta Ciuitas humillime et perobſequenter offert.

 1) Maniſe-

1) Manifestum fit ex propositionibus Sueticis, postulare ipsos, ut Ciuitates Prussiae restitutae et restituendae conseruentur circa libertates, iura et consuetudines, quibus ante hoc bellum gaudebant. Cui conseruationi non repugnat Ciuitas Gedanensis: saltem petit, per Regium rescriptum declaratorium sibi caueri, quod istiusmodi generalitas in posterum non debeat extendi ad ordinem sessionis, in conuentibus terrarum Prussiae, sibi a Sacra Regia Maiestate per spontaneam gratiam attributum, vel ad custodiam sigilli earundem terrarum, aliaque eiusmodi. Ante omnia petit, ut praecaueatur, ne tales conseruationes specialiter in pactis exprimantur.

2) Ne occasione huius pacificationis, et eiusdem executionis, aliquod imponatur onus Ciuitati Gedanensi, neque praeiudicium fiat iuribus terrarum Prussiae, aut commercia ulla ratione aggrauentur.

3) Abductio copiarum Sueticarum ne fiat per Ciuitatis territorium, neque per portum Weisselmundanum.

4) Saepe Excellent. Dom. Comes Königsmarkius professus est, se Regi Sueciae ad hoc bellum operam suam nunquam addixisse, atque exinde inique captum esse, aut saltem sub fide data, de non offendendo, aut aliis sufficientibus cautionibus, vel praestationibus, statim dimitti debuisse. Ideoque confidit Ciuitas, quod peculiariter atque accuratius de eo dimittendo in pactis statuetur, quam de aliis promiscue captiuis, quodque idonee et plene cauebitur, tam per pacta publica, quam specialem praedicti Comitis assecurationem, detentionem ipsius Ciuitati Gedanensi, eiusque ciuibus atque incolis, nullo unquam tempore, nullaue in re, fraudi aut periculo esse debere. Quod eo iustius petitur, quia non ex aliqua destinatione Ciuitatis propria ac peculiari idem Excell. Comes detentus est, cuius dimissio commodum non leue sumptibus belli tolerandis afferre poterat, sed quia per iteratas iussiones Regias detineri debuit, et ne interesse S. R. M. et Reip. Poloniae, uti et reliquorum Confoederatorum, aliquid inde detrimenti caperet. Summe autem periculosum erit, si idem Dominus Comes ante pacem plene perfectam dimittatur, quod Illustr. et Excell. DD. Commissarii Suetici in ultima sua declaratione requirunt, neque securitati Ciuitatis idonee prospici possit, pactis nondum plenarie conclusis.

5) Ut

5) Ut in mutua pactione, de reddendis utrinque tormentis, censeantur etiam comprehensa tormenta Gedanensium, per hoc bellum quouis loco et tempore ablata.

6) In pactis Stumdorfiensibus Art. XIV. aliqua ratione indemnitati commerciorum cautum fuit. Quia vero hoc tempore, de pace perpetua, non de induciis, tractatur, ideo petitur, ut per pacta pacis Ciuitas Gedanensis restituatur ad immunitates, iura et priuilegia vetusta, et aliquoties reiterata, tam societati Hanseaticae communiter, quam Ciuitati Gedanensi peculiariter, in Regno Sueciae et annexis prouinciis, ratione nauigationum et commerciorum concessa. Si aliqua suboriatur difficultas, in obtinenda tali restitutione plenaria, ad minimum inseratur pactis Articulus aliquis, in hunc circiter sensum: „Commercia „pristina, cum libera neque impedita nauigatione, inter utrumque Re„gnum et Prouincias annexas restituantur, et in veteri exercitio con„seruentur, subditique tam Sereniss. Regis Poloniae, quam Sereniss. „Regis Sueciae, ultro citroque negotiantes, non onerentur grauioribus „vectigalibus, quam onerantur ipsi earum regionum, ubi illa soluuntur, „subiecti, vel etiam amici ac foederati, qui minimis oneribus illic „adstringuntur.„

Patebit in Tractatu negotiationis pacificatoriae, an adhuc alia desideria, ac monita, ex parte Ciuitatis Gedanensis humillime et perobseruanter sint insinuanda. Atque ideo petitur, ut promta ac parata sit communicatio eorum, quae inter partes reciproce agitantur, utpote quae sunt acta publica, et ab aduersa parte haud dubie promiscue illis, quorum interest, communicantur.

L. In-

I.

Formula Pacis, a Legatis Suecicis exhibita.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Sit Pax uniuersalis ac perpetua, et vera sinceraque amicitia inter Serenissimum et Potentiss. Principem ac Dominum, Dominum Carolum Gustauum, Regem Suecorum, Gottorum et Vandalorum, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. Eiusque Regiae Maiestatis Successores ac Posteros, Reges Suecorum, Regnumque Sueciae, atque subiectas illi mediate, vel immediate, et acquisitas nuper vel ab antiquo, Ditiones ac Prouincias, ex una parte; et Serenissimum ac Potentiss. Principem et Dominum, Dominum Ioannem Casimirum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae, etc. etc. etc. Eiusque Regiae Maiestatis Successores ac Posteros, Reges Poloniae, Magnos Duces Lithuaniae, atque Eiusdem Regiae Maiestatis Regnique Poloniae Confoederatos, videlicet Sereniss. ac Potentiss. Principem ac Dominum, Dominum Leopoldum, Electum Roman. Imperatorem semper Augustum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae et Sclauoniae Regem, Archiducem Austriae etc. etc. etc. et Sereniss. Principem Dominum Fridericum Wilhelmum, Marchionem Brandeburgicum, S. R. I. Principem Electorem et Archicamerarium etc. etc. ex altera parte, ita ut posthac alter alteri nihil hostilitatis, inimicitiae, aut molestiae clam aut palam, directe vel indirecte, inferat vel inferri faciat, aut patiatur, neque alterius hostibus, specie amicitiae, foederis, aut protectionis, vel quocunque alio de nomine ac praetextu, auxilia praestet, nec cum alterius hostibus foedera, huic paci aduersa, ineat, sed initis renunciet, nec quicquam in alterius Status ac securitatis praeiudicium et diminutionem, per se, vel per alios moliatur aut tentet, tentariue faciat, sed omnes partes, unaquaeque alterius utilitatem, honorem atque commodum promoueat, et fidam inuicem vicinitatem, pacem et amicitiam serio seruent ac colant.

II. Sit

II

Sit utrinque amnistia ac perpetua obliuio eorum omnium, quae hoc bello sexagenario amplius, quocunque loco modoque, ab una vel altera parte hostiliter facta sunt, eaque ex animis Partium penitus abolita sint.

III

Sereniss. Rex et Respublica Poloniae, quas antehac recepit, et posthac in fidem suam receperit, in primis Prussiae Regalis Ciuitates ac territoria, earum Magistratus, communitates, ciues, incolas et subditos, omni meliori modo indemnes praestet, omnique clementia et gratia in posterum prosequatur, foueat ac tueatur: Gaudeantque ac fruantur uniuersi et singuli possessionibus, iuribus, priuilegiis ac consuetudinibus suis, tam generalibus, quam specialibus, tum in ecclesiasticis et libero Religionis Augustanae Confessionis exercitio, secundum priuilegium Regis Sigismundi Augusti, et Sigismundi tertii, tum politicis ac secularibus, sine exceptione, quibus ante hoc bellum gauisi sunt.

IV

Atque inter eas Ciuitates, quas in Culmensi Palatinatu et ante hanc pacificationem in potestatem S. R. Maiestatis Poloniae redactae sunt, hic comprehendantur, et Thorunium quidem gaudeat inuiolabiliter hisce omnibus supra memoratis, tum in specie S. R. Maiestatis Poloniae, tempore occupationis, adstipulatis conditionibus, nec ulla ratione ad compensationem, vel reaedificationem destructarum, ex occasione huius belli et obsidionis, aedium sacrarum et publicarum, aut refusionem alterius damni, adstringatur. Eodem iure gaudeant etiam Graudentum et Strasburgum, et per omnia maneant ac conseruentur in eo statu, quo erant ante bellum.

V

Ciuitas Elbingensis cum pristino suo territorio, tam in continenti, quam in utraque insula, inuiolabiliter conseruetur in eo iure ac statu, quo fuit ante hoc bellum, tum ratione usus sigilli terrarum Prussiae, tum consueto sessionis loco, saluo item priuilegio Casimiri Regis de

Anno 1454. Valla item, ac fortalitia omnia, ad urbem, tum ante hoc quinquennale bellum, tum eo durante, exſtructa, maneant ac relinquantur in eo ſtatu, quo nunc ſunt, et in eadem cuſtodia ac praeſidio ciuitatis, uti ante bellum. Munimentorum autem in territorio Ciuitatis, hoc bello exſtructorum, ratio ſit eadem, quae fuit ante bellum.

VI

Mariaeburgum praeterea exercitio religionis libero, ut ante, ita in poſterum et nunc quoque fruatur, aedificia publica et priuata, per iniuriam belli deſtructa reaedificare ipſi concedatur, pro his vero, quae ſine ſcitu et conſenſu eius, ex iuſſu Generalitatis Sueciae demolita ſunt, minime teneatur, ad praeſtanda iura caduca non obligetur, arrhenda et diſpoſitio agrorum et domuum, qua ſub Polonico regimine uſi ſunt, ipſi quoque in futurum maneat, et tandem cadauera Euangelicorum in locis, ubi ſepulta ſunt, non turbentur.

VII

Cunctae actiones vel inquiſitiones aduerſus illos, qui partes Sereniſſ. Regis Sueciae hoc bello ſecuti ſunt, aut ſecuti eſſe inſimulantur, quibuſcunque in locis Poloniae, Lithuaniae, Pruſſiae, ac Curlandiae habitent, cuiuſcunque etiam ſint ordinis et religionis, ſiue priuati vixerint, ſiue officio publico functi, ac ſeruitiis Sacrae Regiae Maieſtatis Sueciae, ſago vel toga, obſtricti fuerunt, inſtitutae et nondum finitae ceſſent, et in quibus ſententia lata eſt, ea abrogetur, omnique careat executione in perpetuum, et in poſterum contra eos nulla unquam quaeſtio vel actio ex hac cauſa inſtituetur.

VIII

Quae durante bello, iure fiſci, vel ex occaſione protectionis aut adhaeſionis alterius partis cuiquam adempta, et vel fiſco illata, vel aliis collata ſunt, bona, ſiue Regia ac Reipublicae, ſiue etiam priuatorum ſint; mobilia quidem, ſi tradita ſint, modernis poſſeſſoribus relinquantur; ſi vero eiuſmodi iura caduca hactenus, in executionem deducta non ſint, antiquis poſſeſſoribus relinquantur. Neque ulla actio dehinc aduerſus communitates aut priuatos, ratione depoſitorum eiuſmodi bonorum

bonorum, intentetur. Bona vero immobilia, quorum donationes et largitiones factae ſunt, ſiue iam ante tradita, ſiue nondum tradita ſint, maneant penes antiquos dominos, ceſſantibus de caetero omnibus actionibus, ratione redituum, ſiue ex publicis, ſiue priuatis bonis perceptorum.

IX

Si quae bona mobilia, vel immobilia, in Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lithuaniae, annexiſque prouinciis exiſtentia, ſiue nobilibus, ſiue plebeiis cuiuſcunque religionis, ſtatus ac conditionis, ex occaſione, vel praetextu protectionis Sacrae Regiae Maieſtatis Sueciae, pendente bello, ablata ſunt, illa ſine proceſſu iuris, intra ſpatium trium abhinc menſium, iis reſtituantur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis ac declarationibus aliiſque iuris vel facti exceptionibus, quae in derogationem huius articuli allegari poſſent. Nec liceat in poſterum Suecicam protectionem alicui exprobrare, ſed unuſquiſque priſtinis ſuis dignitatibus, bonis atque fortunis, quibus antea gauiſus eſt, fruatur.

X

Qui Sacrae Regiae Maieſtatis Sueciae Confoederatorum, utpote Celſiſſimi Principis Tranſyluaniae, et militiae Zaporouianae partes ſecuti ſunt, illi omnes amniſtia plenarie gaudebunt; nec aduerſus eos actiones ullae eo nomine poſthac inſtituantur, et ſi quae inſtitutae ſunt, caſſentur et abrogentur.

XI

Quo omnis in poſterum cauſa et fomes belli ac diſſenſionum radicitus tollatur, et amicitia inter utroſque Reges ac Regna Sueciae et Poloniae Magnumque Ducatum Lithuaniae, maiori cum emolumento refloreſcat, Sereniſſ. Rex Poloniae, Dominus Ioannes Caſimirus, pro ſe ipſo et futuris ſuis haeredibus ac poſteris, ſi qui e lumbis ipſius Maieſtatis dehinc prognaſci poterunt, vigore praeſentis inſtrumenti pacis, quam fieri poteſt, ſolenniſſime et validiſſime renunciat ex nunc et in perpetuum iuri omni, quod hactenus praetendit tum in Regnum Sueciae, Magnum Principatum Finlandiae, et alias ipſis ſubiectas prouincias,

uincias, regiones, ditiones, ciuitates, castra, munimenta, siue haec omnia nuper, siue ab antiquo acquisita sint, tum in bona auita, haereditaria et feudalia, in illis sita ac comprehensa, et Regnum Sueciae cum dictis pertinentiis ac bonis omnibus agnoscit, declarat, profitetur ab omni praetenso erga se nexu et obligatione, praesentibus et futuris temporibus, prorsus liberum.

XII

Eadem Sacra Regia Maiestas Poloniae abstinebit posthac titulis atque insignibus Regis Regnique Sueciae, in litteris ac compellationibus, ad modernam Sacram Regiam Maiestatem Sueciae, Eiusque Maiestatis Successores Reges Sueciae, similiter amore pacis etiam ad alias Potestates omnes, nec non in constitutionibus ac rescriptis ad Suos Regnique Poloniae et M. Ducatus Lithuaniae Ordines atque subditos; insignibus Regni Sueciae in sigillis, quae eiusmodi litteris impressa, vel appensa fuerint, penitus expunctis et abolitis. Prouti quoque vi huius pacificationis, Sereniss. Rex Poloniae solenniter declarat, se neminem pro Rege Regibusque Sueciae agnoscere, praeter solum Sereniss. Principem Dominum Carolum Gustauum, modernum Sueciae Regem, Eiusque Successores, et propterea recipit se in posterum iam praetactam S. R. Maiestatem Sueciae, Eiusque Maiestatis Successores, Regiis Sueciae titulis, sine ulla diminutione, insigniturum.

XIII

Sereniss. Rex et Ordines Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae cedunt Sacrae Maiestati Regnoque Sueciae Liuoniam omnem, quam Serenissimi Reges et moderna S. R. M. Sueciae hactenus, et durantibus prioribus induciis, cumprimis sexennalibus et in sex supra vicennium annos conclusis, possederunt et rexerunt, cuius etiam nonnulla loca hoc bello ultimo Magnus Moscouiae Dux armis occupata adhuc tenet; eamque non modo trans Dunam, sed et partes illas cis flumen illud sitas, ut post Nouomundam, Traiectum Bullerensem, Insulam Spiluen, territorium Rigense ac Dalense cum munimentis ibi extructis, nec non insulam Runam in mari sitam, quae pariter in potestate ac possessione Regum Regnique Sueciae, sub prioribus induciis fuerunt.

fuerunt. Transfundunt etiam Sereniss. Rex et Ordines Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae in Sereniss. Regem Regnumque Sueciae, quicquid iuris Regibus ac Reipublicae Polonae in Esthoniam et insulam Osiliam, reliquasque Liuoniae subiectas et adiacentes insulas hactenus competere poterat, et in eas se habere existimant. Atque haec quidem uniuersa et singula cum omnibus suis pertinentiis, finibus, iuribus, iurisdictione, regalibus ac superioritatibus, in ecclesiasticis ac politicis, nullis penitus exclusis, in perpetuum et irreuocabiliter Sueciae possidenda relinquunt, et in plenum dominium Regis et Regni Sueciae transferunt. Prouti quoque omni in recensitas Liuoniae partes, comprehensa in iis Esthonia et Osilia, praetensioni hisce a modo et in totum renunciant, et Ordines subditosque dictae Liuoniae omni praetenso vinculo et fidelitatis sacramento exsoluunt, in proxime futuris Comitiis haec omnia peculiari diplomate cessionis confirmaturi.

XIV

Pars Liuoniae, eaque australis, nempe Duneburgum, Lutzen, Rositen et Marienhusen, quae a Suetica Liuonia separata est, sicut per tempus induciarum, et haec bella, sub ditione fuit Regni Poloniae, ita virtute huius pacificationis Reges Regnumque Sueciae, in eam nil praetendant, *nisi per peculiaria pacta alia de illa conueniri in posterum poterit, saluis triennalibus inter Sueciam et Moschum induciis.*

XV

Cum vero Magnus Dux Moschouiae non modo dictam Liuoniam Polonicam omnem, sed etiam nonnulla loca Liuoniae Sueticae, armis occupata nunc teneat, ideo conuentum est, ut si Tractatibus vel armis a Moscho recuperari possint, respectiue a Suecia, post decursum induciarum triennalium, et nisi interea temporis inter Sueciam ac Moschouiam pax coaluerit, loca australis Liuoniae, et a Polonia loca septentrionalis siue Sueticae Liuoniae, teneatur utraque pars et caueat, se ad eadem loca, Suecia quidem Regi Regnoque Poloniae Polonicae, Polonia vero Regi Regnoque Sueciae Sueticae Liuoniae, ultro et non computatis belli expensis restituere.

 XVI. Titu-

XVI

Titulis et insigniis Liuoniae tum S. R. M. Sueciae Eiusque Successores ac Posteri Reges Sueciae, ratione septentrionalis, tum S. R. M. Poloniae Eiusque Successores ac Posteri, Reges Poloniae Magnique Duces Lithuaniae, ratione Curlandiae, Semigalliae et australis Liuoniae, promiscue utantur. Dux Curlandiae autem gaudeat titulo Curlandiae et Semigalliae, nulla facta Liuoniae mentione.

XVII

Quod religionem, eiusque exercitium in Liuonia Sueticae possessionis attinet, maneat in illo statu, quo fuit viguitque tempore induciarum, nec libertati conscientiarum vis aliqua inferatur.

XVIII

Ut constet exacta limitum ratio, nec in posterum lites super finibus, tum septentrionalis et australis Liuoniae, tum partium Cis-Dunanarum atque Curlandiae Semigalliaeque, suboriantur, deputentur utrinque Commissarii, qui, quam primum per securitatem a bello Moschouitico fieri poterit, in loco fines, ut sub induciis fuerunt, lustrent, et si qui controuersi sint, determinent.

XIX

Subditi fugitiui Liuoniae Sueticae, quicunque in Liuonia Polonica, Magnoque Ducatu Lithuaniae ac Ducatu Curlandiae et Semigalliae reperti fuerint, suis dominis reddantur: quod etiam vice versa obseruabitur, si qui subditi fugitiui Liuoniae Polonicae, M. Ducatus Lithuaniae et Ducatus Curlandiae Semigalliaeque in Liuonia Suetica reperti fuerint.

XX

Exulibus atque expulsis per hoc bellum quinquennale e Liuonia, eorum restituantur bona, donec ea pacate diuendant, vel iisdem aequiualens pretium refundatur.

XXI. Tituli

XXI

Tituli prouinciales in Liuonia omnes, tam ecclesiastici, quam seculares, qui hactenus a Polonia collati sunt, in perpetuum abrogentur, hoc tantum concesso, ut qui hoc tempore iis titulis fruuntur, saltem ad vitam iis gaudeant, sine ullis prouentibus aliisque praetensionibus, ne ulla exinde in praiudicium S. R. M. Regnique Succiae praetensio interea temporis et in futurum oboriatur.

XXII

Bona mobilia per Lithuanos, Samogittas ac Curlandos, Rigae vel alibi in Liuonia, deposita ac concredita, nec adhuc fisco adiudicata, aut aliis per donationes collata, propriis dominis restituantur. Nemo autem tenebitur ad eorum refusionem, quae ex mandato superiorum extradere necesse habuit, praestandam, prouti quoque de hac re superius, ratione bonorum Prussiae, quorum eadem hic ratio, determinatum et conclusum est.

XXIII

Debita inter utriusque partis subditos et incolas in Liuonia, M. Ducatu Lithuaniae Curlandiaeque contracta, utrinque soluantur. Si quae etiam in hoc bello ultimo obligationes ac recognitiones armis extorsae sint, de toto cassentur, nullumque pondus habere declarentur.

XXIV

Libera sint commercia inter utrumque Regnum et subiectas illis prouincias, subditos et incolas, et pristino exercitio restituantur; cumprimis liberum sit commercium incolis Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, et Polonicae Liuoniae, Curlandiaeque ac Semigalliae cum ciuitate Rigensi et subditis incolisue Liuoniae Sueticae, et vice versa; et thelonea atque vectigalia in flumine Duna ac Bulleraa, et maritima terrestriaque in Liuonia, eadem, et in iisdem locis tantum sint, quae et ubi a Suecis nunc possidentur ac sumuntur, nec ullis theloneis ac vectigalibus aliis mercimonia per Liuoniam dehinc grauentur, aut onerentur.

XXV. Ne

XXV

Ne vero commerciorum mutuorum curſus ullo modo impediatur, ſed augeatur potius, atque inter vicinas haſce gentes amplius firmetur, qui e Polonia, Lithuania, Liuonia Polonica ac Curlandia, et in has viciſſim e Suecia et prouinciis ſubiectis, in primis Liuonia, merces ſuperferunt, et negocia ibi ſua peragunt, gaudeant legibus ac ſtatutis locorum; ratione delictorum autem et actionum, ex contractibus mutuis naſcentium, iure imbi conueniantur, detineantur, et ad reſpondendum obligentur, iuſtitiam magiſtratibus locorum rite atque indilate adminiſtraturis.

XXVI

Nauigatio Mittauiam uſque, prout tempore induciarum fuit, libera permittatur, ſoluto ordinario theloneo.

XXVII

Salua item et in vigore conſeruetur conuentio illa, quae Anno 1640. inter Ducem Curlandiae et ciuitatem Rigenſem inita eſt, ſuper mercede redemptionis, pro illis bonis mercibuſque naufragis, quae ex Alba Ruſſia et vicinis locis, in flumine Duna deuehuntur, et ad ripam eius citeriorem allidunt; et obſeruabitur dehinc quoque deſignatio taxae, ſiue pretii ſuper quantitate illius mercedis, a Rigenſibus Anno 1639 facta.

XXVIII

In fauorem nauigationis ac commerciorum, maneant in poſterum ſigna nautica, ſiue pharus, vulgo *Feurbaken* dicta, in Domeſnes et Luſerort diſtrictus Piltinenſis exſtructa, certo canone (*bakgelt*) Rigae ſoluto. Et teneantur domini fundi cum eo, cui hoc negocium a S. R. M. Sueciae demandatum fuerit, de loco habitationi Miniſtri Suetici, phari excubatoris congruo, et lignatione pro certo emptionis pretio conuenire. Sed cum priori de Dondangen poſtulato ac requiſito delatum fuerit, res haec difficultate omni eſt caritura.

XXIX. Se-

XXIX

Serenissimus Rex eiusque Successores Reges, ac Respubl. Poloniae, nec non Sereniss. Elector Brandeburg. nullis nauibus aut classi Sueciae inimicae stationem aut receptaculum in ciuitatibus, portubus ac littoribus Prussiae ac Curlandiae permittant, vel ut dictis Ciuitatibus concedatur, patiatur, unde periculum et hostilitas ex portubus dictarum ditionum Sereniss. Regi Regnoque Sueciae, subiectisue Prouinciis ac populis inferri posset.

XXX

Sereniss. Rex Sueciae Illustriss. Dn. Iacobum, Curlandiae Ducem, una cum Sereniss. Coniuge, et tota Ducali domo comitatuque, pristinae libertati et statui intra binos a conclusa pace menses restituat, postquam Sacrae Regiae Maiestati Regnoque Sueciae, Dux cauerit peculiari reuersali de non vindicando, et hostile aliquid moliendo aduersus ipsius Maiestatem, eiusque Regnum ac Prouincias, deque non bellicis aedificandis et instruendis in posterum nauibus. Res quoque mobiles et supellex eiusdem Ducis, vel Mittauiae capta, vel Rigae antea deposita, et ante hanc pacificationem non abalienata, reddantur, nauibus exceptis. Literaria item documenta, acta Cancellariae, Archiua Ducis et incolarum, quae distracta hoc bello haud sunt, restituantur.

XXXI

Quidquid in Polonia et M. Ducatu Lithuaniae Prouinciisque annexis, per bellum hoc Sereniss. Regi Regnoque Sueciae, eorumque Ducibus, vel a priuatis, vel a communitatibus, exercitibus et districtibus, per necessitatem belli datum est, quocunque titulo diplomatum, obligationum et literarum, instrumentorum et actorum publicorum, ea omnia, quae supersunt, authographa, Serenissimo Regi et Reipubl. Polonae bona fide extradantur. Quodsi naufragio absorpta, aut tempore flagrantis belli distracta vel concremata sunt, omnia eiusmodi scripta, actaque priuata et publica, ex nunc cassentur, annihilentur et eliminentur, nihilque exinde Reges Regnumque Sueciae in prouincias, exercitus, districtus, vel priuatos in Polonia et M. Ducatu Lithuaniae, iuris praetendere velle, omni meliori modo, ex consensu utriusque partis, declaretur.

XXXII

Tormenta bellica maiora et minora in Polonia Magnoque Ducatu Lithuaniae reperta atque capta, et durante hoc bello, non auecta, siue sint Reipublicae siue priuatorum, siue Communitatum, a Serenissimo Rege Regnoque Sueciae, restituantur.

XXXIII

Sacra Regia Maiestas Regnumque Sueciae reddat Sereniss. Regi ac Reipublicae Poloniae, ex ea parte Prussiae, quam hactenus iure belli tenuit, Elbingam, Mariaeburgum et Stumam, cum pristinis suis territoriis et insula maiore et minore, et praeterea, quae in Curlandia ac Semigallia, loca adhuc praesidiis suis tenet, praesertim castellum Bausk, Duci Curlandiae restituat. Atque in his locis singulis restituendis, bona fide relinquantur omnia, quae in praesens reperiuntur, mobilia, ecclesiarum vasa, vestes sacrae, campanae, aliaque ad usum ecclesiarum seruientia, tum libri, Cancellariae, priuilegia et acta publica, tormenta item bellica et armamentaria, quae in iis locis reperta sunt, et adhuc ibi salua reperiuntur, Sueticis tormentis, et quae eo spectant, exceptis, prouti non minus de abductione horum, quam de tempore atque ordine restituendorum locorum, peculiaribus articulis infra conuentum est.

XXXIV

In compensationem horum omnium, S. R. M. Regnumque Poloniae et M. Ducatus Lithuaniae Gedani soluat ac numeret Sacrae Regiae Maiestati Regnoque Sueciae — — thalerorum Imperialium.

XXXV

Atque ut certo temperamento Polonia subleuetur, Sacrae Regiae Maiestati placuit, ut ex dicta summa pecuniaria subducantur et persoluta intelligantur illa quater centena millia thalerorum Imperialium, ad quae Celsissimus Princeps Transyluaniae Dom. Georgius Rakocius, ratione nouissimae cum Polonis transactionis, persoluenda obligatus est. Ita ut ea obligatione, ipso hoc Tractatu pacis, dictus Princeps eiusque haeredes, praesentibus et futuris temporibus, plane liberentur.

XXXVI. Si-

XXXVI

Similiter permittit Sereniſſ. Rex Succiae, ut de ſupra dicta pecuniae ſumma ſubtrahantur, et Gedani ſoluantur bis centena millia thalerorum Imperialium, quae Illuſtriſſimo Duci Croiano, Dom. Erneſto Bogislao, a Polonia debentur. Quodſi Polonia in praeſens, ac parata nunc pecunia, dicto Duci ſummam illam debitam non ſoluerit, pollicetur Sereniſſ. Rex ac Reſpublica Poloniae, ſe tradituram intra duos abhinc menſes, dicto Duci eiuſque mandatario praefecturam ſiue ſatrapiam Sluchauienſem, in Pomerellia ſitam, cum omnibus pertinentiis et prouentibus annuis, iure antichretico, ac loco pignoris et uſurae poſſidendam, quoadusque ipſi omnis illa ſumma pecuniaria praedicta perſoluta fuerit. Atque in maius huius rei robur, idem Sereniſſimus Rex et Reſpublica Poloniae, peculiaribus diplomatibus confirmet.

XXXVII

Reliqua ſumma — — Gedani a Polonia numeretur S. R. Maieſtatis Sueciae deputatis Commiſſariis: et dimidia quidem eius pars, antequam Mariaeburgum fuerit reſtitutum, altera vero illa reſidua ac media pars, quatuordecim diebus ante Elbingae reſtitutionem.

XXXVIII

Libera ſit Sereniſſ. Regi Regnoque Sueciae facultas conſcribendi militem ſtipendiarium in Polonia, Lithuania, Pruſſia aliiſque annexis et vicinis Prouinciis, eundemque delectum per ditiones iuris Polonici libere deducendi.

XXXIX

Sereniſſimus Rex et Regnum Poloniae Magnuſque Ducatus Lithuaniae ſpondent ac pollicentur, Illuſtriſſimi Ducis defuncti Dom. Ianuſſii Radziuilii filiae unicae, Illuſtriſſimae Principiſſae Annae Mariae, in adeundis haereditatibus et bonis paternis, ac integra materna dote aliiſue emolumentis, quae ipſi, tum legibus moribuſque gentis competere, tum ſolatio parentibus orbae, et ſub tutela viuentis virginis, eſſe poſſint, debitam ac condignam rationem habitum iri.

XXXX

Serenissimus Rex ac Respublica Poloniae recipiunt Dnum Radzieiowski, qui ante hoc bellum sub protectione Suetica vixit, in pristinam gratiam, et hisce declarant capacem bonorum suorum haereditariorum ac feudalium, nec non priorum beneficiorum.

XXXXI

Cum DD. Comites a Dohna plerumque adhaeserint Sereniss. Regibus ac Reipublicae Polonae, idcirco recipit Eius Maiestas ac Respublica Polona, se iisdem Comitibus satisfacturam, tum pro amissis in Liuonia bonis, tum pro summa illa pecuniaria, quam praetendunt a Polonia ante bellum, inter Poloniam et Sueciam, sibi deberi. Spondent autem interea temporis, et donec satisfactio praestita fuerit, se traditurum dictis Comitibus duas illas praefecturas, Christburgum et Tolchemitum, una cum omnibus pertinentiis ac prouentibus annuis, iure antichretico possidendas.

XXXXII

Serenissimus Rex et Respubl. Poloniae ex singulari liberalitate indulgent, ut defuncti Campi-Marschalli Dom. Comitis Vitembergi filius unicus, Leonhardus Ioannes, in solatium, ad vitam praefectura vel satrapia Chrone in Pomerellia sita, cum omnibus pertinentiis ac prouentibus annuis, gaudeat ac fruatur.

XXXXIII

Praesidium Sueticum, quod Strasburgo impositum, et cessa traditaque ultro in manus Poloniae urbe, inde deductum, sub itinere vero interceptum fuit, et adhuc contra datam fidem et morem gentium detinetur, qua Colonellum et Officiales, qua gregarios milites, una cum omnibus ad eos pertinentibus rebus, siue bellicis, siue aliis, 14 post conclusam pacem (diebus) Elbingae sine mora reddatur.

XXXXIV

Omnes captiui utrinque detenti, cuiuscunque sint conditionis ac status, nemine excepto, sine ullo pretio, liberi dimittantur. Et qui-

dem

dem Campimarſchalcus Dnus Comes Königſmarkius protinus ad ſubſcriptionem et ſubſignationem huius inſtrumenti pacis priſtinae libertati reſtituatur; qui vero in Pruſſia, intra tres; qui in Lithuania vel Ruſſia detinentur, intra tres menſes; qui in Polonia et Lithuania, intra ſex ſeptimanas, computando a praeſenti die, dimittantur; idem ex parte Sueciae ſeruabitur.

XXXXV

Praeterea S. R. M. et Regnum Poloniae Magnuſque Ducatus Lithuaniae id dandum cenſuerunt paci huic perpetuae, ut interpoſita ſua authoritate apud Chamum Ordaſque Tartarorum efficiant, quo et ſine lytro captiui in Tartaria Suetici intra ſex abhinc menſes inde dimittantur; dimiſſi vero per Regnum Poloniae, Magnumque Ducatum Lithuaniae annexaſque eis prouincias, libere ac tuto tranſeant, et benigne habiti ad prouincias ac ditiones iuris Suetici promoueantur.

XXXXVI

Si qui peditum, equitum, aut Dragonum, durante hoc bello, ultro vel coacte partem aduerſam ſecuti ſunt, eive militaria officia praeſtiterunt, pariter et milites transfugae a ſuis ditionibus et ſignis, qui vel in nouiſſimo hoc bello, vel durantibus adhuc prioribus induciis, in ciuitatibus, praeſertim Pruſſicis, aliiſue iuris Polonici oppidis ac territoriis degunt, ſuis dominis ſine contradictione reſtituantur.

XXXXVII

Demortuorum belli Ducum atque Officialium aliorum corpora, quae ſiue in Polonia ſiue in Pruſſia adhuc inhumata et nonnullis in locis adſeruata ſunt, tradentur, et non denegabuntur iis, quibus cura mandabitur, ea inde deducendi. Quorum autem cadauera, tum in priori, tum hoc ultimo bello, humata ſunt, in Elbingenſi, Malborienſi, et aliis in Pruſſia et Polonia templis, intacta iaceant, ſepulchra eorum ab omni violatione et inquietudine ſint immunia.

XXXXVIII

Acta, iudicata ac decreta, cuiuſcunque fuerint inſtantiae vel iudicii, contractus, tranſactiones, aliaque omnia belli huius tempore, ſiue

magiſtratuum authoritate et iudicialiter, ſiue extraiudicialiter geſta, nec ſtatui publico, uti is fuit ante bellum, derogant, vel huic pacificationi per expreſſum ſunt reſeruata, firmum robur obtineant, aeque ac ſi nulla regiminis atque magiſtratuum mutatio interueniſſet.

XXXXIX

Moneta Sacrae Regiae Maieſtatis Sueciae nomine et effigie in Ciuitatibus Pruſſiae Regiae impreſſa, comparis cum reliqua, quae in his oris viget, probitatis, in precio ſuo et uſu relinquatur.

L

Si cui, aut quibus non placuerit in Ciuitatibus ac territoriis Pruſſicis manere, ſed mutato domicilio, alio ſe conferre, liberum iis ſit, in ſpacio trium abhinc annorum, ſua diuendere, aliis elocare, aut pro ſuo libitu diſtrahere, ſine ullo impedimento, aut onere, ſub quocunque praetextu imponendo, ſaluis antiquis Ciuitatum iuribus et priuilegiis.

LI

Scripta famoſa, et Paſquilli, quibus laſciuae manus abiectarum mentium, nec Regibus et Regum miniſtris aliiſue honeſtis viris parcendo, ſe hactenus exercuerunt, in poſterum plane tollantur; et qui talia vel typographi amplius impreſſerint, vel nouellarum concinnatores ſupplantauerint, infamia notentur, et meritam de iure poenam ſubeant, animaduertente in eos ſeueriſſime, et iuſtitiam adminiſtraute cuiuſque loci Magiſtratu.

LII

Sacrae Regiae Maieſtati, Regnoque Sueciae, liberum ſit et integrum, omnia tormenta bellica, cum re armamentaria ac bellico apparatu, quae omnia poſt occupationem inuecta ſunt, ſiue in proeliis capta, ſiue ad uſum et cuſtodiam eo illata fuerunt, et adhuc in reſtituendis locis atque e capite Viſtulae, Gedanum nonnulla eorum nuper tranſlata ſunt, ſecum exportare et auehere.

LIII. De-

LIII

Deductio militiae Sueticae, una cum bellicis tormentis et instrumentis, re armamentaria et impedimentis, fiat Elbinga, dato libero transitu per Habum ac portum Pillauiensem, vel Vistulam eiusque ostium ad mare, prouti Generali militiae ac praesidiorum Praefecto visum fuerit. Et decedentibus militibus, siue pedites sint, siue equites, reique armamentariae inseruientes naues atque currus pro omnibus necessariis auehendis, a ciuitatibus ac subditis Maioris, Minoris ac Gedanensis insulae, nec non utriusque Neringiae et Varmiensis Episcopatus, sine precio, subministrentur. Caueat in posteriori casu Ciuitas Gedanensis militiae Sueticae de plena securitate ad ciuitatem commorandi, et sine periculo condescendendi naues, quibus inde mari ad Regnum Sueciae, aut eiusdem Prouincias alias, deuehi tuto possit.

LIV

Quodsi maritimo itineri non possit militia Suetica e Prussia se committere, sed terrestri in Liuoniam, vel Pomeraniam se conferre necesse habuerit, Sereniss. Rex et Respubl. Poloniae cum Colligatis suis, sufficientibus copiis militaribus saluiconducant, et praestent omnem militiam, tum pedestrem, tum equestrem cum suis Generalibus, Colonellis et Officialibus, tormentis et impedimentis indemnes atque immunes a periculis et insultationibus, tam clandestinis, quam apertis, ad Prouinciam et loca destinata; et dictae militiae necessarium victum, currus et equos pro auehendis tormentis atque impedimentis per Prouincias, quibus transeundum est, absque pretio subministrari faciant.

LV

Ante vero, quam ulla locorum restitutio fiat, conueniant Commissarii Polonici cum Generali militiae Sueticae Praefecto, de certa militiae eiusdem sustentatione, illico post conclusam Pacem, et prius quam Mariaeburgum restituatur, usque ad plenariam deductionem militiae, et Elbingae restitutionem, pendenda, et singulis decem diebus anticipanda.

LVI. Id

LVI

Id vero in reſtituendis locis obſeruetur, ut quam primum Commiſſariis Sueticis tradita fuerit Regis Poloniae Ratificatio, nec non interpoſita cautio Senatorum et Commiſſariorum Polonicorum, lege Comitiali ad latus Regis a Republica delegatorum, de tradenda, primo quoque tempore, et ad ſummum intra ſpatium trium abhinc menſium, Reipublicae ratificatione, tum Mariaeburgum cum Inſula Maiore ac Stumma cum eorum territoriis, deductis Elbingam praeſidiis Sueticis, reddantur in manus Commiſſariorum Regis ac Regni Poloniae, et actutum liber ſit atque non interturbatus, tam mari, quam terra, ſicut ante hoc bellum fuit, commerciorum uſus ac curſus poſtarum et literarum. Elbingam vero eiuſque territorium et Inſulam Minorem cum fortalitiis ibi extructis, nec non in Semigallia Bautſke, retineat Sereniſſimus Rex Regnumque Sueciae, donec ratificatio Reipublicae Polonae ſuper hac pace ſubſecuta fuerit. Qua tradita, Elbinga quoque cum munimentis omnibus, et Inſula Minore, et Bauske, intra dies 14 deductis ſine damno Incolarum praeſidiis, reſtituat.

LVII

Si quae poſthac graues controuerſiae, inter Regna Sueciae et Poloniae, iiſque ſubiectas Prouincias, incidere et ſuboriri contigerit, ea per Deputatos utrinque Commiſſarios ad fines Liuoniae, amicabili ratione complanentur. Si quae vero lites exortae fuerint, inter ſubditos et Incolas utriuſque partis, nec tranſigi de iis amicabiliter litigantes poſſint, ad competens forum remittantur, et iuſtitia indilate adminiſtretur.

LVIII

Pax haec ratihabeatur a Sereniſſ. Regibus Sueciae ac Poloniae, nec non Republica Polona: qua de re ad modum ſequentem venit. 1) Ut Inſtrumentum Pacis huius, manibus ac ſigillis DD. Commiſſariorum utriuſque Partis roboretur, et inuicem tradatur. Deinde ut Sereniſſimus Rex Poloniae idem quamtocius confirmet, et antequam ullius loci fiat reſtitutio, ſuam confirmationem tradat. 3) Ut Sereniſſimus Rex Sueciae ſolenni inſtrumento haec pacta, nomine ſuo et Regni Sueciae, rata habeat. 4) Ut Reſpubl. Polona idem inſtrumentum in Comitiis intra tres

tres ad ſummum menſes celebrandis, ſolenniter adprobet, et confecto inſtrumento, ac peculiari ceſſionis Liuoniae diplomate pariter exhibendo, ratificet. 5) Ut inſtrumenta haec ſolennia tum S. R. Maieſtatis Succiae, tum Reipubl. Polonae per utriuſque Partis Commiſſarios deputatos intra ſpacium trium abhinc menſium, ad limites territoriales inter Elbingam et Mariaeburgum ſine ulla excuſatione reddi utrinque et recipi debeant. 6) Denique, ut dicta tum Sereniſſ. Regum, tum Reipublicae Polonae inſtrumenta Ratificationum ad conuentam et praeſcriptam formulam, quoad titulaturam et ſigillationem aliaque requiſita, nulla voce aut ſyllaba mutata, conficiantur.

I

Sacra Caeſarea Maieſtas et Sereniſſ. Elector Brandeburgicus loca ac fortalitia omnia, quae armis viribuſque ſeparatis vel coniunctis occuparunt, et tenent in Pomerania, Sacrae Regiae Maieſtati Regnoque Sueciae; loca vero occupata et adhuc retenta in Holſatia et Sleſuicenſi Ducatu, aliiſue his annexis terris ac ditionibus, degenti Holſatiae Duci lineae Gottorpianae, Celſiſſ. Principi Dno — — una cum omnibus tormentis bellicis, re armamentaria caeteroque apparatu bellico, nec non mobilibus cuiuſcunque nominis ac generis, Actis item Cancellariae, Archiuis et literariis documentis, quae tempore occupationis vel deditionis inibi reperta ſunt, deductis e locis iſtis, et dictis prouinciis, praeſidiariis militibus et copiis, intra ſpatium quatuor a concluſa hac pace hebdomadum, reſtituant. Et quod Pomeraniam attinet, Sacra Regia Maieſtas Regnumque Succiae et Elector Brandeburgicus poſſideat, utraque pars dehinc, ut poſſedit ante hoc bellum, vigore pacis Germanicae et Pacti inter utramque partem ſpecialiter conuenti.

II

Imperator poſthac nihil impedimenti vel moleſtiae directe vel indirecte adferat, aut adſerri patiatur Sereniſſimo Regi, eiuſque Succeſſoribus Regibus, Regnoque Succiae in iis, quae ipſis vi Pacis Germanicae, Oſnabrugis et Monaſterii Weſtphalorum concluſae, competunt ac debentur. Sed id omne plenae executioni mandet mandari-

que faciat, quae S. R. Maiestatem Regnumque Succiae in prouinciis Re- eius Germanicis concernunt, et nondum executioni data sunt, et Regiam Maiestatem Regnumque Succiae in iis omnibus manuteneat ac conseruet.

III

Sacra Caesarea Maiestas non impediet in posterum, quo minus S. R. Maiestas eiusque Successores Reges Regnumque Sueciae gaudeant ac fruantur Imperii constitutionibus, iuribusque omnibus, quibus caeteri Imperii Constatus ac membra gaudent ac fruuntur, et caeteris, quibus Serenissimis Regibus Regnoque Sueciae in instrumento pacis Germanicae prouisum est.

IV

Senator Regni Sueciae et Campi - Marschalcus, Dnus Comes a Königsmarck, et si qui praeterea in prouinciis et ditionibus Electoris Brandeb. bonis ac facultatibus suis hoc bello exuti sunt, in ea, facta hac pace, plenarie et sine ulla tergiuersatione restituantur, nec competat illis, quibus collata sunt eorum bona, ulla in ea praetensio ex nunc et in perpetuum.

V

Nullis siue Officialibus, siue gregariis militibus, qui sub signis Sueticis in hoc bello militarunt, siue aliis, qui toga Sueciae obstricti fuerunt, et subditi aut vasalli sunt Imperatoris et Electoris Brandeburgici, sit id in damno, sed omnes illi in pristinum statum, quoad honores atque bona, indilate restituantur, tum in Regnis ac Prouinciis Imperatoriis, tum ditionibus ac prouinciis Electoris Brandeburgici, gaudeantque uniuersi et singuli eorum plenaria amnistia et indemnitate.

Quae de caetero tractanda et concludenda sunt, utpote de eliberatione captiuorum, vel arresto detentorum, et praesidii Strasburgensis, ea poterunt articulis Polonicis innecti, et hi eo adoptari.

LI. *Pro-*

LI

Procuratorium Serenissimi Regis Poloniae posterius.

Ex editione Instr. Pacis Gedanensi prima.

Nos Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. etc. etc. Notum testatumque facimus Uniuersis et Singulis, quorum interest, quod, cum ad tractatum instituendum, de praesenti hoc bello, eoque diuturno et funesto, conuenienter sopiendo, deque facienda pace perpetua inter Nos Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, Nostrosque Foederatos ab una, et Serenissimum Principem, Nepotem, Consanguineum et Vicinum nostrum, Dominum Carolum, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. et Regnum Sueciae, eiusque Confoederatos ab altera parte, modus et via iniri coeperit, atque Serenitatis Suae nomine declaratum et contestatum sit, nihil, quod ad eiusmodi tractatum inchoandum, instituendum et plene perficiendum merito requiri poterit, a parte eiusdem Suae Serenitatis desideratum iri: Ideo testaturi constans Nostrum propositum, et animi propensionem, ad promouendum dictae pacis negotium, non modo in praefatum Tractatum consensimus, sed illico etiam deputauimus et constituimus veros et legitimos Nostros, ad supradictum Tractatum, Commissarios, Illustrissimos, Illustres, Magnificos et Generosos, Nobis sincere fideles et dilectos, DD. *Ioannem Comitem a Leszno*, Palatinum Posnaniensem, Sac. Reginalis Maiestatis Marschalcum, Generalem Maioris Poloniae, Mariaeburgensem, Corsuuensem; *Georgium Comitem in Wisnicz*, Supremum Regni Campique Marschalcum, Generalem Minoris Poloniae, Cracouiensem, Scepusiens. Chmielnicens. Nizinens. Pereaslauiens. Olstinens. Casimiriens. *Nicolaum in Prazmow*, Supremum Regni Cancellarium, nominatum Episcopum Luceoriensem, Abbatiae Sieciechouiens. perpetuum Administratorem, Praepositum Cracouiens. *Christophorum Pac*, Supremum M. Duc. Lithuaniae Cancellarium, Wilkouistens.

kouiſtenſ. Kozienicenſ. Kleſczelenſ. Oſtrinenſ. *Ioannem Andream Morſtyn de Raciborsko*, Referendarium Regni, Koualienſ. Zauichoſtenſ. *Vladislaum de Naglouice Rey*, Theſaurarium Curiae Regni, Sac. Reginalis Maieſtatis Cancellarium, Neokorcynenſem, Libuſſienſ. *Ioannem in Gnin Gninski*, Succamerarium Palatinatus Pomeraniae, Gneſnenſem, Gubernatores; dictiſque Noſtris Commiſſariis, Nomine et Auctoritate Noſtra Regia non modo de Praeliminaribus, et iis, quae ad viam Tractatui Principali inchoando, complanandam, facere deprehendentur, ſtatuant et concludant; Sed etiam principale Pacis ſtabiliendae negotium, omniaque et ſingula, quae quocumque modo ad ſubortas hinc inde controuerſias componendas et finaliter terminandas, ut et ad mutua utriuſque Partis commoda prouehenda pertinere videbuntur, omni meliori modo, via et ratione agant, tractent et ſtatuant concludantque, concluſa inſtrumento inſerant, inſerta vero et tranſacta firment, et perficiant, atque adeo Pactorum Conuentorum Inſtrumenta inuicem commutent. Nos ea, quae ſupra nominati Noſtri Plenipotentiarii Commiſſarii ſiue omnes ſimul, ſiue in unius vel alterius abſentia, reliqui eorum, in ſaepe dicto Pacis negotio tam Praeliminari, quam Principali, Noſtro Nomine egerint, tractauerint et concluſerint, omni meliori modo firma, rata grataque habituros. In quorum fidem maiorem praeſentes manu noſtra ſubſcriptas, Sigillo quoque noſtro maiori communiri iuſſimus. Datum Gedani, die quarta Menſis Aprilis, Anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo.

Ioannes Caſimirus Rex.

(L. S.)

Stephanus Hankiewitz,

Secret. Regius.

LII. ***Pro-***

LII

Procuratorium
Caroli XI. Regis et Regni Sueciae.

Ex editione Inſtr. Pacis Stetinenſi.

Nos Carolus, Dei gratia, Suecorum, Gothorum Vandalorumque Rex et Princeps haereditarius, Magnus Princeps Finlandiae etc. etc. etc. Notum teſtatumque facimus Uniuerſis et Singulis, quorum intereſt. Quod, cum ad Tractatum inſtituendum, de praeſenti hoc bello, eoque diuturno et funeſto, conuenienter ſopiendo, atque facienda perpetua pace inter Nos Regnumque noſtrum Sueciae, et noſtros Foederatos ab una, et Sereniſſimum Principem, Fratrem, Conſanguineum et Vicinum noſtrum, Dominum Ioannem Caſimirum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. nec non Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, eiuſque Foederatos, inprimis Sereniſſimum et Potentiſſimum Principem, Fratrem, et Conſanguineum noſtrum, Dominum Leopoldum, electum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, et Slauoniae Regem, Archiducem Auſtriae, Ducem Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carynthiae, et Carniolae, Marchionem Morauiae, Ducem Luxemburgiae, ac Superioris et Inferioris Sileſiae, Würtembergae et Tekae, Principem Sueuiae, Comitem Habſpurgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi et Goritiae, et Landgrauium Alſatiae, Marchionem Sac. Rom. Imperii, Burgouiae ac Superioris et Inferioris Luſatiae, Dominum Marchiae Slauonicae, Portus Naonis et Salinarum: Nec non Sereniſſimum et Celſiſſimum Principem, Conſanguineum et Vicinum noſtrum, Dominum Fridericum Wilhelmum, Marchionem Brandeburgenſem, Sacrae Rom. Imperii Archi-Camerarium et Principem Electorem, Magdeburgi, Pruſſiae, Stetini, Pomeraniae, Caſſubiorum, Vandalorum, nec non in Sileſia Croſnae et Carnouiae Ducem, Burggrafium Norinbergenſem, Principem Halberſtadii et Mindae etc. ab altera parte, modus et via iniri coeperit: Atque Suae Serenitatis, ut et Alte memoratorum Eiuſdem Confoederatorum Nomine declaratum et conſtitutum ſit, nihil, quod ad eiuſmodi tractatum inchoandum, in-

ſtituendum et plene perficiendum merito requiri poterit, a parte Eiuſdem Suae Serenitatis et Reipublicae Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, ut et ſuperius Alte memoratorum Confoederatorum deſideratum iri: Ideo teſtaturi conſtans Noſtrum propoſitum et animi propenſionem ad promouendum dictae Pacis negotium, non modo in praefatum Tractatum conſenſimus, ſed illico etiam deputauimus et conſtituimus, ſicut etiam vigore praeſentium deputamus et conſtituimus, veros et legitimos noſtros ad ſupradictum Tractatum Commiſſarios, Illuſtres, Magnificos et Generoſos, Nobis ſincere fideles ac dilectos, Dn. *Magnum Gabriel de la Gardie*, Comitem in Lekóó et Arenſburg, Lib. Baronem in Eckholm, Dn. in Habſal, Magnushoff et Hoyendorp, Noſtrum Regnique Noſtri Theſaurarium, Generalem Gubernatorem Liuoniae, et Locumtenentem Noſtrum per Eſthoniam, Liuoniam et Ingriam, Militiae Generalem, Iudicem Prouincialem Weſtergothiae et Daliae, nec non Academiae Upſalienſis Cancellarium; et Dnum *Benedictum Oxenſtierna*, Comitem in Korsholm et Waſa, Lib. Bar. in Moreby et Lindholmen, Dnum in Koporium et Roſersberg, Cancellariae Conſiliarium: Et Dnum *Chriſtophorum Carolum Schlippenbach*, Comitem in Schóueda, Lib. Bar. in Liuſála, Dnum in Salinge, Conſilii Bellici Praeſidem, omnes vero Noſtros Regnique Noſtri Senatores, nec non Dnum *Andream Guldenclau*, Noſtri per Pomeraniam Regiminis ac Conſilii Satus, ut et Supremae Curiae Iuſtitiae Praeſidem, Haereditarium in Skonela, Eckeby, Hylinge et Hulderſtadt; dictiſque Noſtris Commiſſariis plenam poteſtatem damus, ut congreſſi cum Alte memoratae Suae Serenitatis, et Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, ut et ſaepius Alte memoratorum Confoederatorum ad talem actum cum plena poteſtate deputatis et conſtitutis Dnis Commiſſariis, Nomine et Auctoritate Noſtra Regia, non modo de praeliminaribus, et iis, quae ad viam Tractatui principali inchoando complanandam facere deprehenduntur, ſtatuant et concludant, ſed etiam principale Pacis ſtabiliendae negotium, omniaque et ſingula, quae quocumque modo ad ſubortas hinc inde controuerſias componendas et finaliter terminandas, ut et ad mutua utriuſque partis commoda prouehenda pertinere videbuntur, omni meliori modo, via et ratione agant, tractent, ſtatuant et concludant, concluſa Inſtrumento inſerant,

inserta

inserta vero et transacta firment et perficiant, atque adeo Pactorum Conuentorum Instrumenta inuicem commutent. Promittimus itaque verbo Nostro Regio, ac vigore huius Procuratorii, Nos ea, quae supra nominati Nostri plenipotentiarii Commissarii siue omnes simul, siue in unius vel alterius absentia bini eorum in supradicto Pacis negotio, tam Praeliminari, quam Principali, cum supradictae Suae Serenitatis et Reipublicae Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, ut et memoratorum Eorum Confoederatorum Dnis Commissariis, egerint, tractauerint, sanciuerint et concluserint, omni meliori modo firma, rata, grataque habituros. In quorum fidem ac certitudinem maiorem praesentes, manu Honoratissimae et Charissimae Matris nostrae, Nec non Nostrorum Regnique nostri Senatorum subscriptas, Regni nostri Sigillo firmari iussimus. Dedimus Gothoburgi, die quarta Martii Anno 1660.

Hedewig Eleonora.

Petrus Brahe, Comes in Wisingsborg.
Gustauus Bonde.
Wilhelm Taube.
Christiern Horn.

Sevedt Baadt.
Gabriel Oxenstiern, Comes in Kersholm et Wasa.
Per Lenerson Ribbing.
Canutus Kurch.
Gustauus Posse.

Axel Lillie.
Carolus Mauritius Loewenhaupt, Comes de Rosburg et Falkenstein.
Erick Flemming.
Georgius Flemming.

(L. S.) Eduardus Ehrenstein.

Godofredus von Schröer
Reg. Leg. Sued. Secr.

LIII

Procuratorium Posterius Sacrae Caesareae Maiestatis.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Leopoldus, Diuina Fauente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac German. Hungariae, Bohem. Rex, Archidux Austriae etc. etc. etc. Significamus Uniuersis, et Singulis, quorum interest, et qui hasce Nostras Litteras visuri vel audituri sunt: Quod, cum Tractatus Pacis inter Sereniss. et Potentiss. Principem Dominum Ioannem Casimirum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. nec non Regnum Poloniae et Magn. Ducat. Lithuaniae, ac Nos, Aliosque Eiusdem Confoederatos ab una, et quondam Sereniss. et Potentiss. Principem Carolum Gustauum, Suecorum, Gothorum Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. Et Regnum Sueciae, Eiusque Confoederatos ab altera Partibus restaurandae, nuper inchoati, et nunc post eiusdem ex hac vita decessum, inter Serenissimum et Potentissimum Principem, Dominum Carolum, modernum Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. et Regnum Sueciae, siue eiusdem Tutores, et Regentes ex hac Parte continuandi sint; Nos benigne confisi de fide, rerum usu et prudentia Illustris et Magnifici, nec non Nobilium, Nostrorum et Sacri Imperii fidelium dilectorum, *Francisci Caroli Comitis a Kollowrath* in Reichenau, Nostri Consiliarii, Camerarii, et Adpellationum in Arce Pragensi Praesidis, *Ioannis Francisci a Baruitz, Liberi Baronis de Fernemont*, Nostri Consiliarii Bellici, Armamentarii Praefecti, Colonelli, et Maioris Glogouiae Capitanei Prouincialis, et *Francisci Liberi Baronis de Lysola*, Consiliarii Nostri Cameralis Aulici, Eosdem ad dictos Tractatus Legatos Nostros deputauerimus, eisque mandatum et plenipotentiam dederimus, ut simul omnes, vel casu, quo aliquem, vel aliquos ex iisdem abesse, vel morbo aliaue de caussa impediri contingeret, unus vel duo, cum dictorum Regis et Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, tum Regis quoque et Regni

gni Succiae, fiue eiufdem Tutorum, et Regentum Plenipotentiariis conueniant, ac de iis rebus, quae ad honeftam, firmam et ftabilem pacem atque amicitiam reducendam, atque communem omnium fecuritatem ftabiliendam fpectant, tractent, ftatuant et concludant; prout vigore huius Plenipotentiae, et mandati Noftri, dictis Legatis Noftris coniunctim, vel diuifim omnimodam ad dicta omnia damus facultatem, promittentes bona fide, et in verbo Imperatorio, Nos ea omnia, quae Noftro nomine a dictis Plenipotentiariis Noftris gefta, conclufaque fuerint, rata et grata habituros. In cuius rei fidem praefens Mandatum Noftrum figillo Noftro Imperatorio muniri iuffimus.

Datum in Ciuitate Noftra Viennae, die quinta Menfis Aprilis, Anno Domini millefimo fexcentefimo fexagefimo, Regnorum Noftrorum Romani fecundo, Hungariae quinto, Bohemici vero quarto.

Leopoldus.

(L. S.)

Georgius Ulricus

Comes a Wolkenftein.

Ad mandatum Sac. Caef. Maieftatis proprium

I. Walderode.

LIV

Procuratorium Principis Electoris Brandeburgici posterius.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Fridericus Wilhelmus, Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius et Princeps Elector, Magdeburgi, Prussiae, Iuliae, Cliuiae, Montium, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum Vandalorumque, nec non in Silesia Crosnae et Carnouiae Dux, Burggrauius Norinbergensis, Princeps Halberstadii et Mindae, Comes Marcae et Rauensburgi, Dominus in Rauenstein etc. Notum testatumque facimus uniuersis et singulis, quorum interest, et qui Nostras hasce litteras visuri vel audituri sunt: Quod, cum ad Tractatus instituendos, de praesenti hoc Bello conuenienter sopiendo, deque Pace perpetua facienda, inter Serenissimum et Potentissimum Principem, Dominum Ioannem Casimirum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae, etc. etc. etc. Cognatum, Affinem, et Fratrem Nostrum Charissimum, Regnumque Poloniae, et Magnum Lithuaniae Ducatum, nec non Nos, aliosque Eiusdem Confoederatos ab una: Et Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum Carolum, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, et Principem Haereditarium, Magnum Principem Finlandiae etc. etc. etc. Cognatum Nostrum Charissimum, Regnumque Succiae, et eius Confoederatos, ab altera parte, modus atque via iniri coeperit, et in eum finem utrinque conuenerit, ut dicti Tractatus Pacis, primo quoque tempore per utriusque Partis et Earum Confoederatorum Plenipotentiarios inchoarentur, Nos, ne promouendo tam salutari operi deesse videremur, Nostros quoque Commissarios ad hos Tractatus deputauerimus et constituerimus, prout hisce veros et legitimos deputamus et constituimus, Magnificos et Generosos respectiue Consiliarios Nostros Status intimos, Cancellarium in Ducatu Pomeraniae, Iudicii adpellationum in Prussia supremi Consiliarium, et Praefectos Hohensteiniensem, Leoburgensem, Bytouiensemque, sincere Nobis

bis Dilectos et Fideles, *Ioannem ab Hoverbecke*, Haereditarium in Eichmedien, Baranowen, Domkaw et Gejerswalde, Electoratus Nostri Brandenburgici Dapiferum Haereditarium, *Laurentium Christophorum a Somnitz*, Haereditarium in Grumsdorf, Dreno et Gerbero, nec non Haereditarium Camerarium in Pomerania Ducali, et *Albertum ab Ostau*, Haereditarium in Neruicken et Kegels, plenam His dantes potestatem, ut congressi cum Alte memoratorum Regum et Eorum Confoederatorum ad talem Actum cum plena potestate Deputatis et Constitutis Dominis Plenipotentiariis, nomine et auctoritate Nostra Electorali, non modo de Praeliminaribus, et iis, quae ad viam Tractatui Principali inchoando complanandam facere deprehendentur, statuant et concludant, sed etiam principale Pacis stabiliendae negotium, omniaque et singula, quae quocumque modo ad subortas hinc inde controuersias componendas et firmiter terminandas, ut et ad mutua utriusque Partis et Earum Confoederatorum commoda prouehenda pertinere videbuntur, omni meliori modo, via, et ratione agant, tractent, statuant et concludant, conclusa Instrumento inserant, Inserta vero et transacta firment et perficiant, atque adeo Pactorum Conuentorum Instrumenta commutent. Promittimus itaque Verbo Nostro Electorali, ac vigore huius Procuratorii, Nos ea, quae supra nominati Nostri Legati Plenipotentiarii, siue omnes simul, siue in unius absentia bini Eorum in saepe dicto Pacis Negotio tam Praeliminari, quam Principali, Nostro Nomine egerint, tractauerint, sanciuerint et concluserint, omni meliori modo firma, rata grataque habituros. In quorum fidem maiorem praesentes manu Nostra subscripsimus, Sigilloque Nostro Electorali communiri iussimus.

Dabantur in Arce Nostra Coloniae ad Spraeam 10. 20. Mensis Martii, Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo.

Fridericus Wilhelmus Elector.

(L. S. appensi.)

LV
Reuerſales Ducis Curlandiae, de non vindicando.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Iacobus, Dei gratia in Liuonia Curlandiae et Semigalliae Dux. Notum teſtatumque facimus, quod, poſtquam per concluſam inter Sereniſſimos ac Potentiſſimos Sueciae et Poloniae Reges et Regna pacem, de Noſtra Sereniſſimaeque Coniugis, et Ducalis Domus Noſtrae eliberatione, ut et in Curlandiae et Semigalliae Ducatum plenaria reſtitutione conuentum ſit; Nos ſpeciali hoc Reuerſalium diplomate, honore Principis, et verbo veritatis Chriſtianae promittimus, ſtipulamur et cauemus, quoad fieri poteſt validiſſime, Nos ob captiuitatem noſtram, aliaſque hactenus perpeſſas aduerſitates et damna, nulla ratione, clam aut palam, directe vel indirecte, per Nos, vel per alios contra Sacram Regiam Maieſtatem Regnumque Sueciae, eique ſubiectas ditiones ac ſubditos, aut illorum bona, ex nunc et in perpetuum aliquid vindicaturos, vel aliquomodo offenſuros: ſalua manente fidelitate et obligatione, Regibus Regnoque Poloniae et Magno Ducatui Lithuaniae. In cuius rei fidem maiorem manu noſtra ſubſcripſimus, et ſigillo noſtro ſcientes roborari fecimus datas die 10 Menſis Aprilis An. 1660.

LVI. *Cau-*

LVI

Cautio Comitis Koenigsmarkii, de non vindicando.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Sacrae Regiae Maieſtatis Sueciae Senator, Campi-Mareſchallus, et Gubernator Ducatuum Bremenſis ac Verdenſis, *Ioannes Chriſtophorus Koenigsmark*, Comes in Weſterwick et Stegholm, Dominus in Rotenburg et Neuhaus.

Notum teſtatumque facio. Quandoquidem inter Sereniſſimos et Potentiſſimos Reges et Regna Poloniae ac Sueciae circa inſtitutos de pace Tractatus de mea quoque eliberatione, certo modo conuentum eſt, ideo ſecundum tenorem eiuſdem Conuentionis per has litteras Reuerſales, verbo veritatis Chriſtianae, ut et ſub fide et honore Comitis ſpondeo, et promitto, quod circa captiuitatem ac detentionem meam tam in perſona, quam bonis, ſubortas mihi moleſtias et aduerſitates, cuiuſcunque illae ſint generis, aduerſus S. R. M. et Regnum Poloniae, illiuſque incolas et ſubditos, uti et ſpecialiter aduerſus Ciuitatem Gedanenſem, eius Magiſtratus, Officiales, miniſtros, ciues, incolas, cuiuſcunque ſint ſtatus et conditionis, non vindicabo, neque ipſis in eorum perſonis vel bonis, ſiue clam ſiue palam, per me vel per alios, directe vel indirecte, quocunque id fieri poſſit modo, ullum incommodum aut periculum in futurum inferam, vel creabo: ſalua tamen fide et obedientia, Regibus Regnoque Sueciae a me debita. In cuius rei fidem has litteras Reuerſales propria manu ſubſcripſi, et iiſdem ſigillum meum ſubappreſſi.

LVII. *Lit-*

LVII

Litterae Sacr. Caeſ. Maieſt. ad Iohannem Caſimirum, Regem Poloniae, die 24 Martii Anno 1660.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Sereniſſime et Potentiſſime Princeps,

Auuncule et Frater Chariſſime,

Celare Serenitatem Veſtram noluimus, veniſſe huc paucis ante diebus Miniſtrum Gallicum, Colbert nomine, a Reuerendiſſimo D. Cardinale Mazarino ad Oratorem Hiſpanicum, apud Nos reſidentem, ablegatum eius negocii, quod ad promouendam pacem cum Suecia pertinet, maturandi cauſa. Quando igitur tanti non noſtra modo, et caeterorum Foederatorum, ſed Serenitatis quoque Veſtrae, et inclyti illius Regni intereſt, pacem hanc non ſeorſim cum ſingulis, ſed cum omnibus uniuerſim componi, quantum ipſa Serenitas Veſtra, pro Sua prudentia, optime intelligit: dedimus in commiſſis, Noſtris ad Tractatus cum Suecis illic Deputatis Legatis, ut cum eadem Serenitate Veſtra de hac re, agant noſtro nomine; Qui proinde eandem beneuole amanterque requirimus, ut non modo eoſdem Legatos Noſtros haud grauatim audire, ſed conſilia ſua tam quoad concluſionem pacis, quam ſuum inde abitum moderari velit, ne ſemet aeque ac caeteros Foederatos, adeoque cauſam tam grauem communem modicae alicuius morae impatientia, vel loci taedio praecipitet. Id quod omnino de ſua non minus maturrima prudentia et aequanimitate, quam ſingulari affectus erga Nos propenſione, omnino confidimus. Qui viciſſim Serenitati Veſtrae

Vestrae amantissimi nepotis et fratris affectum beneuolentissime conseruantes, Eidem omnia ex animi sententia euenire prolixissime cupimus. Dabantur in Ciuitate Nostra Viennae, die 24 Martii An. 1660. Regnorum Nostrorum Romani II. Hungariae V. Bohemiae IV.

Serenitatis Vestrae

bonus frater et nepos
Leopoldus.

LVIIII
Responsoriae Regis Poloniae ad Sacrae Caesareae Maiestatis litteras.
Ex Codice MS. Zalusciano.

Serenissimo ac Potentissimo Principi, Dno Leopoldo, Diuina fauente clementia Electo Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slauoniae Regi, Archi-Duci Austriae, Duci Burgundiae, Stiriae, Carynthiae, Carniolae et Virtembergae, Comiti Tyrolis, Nepoti et Fratri Nostro Charissimo, Ioannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae, Smolensciae, Czernichouiaeque, nec non Suecorum, Gottorum Vandalorumque Haereditarius Rex, salutem et fraterni amoris incrementum.

Serenissime et Potentissime Princeps, Domine Nepos et Frater Charissime. Quo studio in pacem hanc, cuius Tractatui incumbimus praesentes, feramur, plurima Maiestati Vestrae dedisse iam documenta nulli dubitamus, dum ea potissimum de causa in hasce ultimas Regni Nostri

Noſtri oras Nos contulerimus; iamque quartum et amplius menſem huic ſoli inſudamus operi, ut eius exitum laeti exciperemus. Et quod maximo cuique propenſionis Noſtrae ad eam ipſam pacem argumento eſſe poſſit, nihil Nos amore et deſiderio eius conſequendae non concedere parti aduerſae: Cum et ultronea Regni Sueciae abdicatione, et nobiliſſimae Prouinciae Liuoniae (indubitati Regni huius iuris) conceſſione, parare eam deſtinauerimus. Cumque idem Tractatus iam eo proceſſerit, ut eius concluſio intra breue tempus conſequi poſſit, (niſi ſtudioſa mora alicui Partium illum in longum trahere intentio ſit,) ſat pro Noſtra, adeoque communi cauſa in hunc uſque diem a Nobis allaboratum eſſe arbitramur. Et ſicut nunquam in animum Noſtrum induximus, eam ipſam communem cauſam deſerere; ita eidem totis Noſtris conatibus adſtipulari hactenus non intermiſimus. Qua propter rebus ad eam maturitatem in hoc Tractatu deductis, diſceſſum Noſtrum inde (nullo loci taedio, aut morae impatientia, ſed permagnis Regni totius moti neceſſitatibus,) accelerandum paucos poſt dies (dantes id inprimis poſtulationi Maieſtatis Veſtrae, cum iam in procinctu eſſemus,) propoſuimus, Varſauiamque Nos transferimus, ordinarium reſidentiae locum: ne, dum uni parti dominiorum Noſtrorum ſanandae curam Noſtram applicamus, eandem reliquis, quae non minore indigent medela, ſubtraxiſſe videamur. Quos enim et quantos progreſſus hoſtis Moſchus in Lithuania eatenus fecerit, conſtare probe Maieſtati Veſtrae exiſtimamus. Cui amantiſſimi Patrui affectum promti deferimus. Eidem fauſtiſſima quaeque a Deo precati.

Datae in Regia Noſtra Gedanenſi, die - menſis Aprilis A. D. MDCLX. Regnorum Noſtrorum Poloniae XII. Sueciae XIII.

LIX. *Pro-*

LIX

Instrumentum Coniunctionis Armorum, inter Serenissimum Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. et Serenissimum Regem Sueciae etc. etc. etc.

Ex Codice MS. Zalusciano.

Quandoquidem Deo clementer annuente Serenissimus Rex et Regnum Succiae ad sinceram pacem et amicitiam, cum Serenissimo Rege Regnoque Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae, per Tractatus Pacis feliciter redierit, ac uterque sese obstrinxerit, ut mutuam utilitatem, commodum ac securitatem sincere procurare ac promouere teneantur; ad quem scopum attingendum nihil expeditius visum fuit, quam si communi ope, viribus et consilio, arma et studia coniungerentur, ad expurgandam Moschis, eorumque adhaerentibus Poloniam, Lithuaniam, et utramque Poloniae et Sueciae Liuoniam, ac remouenda omnia obstacula, quae communem Dominiorum utriusque Regum tranquillitatem ab illa parte impediunt, et ad optatam pacem cum Magno Duce Moschouiae eo citius et efficacius consequendam. Circa quod specialis conuentio inter Partes per eosdem, Reuerendissimum, Illustrissimos et Excellentissimos DD. Utriusque Partis Commissarios Plenipotentiarios, in Pacis Instrumento nominatos, conuentum est in eum, qui sequitur, modum:

I

Ad praedictum finem restaurandae Pacis et Securitatis, et ut ad eorum restitutionem Dux Moschouiae communibus armis adigatur, quae ab utriusque Regum imperio abstulit, Serenissimus Rex et Regnum Sueciae toto hoc bello durante, instructum cum omnibus pertinentiis et re tormentaria sub signis suis, ac Generali Campi-Mareschallo habebit exercitum Quindecim Millium Militum, partim equitum, partim peditum, quibuscum vel ipse contra descriptum hostem, eiusque confoederatos et adhaerentes aget in Liuonia suae possessionis, vel ipsa

Moſchouia, aut cum Polono vel Lithuano exercitu in Lithuania, Alba Ruſſia, ſiue Liuonia Polonica, vel ipſa Moſchouia coniunget, iuxta rerum exigentiam, habito deſuper communi conſilio. Quibus Sereniſſimus Rex Poloniae, quoties pro ſua defenſione in propriis illius Prouinciis militabunt, victum et ſubſiſtentiam prout proprio militi ſuo ſuppeditabit.

II

Similiter Sereniſſimus Rex Poloniae pro communi Partium utilitate, durante hoc bello, pari armorum ac militum praeſidio, Sereniſſimo Regi Sueciae, eiuſque Statibus in Liuonia Sueticae poſſeſſionis contra praememoratos hoſtes, ſi neceſſitas exiget, ſuccurret, quibus etiam ſimiliter Sereniſſimus Rex Sueciae victum et ſubſiſtentiam, quam diu pro ipſis et in ipſorum territoriis ſunt militaturi, ſubminiſtrare prout proprio militi debebit.

III

Neutri parti liberum ſit pacem, inducias, ſiue armiſtitium aliquod tractare, et multo minus concludere cum Moſchis, atque eorum adhaerentibus, ſine alterius partis praeſcitu et conſenſu, ac praeſentia Deputatorum, donec plenaria partibus facta fuerit in reſtitutione ablatorum ſatisfactio.

IV

Quodſi contingat, ut Moſchus Liuonia Suetica relicta in Lithuaniam, vel annexas Prouincias, aut Polonicam Liuoniam et Curlandiam cum exercitu inuadat: tunc Sereniſſ. memoratus Rex Sueciae exercitum hoſtilem in ditionibus Sereniſſ. Regis Poloniae, omnibus copiis proſequi, oppugnare, et iungere ſe exercitui Polono ſiue Lithuano tenebitur. Sin autem ab exercitu Moſchouitico impeditus eſſet: mittet nihilominus contra Moſchouiticum exercitum in Lithuania competentes copias, quas ultra propriam defenſionem habere poterit. Idem obſeruabitur ex parte Sereniſſ. Regis Poloniae, ſi relictis Statibus Regni et M. D. Lithuaniae hoſtis ditiones Sereniſſimi Regis Sueciae aggredi voluerit.

V. Quan-

V

Quando utriusque Partis copiae coniunctae fuerint, expeditiones militares omnes communi utriusque Partis Generalium et Ducum consilio, et consensu, suscipientur. Si in terris ad Serenissimum Regem Poloniae spectantibus bellum geratur, belli directio ad Sereniss. Regem Poloniae, siue absens siue praesens fuerit, spectabit, et Eidem Maiestati imperium in exercitum auxiliarem competet. Similiter etiam quando copiae Polonicae vel Lithuanicae pro Sereniss. Rege Sueciae in terris ad Suam Maiestatem spectantibus certabunt, idem iuris statuetur. De caetero salua erit utriusque Partis Generalium in milites suos iurisdictio, et aequalis semper inter milites utriusque Partis laborum secundum numerum eorumdem proportionata distributio; et hoc de consilio et consensu utriusque exercitus Generalium.

VI

Cum vero Magnus Dux Moschouiae non modo dictam Liuoniam Polonicam omnem, sed etiam nonnulla loca Liuoniae Sueticae armis occupata nunc teneat, ideo conuentum est, ut, si armis a Moscho recuperari possint, respectiue a Suecia loca Australis Liuoniae, et a Polonia loca Septentrionalis siue Sueticae Liuoniae, tenebitur utraque pars se eadem loca, Suecia quidem Regi Regnoque Poloniae et Magno Duci Lithuaniae, Polonia vero Regi Regnoque Sueciae ultro et non imputatis belli impensis restituere.

VII

Loca quoque, Urbes, Castella, et Fortalitia in Lithuania, siue Alba Russia, solo Suetico exercitu e potestate Moschouitica recuperata, in manus Serenissimi Regis, vel Generalium M. D. L. ultro similiter, et non imputatis belli impensis, et sine mora tradentur.

VIII

Loca quoque, Arces, Fortalitia, siue integrae Prouinciae, conquisitae per exercitus Sueticos in Moschouia, penes Suecos cum illorum praesidiis remanebunt; quae vero Polonico vel Lithuanico exercitu ibidem conquirentur, penes Poloniam vel Lithuaniam, eorumque

 praesidiis

praesidiis munientur. Si vero utriusque insimul exercitus Polonici vel Lithuanici, et Suetici armis, ope, viribus et consilio, aliqua loca vel prouinciae ibidem occupatae fuerint, ex utroque exercitu praesidia in ea imponentur, et utriusque Regum iurisdictioni subiacebunt, donec de eo, conuentione particulari, inter utramque Regiam Maiestatem transactum fuerit.

IX

Si Moschi aut eorum asseclae huius conuentionis odio, vel alio quouis colore, intra decennium post hoc bellum finitum, Serenissimum Regem Poloniae aut eius successores in Polonia, Lithuania, Liuonia vel Vcraina, armis suis infestare tentauerint, Serenissimus Rex et Regnum Sueciae tenebuntur ipsi subuenire, requisito militum numero et re tormentaria; et vicissim eodem casu Sereniss. Rex Poloniae per totum illud decennium, post confectam pacem, tenebitur subsidium Sereniss. Regi Sueciae suppeditare: de quibus auxiliis mutuo ferendis specialis declaratio fiet inter Utramque Regiam Maiestatem Poloniae et Sueciae.

X

Ad confoederationem hanc Reges, Principes, et Respublicae, si Partibus ita visum fuerit, admittentur, et inuitabuntur.

XI

Tractatus hic Foederis offensiui intra — mensium a die subscriptionis numerandorum spatium, a Sua Regia Maiestate Poloniae et Deputatis a Republica Commissariis ab una, et Sereniss. Rege et Regno Sueciae ab altera parte approbabitur, eodemque tempore tradetur et permutabitur. Dictus tamen Tractatus interea temporis ab utraque Parte fideliter obseruabitur.

XII

Quae omnia sancte et inuiolabiliter obseruatum iri Pars utraque sub fide sua promittit. In quorum euidentiam et robur conscripta sunt bina huius Tractatus eiusdem tenoris instrumenta, quae inuicem tradita Nos utriusque Partis Plenipotentiarii manibus propriis subscripsimus, et Sigillorum Nostrorum impressione approbauimus.

LX. *Pro-*

LX

Proteſtatio Legati Neoburgici, ſuper non admiſſa, in Tractatu Pacis, per Legatos Brandeburgicos, Domini ſui admiſſione.

Ex Actis *Metrices* Cancell. Min. R. Poloniae.

Poſteaquam Sereniſſimus Dux Neoburgicus, Princeps Palatinus Rheni, per me infra ſcriptum Suum Conſiliarium Status Intimum, a longo ſatis tempore tam apud S. R. Maieſt. Poloniae, quam apud Illuſtriſſ. et Excellentiſſimos Dnos Legatos Plenipotentiarios Sereniſſimi Regis et Regni Sueciae, inſtanter inquiſiuit, ut praeſentibus pacis Tractatibus tanquam amicus, et utrique Regum ſtrictiſſimis ſanguinis vinculis nexus includeretur; factaeque ſint non ſemel tam ex parte Poloniae, quam ex parte Sueciae, declarationes cum ore, tum ſcriptis, de incluſione iſthac: iam vero intelligam, ex parte Sereniſſimi Domini Electoris Brandeburgici, contra eandem tantas fieri oppoſitiones, ut nulla ratione in ipſam conſentire velint Illuſtriſſimi et Excellentiſſimi DD. Legati Brandeburgici, adductis in eam rem rationibus, quas et mos hactenus inter Principes Chriſtianos a ſaeculis receptus, et infinita exempla ſuperiorum temporum, et ratio denique ipſa refutant, ac conuincunt. Equidem non ſpero fore, ut eiuſmodi contradictionibus moueantur aut Polonici aut Suetici DD. Legati Plenipotentiarii ſupradicti; quin potius rogo atque contendo, ut, quod quibuſuis aliis, etiam exteris vix negatur, quodque toties promiſſum eſt, tam amico et addictiſſimo Principi concedatur. Sin autem, quod plane non ſpero deprecorque, locus relinquatur excluſioni iſti, a DD. Brandeburgicis poſtulatae: morari ſane ſalutare tantae Pacis opus mearum non eſt virium, multo minus id intendit Sereniſſimus Princeps, Dnus meus Clementiſſimus, qui quantum hactenus in promouendo totius Pacificationis negotio laborauit, utraque Pars paciſcens teſtari poterit: facere tamen non queo, quin contra eiuſmodi oppoſitionem Brandeburgicam omni meliori modo proteſter, petamque mihi authenticum dari documentum, quo declaretur, utramque Coronam principaliter

paciſcentem incluſionem iſtam Suae Serenitatis libenter fuiſſe admiſſuram, ſi ſine iſtis contradictionibus Brandeburgicis, etiam ſimplicem incluſionem nulli rei praeiudicantem praefracte negantibus, et pacem alias retardaturis, fuiſſet, ut Serenitas Sua cum Amicis Regibus ac Principibus, de aliis modis proſpiciendi ſecuritati Suae agere ac conuenire poſſit, poſteaquam illi amicam iſtam incluſionem praecluſere, qui nihil hactenus, quam ſtudium pacis uniuerſalis et tranquillitatis publicae prae ſe tulerunt, imo erga Serenitatem Suam de deſiderio ſingularis amicitiae ſincero, tam alibi quam per me ipſum toties teſtati fuerunt.

Signatum Oliuae, Kalend. Maii 1660.

Ioann. Erneſtus a Rautenſtein.

LXI
Manifeſtatio Legationis Polonicae, ſuper non admiſſa, in Tractatu Pacis, incluſione Comitis Palatini Rheni.

Ex Actis *Metrices* Cancell. Min. R. Poloniae.

Notum ac teſtatum ſit hiſce, quorum intereſt. Quod, cum Sereniſſimus Princeps ac Dominus Dnus Philippus Guilihelmus, Comes Palatinus Rheni, Bauariae, Iuliae, Cliuiae ac Montium Dux, Comes in Veldentz, Sponheim, Marcae, Rauensbergae et Moers, Dominus in Rauenſtein, a Sacra Regia Maieſtate Poloniae et Sueciae, Dno Noſtro Clementiſſimo, per Illuſtriſſimum Dnum Ioannem Erneſtum a Rautenſtein, Serenitatis Suae Conſiliarium Status Intimum requiſiuerit, quo Tractatibus Pacis, die 3. Maii Anni Currentis Oliuae feliciter concluſis, tanquam utriſque Sacris Regiis Maieſtatibus Regniſque Poloniae ac Sueciae principaliter hac vice paciſcentibus primum ſanguinis, tum aliis vinculis nexibuſque coniunctus, et Princeps amicus, more inter Principes

cipes recepto includeretur; Sacram Regiam Maiestatem Poloniae et Sueciae, Dominum Nostrum Clementissimum, Eiusdemque nomine Legatos Suos, Regnique Poloniae ac M. D. Lithuaniae Plenipotentiarios, inclusionem istam libenter omnino et promte fuisse admissuros. Cum vero Dni Legati Electorales Brandeburgici, mandata prohibitoria allegantes, ad consensum adduci nulla ratione possent, quidquid Legatio Polonica instaret, ac praenominatus Dnus Ablegatus Neoburgicus urgeret; nec soli licuit ista Serenitatis Suae inclusio Poloniae, praesertim quum rupturam potius minarentur DD. Brandeburgici, quam ad concessionem istius inclusionis se paterentur flecti. Declaratur autem praesentibus litteris, penes Poloniam neutiquam stetisse, quo minus saepe dicta inclusio Serenitatis Suae fieret: nec non supra memoratum Serenitatis Suae Dnum Ablegatum et Consiliarium Intimum nihil intermisisse operae, fidei ac industriae, quae ad exequenda mandata hac in re sua, et ad promouendum pacis negotium ulla ratione facere vel conducere potuerunt. In quorum maiorem fidem dabantur etc.

LXII

Manifestatio Legationis Suecicae super non admissa, in Tractatu Pacis, inclusione Comitis Palatini Rheni.

Ex Actis *Metrices* Cancell. Min. R. Poloniae.

Cum Serenissimus Princeps ac Dominus Dnus Philippus Guilielmus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariae, Iuliae, Cliuiae ac Montium, tam a Sacra Regia Maiestate Sueciae, Dno quondam Nostro Clementissimo Gloriosissimae recordationis, quam a Nobis, Plenipotentiariis Suis et Regni Sueciae Legatis, per Generosum Dominum Ioannem Ernest. a Rautenstein, Suum Consiliarium Status Intimum, requisiuerit, ut ad maiorem securitatem Suam ac ditionum Suarum Tractatibus Pacis, per gratiam Dei feliciter nunc conclusis, tanquam utrique Coronae principaliter hic paciscenti diuersis sanguinis aliisque vinculis nexus et

amicus

amicus Princeps, more inter Christianos Principes hactenus semper recepto includeretur, Nosque in hoc speciale mandatum altissime memoratae S. R. Maiestatis Suae iam dudum accepissemus, ut ex Parte Sueciae, quantum in Nobis fuerit, inclusionem istam promoueremus, postquam ad rem ventum esset, et Nos articulum istum proponeremus, declararetur etiam ex Parte Poloniae per Illustrissimum Dnum Mediatorem, se inclusionem illam tam amici Principis libenter admissuram: tantas tamen fuisse oppositiones Legationis Electoralis Brandeburgicae, illam obstinatissime etiam ad ultimum usque subscriptionis momentum, obtentu mandati, quod accepissent, prohibitorii impedientis, ut coacti tandem simus, si quidem salutarem Pacis conclusionem, nimis diu iam protractam, tandem ad optatum finem perduci voluerimus, hac vice ab inclusione ista, quam etiam ex sola Sueciae Parte admittere plane noluit praedicta Legatio Brandeburgica, supersedere, posteaquam nullae in contrarium tam a Nobis, quam a supra dicto Serenitatis Suae Consiliario Intimo, adductae validissimae rationes locum inuenire potuere, et nulla amplius spes superfuit fore, ut res tam aequa et omni rationi consentanea obtineretur. Declaramus igitur hisce, penes Nos aut Coronam Sueciae plane non stetisse, quod inclusio ista modo proposito fieret, quandoquidem satis nobis perspectum est, quanto fauore et studio prosequuta semper sit S. R. Maiestas et Regnum Sueciae Serenitatem Suam, et quam cordi habuerit ipsius ac ditionum suarum securitatem. Cui ut etiam inposterum omni meliori modo prospiciatur, ex Parte Sueciae nihil intermissum iri speramus, testati serio, supra dictum Suae Serenitatis Consiliarium Intimum nihil praetermisisse eorum, quae ad exequenda mandata Sua, et ad promouendum Pacis negotium, quod Serenitati Suae semper fuit curae atque cordi, facere ulla ratione potuerunt. In quorum maiorem fidem. Dab. Sabbothi, 6 Maii Anno 1660.

LXIII. *For-*

LXIII
Formula
Reuerſalium Ducis Holſatiae.

Ex editione Inſtr. Pacis Regiomontana.

Nos NN. Dei Gratia Haeres Noruegiae, Dux Sleſuici, Holſatiae, Stormariae et Ditmarſiae, Comes in Oldenburg et Delmenhorſt etc. Notum teſtatumque facimus, quod, cum Pace, inter Sereniſſimum Regem Poloniae, Eiuſque Foederatos, utpote Sacram Caeſaream Maieſtatem, et Sereniſſimum Electorem Brandeburgicum ex una; Et Sereniſſimum Regem Sueciae ex altera parte, inita de reſtituendis uno, poſt commutatas Pactorum Ratificationes, menſe, Locis et Ditionibus ad Nos ſpectantibus cautum ſit: Nos profecto Fide Ducali hiſce promittere, ob bellum geſtum in Prouinciis Noſtris et inde perpeſſa damna, nulla ratione clam aut palam, directe vel indirecte, via iuris vel facti, per Nos vel per alios, contra praetactam Sacr. Caeſar. Maieſtatem, Eiuſque Regna, Terras ac Prouincias, et Sereniſſimum Regem, Remque publicam Poloniae, tum quoque Sereniſſimum Electorem Brandeburgicum, Eiuſque Terras et Prouincias, aliquid unquam in vel extra Imperium Romanum, Belli iſtius et Expeditionis praedictae cauſa moturos, aut aliquid a praenominatis Partibus Paciſcentibus hoc nomine poſtulaturos. In quorum fidem praeſentes Manu Noſtra ſubſcriptas, Sigillo Noſtro Ducali roborari fecimus. Dabantur etc.

Ad Mandatum

Illuſtriſſimorum atque Excellentiſſimorum

DNN. Legatorum Suecicorum

ſubſcripſit

Godofredus von Schröer,

Legat. Secretarius. mp.

LXIV

Instrumentum Pacis Perpetuae, inter S. Regiam Maiestatem et Rempubl. Poloniae, Eiusque Confoederatos ex una, et inter S. Regiam Maiestatem Regnumque Sueciae ex altera parte, ad Gedanum in Monasterio Oliuensi, III. Maii An. MDCLX initae et conclusae.

Ex editione Gedanensi prima.

In Nomine Sacro-Sanctae et Indiuiduae Trinitatis.

Notum sit uniuersis et singulis, quorum interest, aut quomodo libet interesse potest: Postquam a multis annis, bella diffidiaque inter Serenissimos Reges Regnaque Poloniae et Sueciae orta, et interdum Induciis, praecipue vero Sexennalibus An. 1629. deinde viginti Sexennalibus, Anno 1635. sopita et composita fuerint, ac denique inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum Dominum *Iohannem Casimirum*, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae, etc. etc. etc. Et Serenissimum ac Potentissimum Principem et Dominum Dominum *Carolum Gustauum*, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. deuentum sit ad bellum, quod non solum dictos Reges, Regnaque eorum per plures annos exercuit, sed et Poloniae Foederatos ac belli Socios, videlicet Serenissimum et Potentissimum Principem ac Dominum Dominum *Leopoldum*, Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae et Slauoniae Regem, Archi-Ducem Austriae, etc. etc. etc. Serenissimo Regi Regnoque Poloniae ad eiusdem requisitionem auxilia ferentem, nec non Serenissimum Principem ac Dominum Dominum *Fridericum Wilhelmum*, Marchionem Brandeburgicum, Sacri Rom. Imperii Archi-Camerarium et Principem Electorem, Magdeburgi, in Prussia, etc. etc. etc. Ducem, inuoluit; unde multa Christiani Sanguinis effusio,

ſio, cum plurimarum Prouinciarum deſolatione ſecuta eſt, tandem Diuina bonitate factum, ut utrinque de Pace uniuerſali inter Regem Remque publicam Polonam et Eius Confoederatos ac belli Socios ab una, et Regem Regnumque Sueciae ab altera parte, ſuſcepta ſit cogitatio, opera et ſtudio Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis ac Domini Domini *Ludouici* XIV. Galliarum et Nauarrae Regis Chriſtianiſſimi, qui huic Paci conciliandae Mediationem obtulit, et in ipſo negotio Pacis, per Illuſtriſſimum et Excellentiſſimum Dominum *Antoniam de Lumbres*, Dominum de Herbingen, Loos et la Cloye, Comitem Conſiſtorianum, Regiique Ordinis Equitem, Legatum Suum, eandem Mediationem Sereniſſimis Regibus Poloniae et Sueciae, nec non Sereniſſimo Electore Brandeburgico acceptantibus, praeſtitit. In eum ergo finem ex mutua Partium conuentione conſtitutus eſt dies quintus Ianuarii anni 1660. Congreſſui Plenipotentiariorum Oliuae inſtituendo. Comparentes igitur ſtatuto tempore ac loco omnium Paciſcentium legitime conſtituti Legati Plenipotentiarii, a Parte quidem Sereniſſimi Regis, Reique publicae Poloniae, Illuſtriſſimi et Excellentiſſimi Domini, ex ordine Senatorio quidem, Dominus *Iohannes Comes a Leſzno*, Palatinus Poſnanienſis, Reginalis Maieſtatis Supremus Aulae Praefectus ac Mareſchallus, Generalis Maioris Poloniae, Mariaeburgenſis, Corſunenſis Gubernator: Dominus *Georgius Lubomirsky*, Comes in Wiſnicz et Iaroſlavv, Supremus Regni et Campi Mareſchallus, Generalis Cracouienſis, Scepuſienſ. Chmielnicenſ. Pereaslauienſ. Caſimirienſ. Olſtinenſis Gubernator: Dominus *Nicolaus in Prazmovv Prazmovvsky*, Supremus Regni Cancellarius, Nominatus Epiſcopus Luccorienſis et Breſtenſis, Abbatiae Sieciechouienſis Adminiſtrator perpetuus, Praepoſitus Sancti Michaelis Eccleſiae Collegiatae in arce Cracouienſi: Dominus *Chriſtophorus Pac*, Supremus Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarius, Nilcouiſcenſis, Oſtrinenſ. Kozienicenſ. Kleſzczelenſ. et Nemonocenſ. Gubernator: Ex ordine vero Equeſtri, Dominus *Iohannes Andreas de Raciborsko Morzſtin*, Referendarius Regni, Kovvalenſis et Zauichoſtenſis Gubernator: Dominus *Vladislaus de Naglovvice Rey* Theſaurarius Curiae Regni, Reginalis Maieſtatis Cancellarius, Neokorcinenſ. Libuſſienſ. Kamionacenſ. Gubernator: Dominus *Iohannes in Gnin Gninsky*, Pomeraniae Succamerarius, Gneſnenſis Gubernator.

 Et

Et a Parte Foederatorum Poloniae, videlicet Sereniſſimi Imperatoris Romanorum, Illuſtriſſimi et Excellentiſſimi Domini, Dominus *Franciſcus Carolus Libſteinsky*, S. R. I. *Comes a Kollovvrat*, Dominus in Reichenavv, Sacrae Caeſ. Regiaeque Hungariae et Bohemiae Maieſtatis Conſiliarius, Camerarius, Iudicii Maioris Prouincialis Aſſeſſor, Regius Locum tenens, et Appellationum in Arce Pragenſi Praeſes: Dominus *Franciſcus Liber Baro de Liſola* a Thieſe et Marienfeld, Conſiliarius Cameralis Aulicus: Et Sereniſſimi Electoris Brandeburgici, Illuſtriſſimi et Excellentiſſimi Domini, Dominus *Ioannes ab Hoverbecke* in Eickmedien, Baranoven, Geyerſwalde et Domkavv Dominus et Haeres, Suae Serenitatis Conſiliarius Status Intimus, Electoratuſque Dapifer Haereditarius, Hohenſteinenſis Praefectus: Dominus *Laurentius Chriſtophorus a Somnitz*, in Grumſdorff, Drenov et Gerbero Dominus et Haeres, Suae Serenitatis Conſiliarius Status Intimus, et Orientalis Pomeraniae Cancellarius, Eiuſdemque Ducatus Camerarius Haereditarius, Lauenburgenſis et Butouienſis Praefectus: Dominus *Albertus ab Oſtavv*, in Nervviken et Kegelſet, Dominus et Haeres, Suae Serenitatis in Supremo Ducalis Pruſſiae Appellationum Iudicio Conſiliarius.

A Parte vero Sereniſſimi Regis Regnique Sueciae, Illuſtriſſimi et Excellentiſſimi Domini, Dominus *Magnus Gabriel de la Gardie*, Comes in Leckov et Arensburg, Liber Baro in Eckholmen, Dominus in Habſal, Magnushoff et Hoyendorp, Regiae Suae Maieſtatis Regnique Sueciae Senator et Theſaurarius, Generalis Gubernator Liuoniae, et Locum tenens per Eſthoniam, Liuoniam et Ingriam, Militiae Generalis, Iudex Prouincialis Veſtergothiae et Daliae, nec non Academiae Vpſalienſis Cancellarius: Dominus *Benedictus Oxenſtierna*, Comes in Korsholm et Waſa, Liber Baro in Moreby et Lindholmen, Dominus in Coporium et Roſersberg, Suae Regiae Maieſtatis Regnique Sueciae Senator et Cancellariae Conſiliarius: Dominus *Chriſtophorus Carolus Schlippenbach*, Comes in Schowede, Liber Baro in Liuſala, Dominus in Salinge, Suae Regiae Maieſtatis Regnique Sueciae Senator et Conſilii Bellici Praeſes: Et Dominus *Andreas Güldenklavv*, Dominus et Haeres in Schönela, Ekeby, Hylinge et Hulderſtadt, Regiae Suae Maieſtatis Conſiliarius Status, et per Pomeraniam Regiam Regiminis ac Con-

ac Confilii Status, ut et Supremae Curiae Iuftitiae Praefes. Poft inuocatum Diuini Numinis auxilium, mutuafque Plenipotentiarum Tabulas, (quarum apographa fub finem huius Inftrumenti, de verbo ad verbum inferta funt, *) rite commutatas, Tractatus Pacis aufpicato inchoatus eft. Et licet in eius fere decurfu praememoratus Sereniffimus Rex Sueciae, difponente ita Diuina Prouidentia, mortali hac vita decefferit: Tractatus tamen hic, renouatis a Sereniffimo et Potentiffimo Principe ac Domino Domino *Carolo*, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Rege et Principe Haereditario, Magno Principe Finlandiae, etc. etc. etc. Plenipotentiarum Tabulis, (quae ad calcem huius Tractatus quoque inferuntur, **) feliciter continuatus eft, ac tandem ad Diuini Nominis gloriam, et Chriftianae Reipublicae Salutem, Partes omnes in mutuas Pacis et amicitiae leges confenferunt et conuenerunt, tenore fequenti.

I

Sit Pax uniuerfalis ac perpetua, et vera finceraque amicitia inter Sereniffimum et Potentiffimum Principem ac Dominum Dominum *Ioannem Cafimirum*, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. Eiufque Regiae Maieftatis Succeffores ac Pofteros, Reges Poloniae et Magnos Duces Lithuaniae, Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae, atque fubiectas illis Ditiones ac Prouincias, ut et Eiufdem Maieftatis et Regni Poloniae Confoederatos, inprimis Sereniffimum et Potentiffimum Principem ac Dominum, Dominum *Leopoldum*, Electum Romanorum Imperatorem femper Auguftum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae Regem, Archi-Ducem Auftriae, etc. etc. etc. Eiufque Maieftatis Haeredes ac Succeffores, Prouincias ac Ditiones, intra vel extra Imperium Romanum fitas: Et Sereniffimum Principem ac Dominum, Dominum *Fridericum Wilhelmum*, Marchionem Brandeburgicum, Sacri Rom. Imperii Principem, Electorem et Archi-Camerarium, Magdeburgi, Pruffiae, etc. etc. etc. Ducem, Eiufque Serenitatis Haeredes ac Succeffores, Prouincias et Ditiones, in vel extra Imperium Romanum fitas, ab una: Atque Sereniffimum et Potentiffimum Principem

* Nos quidem fequuti narrationem PASTORII, fupra adtulimus N. VII-XI.

** Has quoque, fecundum PASTORIUM, ante dedimus No. LII.

cipem ac Dominum, Dominum *Carolum*, Suecorum, Gothorum et Vandalorum Regem, Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. Eiusque Maiestatis Successores ac Posteros Reges Suecorumque Regnumque Sueciae, atque subiectas illis intra vel extra Imperium Ditiones ac Prouincias, ab altera parte: Ita, ut altera pars alteri posthac nihil hostilitatis aut inimicitiae, clam aut palam, directe vel indirecte inferat, vel per suos aut per alios inferri faciat, nec alterius hostibus auxilia quocunque nomine praestet, nec cum alterius hostibus foedera huic Paci contraria ineat, nec quicquam in alterius status et securitatis diminutionem per se, vel per alios moliatur aut tentet, vel tentari faciat: Sed utraque pars alterius utilitatem, honorem et commodum promoueat, et fidam inuicem vicinitatem, Pacem et amicitiam serio colat ac seruet. Pacta vero ac foedera omnia, quae partes paciscentes inter Se, vel cum aliis Principibus ac Statibus utrinque sancita habent, quoad omnia sua puncta, clausulas et articulos, integra, et in pleno robore suo permaneant: Ita tamen, ut per ea praesens Transactio Pacis nullum praeiudicium patiatur.

II

§. 1. Sit utrinque perpetua obliuio et amnestia eorum omnium, quae, quocunque loco modoque, a quacunque paciscentium parte hactenus hostiliter facta sunt, ita, ut nec eorum, nec ullius alterius rei causa vel praetextu, ulla pars alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiae, specie iuris aut via facti inferat, aut per suos aliosue inferri faciat.

§. 2. Hac generali Amnestia gaudeant omnes et singuli, cuiuscunque Status, conditionis et Religionis fuerint, ut et omnes Communitates, quae ab utrinque partes hostiles secutae sunt, aut in hostilem possessionem deuenerunt. Nec ullis hoc bellum praeiudicio et noxae sit, in suis Iuribus, Priuilegiis ac Consuetudinibus generalibus et specialibus, tam in Ecclesiasticis, quam in Ciuilibus Profanisue, quibus ante hoc bellum gauisi sunt, sed iis in totum fruantur, secundum leges Regni: Nec ullis communitatibus aut priuatis actio, ratione adhaesionis hosti, intentabitur, ita ut nemini liceat alicui negotium facessere, ratione illius adhaesionis hostilis, aut eam exprobrare.

§. 3. Ciui-

§. 3. Ciuitatibus Pruſſiae Regalis, quae in poſſeſſione Suae Regiae Maieſtatis, Regnique Sueciae hoc bello fuerunt, manebunt itidem omnia Iura, Libertates et Priuilegia, quibus ſiue in Eccleſiaſticis, ſiue in Profanis potitae ſunt ante hoc bellum, (ſaluo libero, uti ante hoc bellum viguit, in praedictis Ciuitatibus Catholicae et Euangelicae Religionis exercitio,) earumque territoria, Magiſtratus, Communitates, Ciues, Incolas et ſubditos, S. Reg. Maieſtas Poloniae eadem qua olim Clementia et gratia Regia inpoſterum proſequetur, fouebit et tuebitur. Dabitur iiſdem quoque facultas, aedificia publica et priuata per iniuriam belli deſtructa, reficere et reaedificare: Pro his vero, quae neceſſitate defenſionis deſtructa ſunt, minime tenebuntur. Quoad ea vero, quae militiae Sueticae tributi loco, ab utriuſque Inſulae ſubditis exſoluere neceſſe fuit, a nemine moleſtia inferetur; Sicut et propter decimas alioſue cenſus, quibus ſubditi Inſulani ſatisfacere tempore belli minime potuerunt, non turbabuntur.

§. 4. Cunctae actiones et inquiſitiones aduerſus illos, qui partibus hoſtilibus hoc bello adhaeſerunt, vel eaſdem ſecuti eſſe inſimulantur, quibuſcunque in locis Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Pruſſiae Regalis, Curlandiaeque habitent, cuiuſcunque ſtatus et conditionis, aut Religionis ſint, ſiue priuati vixerint, ſiue officio publico functi, aut ſeruitio Suae Maieſtatis Sueciae in ſago vel toga adſtricti fuerint, inſtitutae, nec dum finitae et ad executionem deductae, abrogentur, omnique executione careant in perpetuum: et inpoſterum contra eos nulla unquam quaeſtio, vel actio ex hac cauſa inſtituetur.

§. 5. Quae durante hoc ultimo bello, iure Fiſci, ex occaſione ac praetextu adhaeſionis aut protectionis alterius partis, cuiquam ſiue Nobili ſiue Plebeio, cuiuſcunque Status, conditionis ac Religionis adempta, vel Fiſco illata, vel aliis collata ſunt bona, ſiue Regia ac Reipublicae, ſiue etiam priuatorum ſunt, mobilia quidem, ſi tradita ſunt, modernis poſſeſſoribus relinquantur: Si vero eiuſmodi iura caduca, hactenus in executionem deducta non ſunt; antiquis poſſeſſoribus relinquantur, neque ulla actio dehinc aduerſus Communitates aut Priuatos, ratione eiuſmodi bonorum, intentetur. Bona vero immobilia, haereditaria, aduitalitia et iure Hypothecae poſſeſſa, Fiſco applicata, tum quorum donationes et largitiones factae ſunt, ſiue iam ante tradita, ſiue nondum tradita

dita ſunt, maneant penes antiquos Dominos, ceſſantibus de caetero omnibus actionibus, ratione redituum, ſiue ex publicis ſiue ex priuatis bonis perceptorum.

III

Sereniſſimus ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus *Iohannes Caſimirus*, Rex Poloniae, pro ſe, ac haeredibus poſteriſque ſuis, amore Pacis, vigore huius Inſtrumenti Pacis, ſolenniter ex nunc et in poſterum * renunciat omnibus praetenſionibus in Regnum Sueciae et Magnum Principatum Finlandiae, et alias ipſis ſubiectas Prouincias, Regiones, Ditiones, Ciuitates, Caſtra et Munimenta, ſiue haec omnia nuper, ſiue ab antiquo acquiſita ſint, nec non in bona auita, in Regnum Sueciae, dictaſque Prouincias et bona, praeſentibus vel futuris temporibus nihil quicquam praetenſurus. Quoad Titulos et Inſignia ita conuentum eſt, quod Sereniſſimus Rex Poloniae, prout hactenus, ita inpoſterum ad dies vitae ſuae, utetur integris titulis et ſigillis Inſignibuſque Regni Sueciae in Polonia, et ad omnes Principes, Status et Priuatos extra Sueciam, ſine ullo tamen plenariae ſupra dictae renunciationis praeiudicio. Dictis vero Titulis et Inſignibus non utetur ad Sereniſſimos Reges Regnumque Sueciae, in literis aliiſue Diplomatibus, aut Scriptis, ſed obſeruabitur ab utrinque receptus hactenus modus abbreuiandorum titulorum cum Etcaeterationibus, ita ut poſt verba, *Magnus Dux Lithuaniae*, tres Etcaeterationes in Titulo moderni Sereniſſ. Regis Poloniae, et viciſſim poſt verba, *Magnus Princeps Finlandiae*, tres Etcaeterationes in Titulo Sereniſſimi Regis Sueciae, adiiciantur. Inſignibus tamen Regni Sueciae in Sigillis Regis et Reipublicae, dum in Sueciam ſcribetur, penitus omiſſis. Poſt obitum vero moderni Sereniſſimi Regis Poloniae, Succeſſores eius et Reſpublica Polona in Titulos et Inſignia Sueciae nil unquam praetendent; ſed utrinque Reges et Regna, ſuis quiſque Titulis et Inſignibus tantum plenarie gaudebunt et utentur.

IV. §. 1.

* Sic eſt in editione Gedanenſi, Lipſienſi, atque ea, quae adiecta eſt LOCCENII Hiſtoriae Suecanae, p. 904. item PUFENDORFII Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, p. 42. In Stetinenſi, Regiomontana, aliis, legitur *in perpetuum*.

IV

§. 1. Serenissimus Rex et Status Ordinesque Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, a modo et in perpetuum cedunt vi huius Pacificationis Serenissimo Regi Sueciae, eiusque Successoribus Regibus Regnoque Sueciae, omnem illam Liuoniam Trans dunanam, quam Suecia hactenus per tempus Induciarum tenuit et possedit, ut et partes Cisdunanas omnes, et Insulam Rünen in mari sitam, quas per idem tempus Induciarum Suecia tenuit et possedit; nec non quicquid Iuris Regibus et Reipublicae Poloniae in Esthoniam et Osiliam hactenus ullo modo competere poterat. Atque haec quidem omnia et singula cum omnibus suis pertinentiis, terrestribus et maritimis, Urbibus, Arcibus, Propugnaculis, Bonis et Prouentibus, nec non Iuribus, Iurisdictionibus, Regalibus et Superioritatibus, tam in Ecclesiasticis, quam in Politicis, nullis penitus exceptis, in plenum Dominium et proprietatem Regum Regnique Sueciae transferunt; Ordinesque et Subditos in illa Liuonia, eiusque recensitis Partibus, omni erga Regem et Rempublicam Polonam obedientiae vinculo et Fidelitatis sacramento exsoluunt, nihil unquam in eos, ac dictam Liuoniam eiusque pertinentias posthac praetensuri. Cis Dunam autem Serenissimi Reges Regnumque Sueciae non ulterius, quam hactenus, fines suae possessionis in Curlandia aut Semigallia promoueant, aut seruitutes Illustrissimi Curlandiae Ducis exigant: aut ullum ius lignandi, aliudue quoduis in Curlandia aut Semigallia praetendant. Commissarii vero ad declarandos et determinandos ab utraque Parte fines, ab utrinque deputabuntur, et Commissio haec intra quatuor Septimanas a subscripto Tractatu inchoetur, et intra duas expediatur.

§. 2. Quod Religionem Catholicam, eiusque Exercitium in Liuonia Sueticae possessionis attinet, omnes Incolae Liuoniae subditique illi Religioni addicti, omni securitate gaudeant, ac conscientia libera, Religione, deuotioneque sua, domi, sine inquisitione vel animaduersione, priuatim utantur.

§. 3. Tituli Prouinciales, tam Spirituales quam Seculares Senatorii et Equestris Ordinis in Liuonia Suetica, penes Possessores modernos maneant, durante ipsorum vita, sine ullis Prouentibus aliisue praetensionibus. Nec ullum exinde praeiudicium iuris Sacrae Regiae Ma-

X ieſtatis

ieſtatis Regnique Succiae in Liuoniam Sueticam, neque praetenſio quaepiam Regno Poloniae, Magno Ducatui Lithuaniae interea temporis, et in futurum inde enaſcetur.

§. 4. Iudicia omnia Decretaque ad cuiuſuis inſtantiam, modo non in inuitos aut abſentes lata, nec non Contractus et Tranſactiones in locis, dum illa hoc bello Suecia tenuit, inſtitutae iudicialiter ſiue extraiudicialiter, ſi modo ſtatui publico, qui ante hoc bellum fuit, et Pacificationi praeſenti non contrariantur, firma maneant, aeque ac ſi nulla Regiminis et Magiſtratuum mutatio interueniſſet, ſaluis Appellationibus et Reuiſionibus in iis, in quibus haec Iuris remedia hactenus haud fuerunt adhibita, et quae in rem iudicatam non tranſierunt. Sententiae quoque et decreta, ſi quae Rigae in incolas et ſubiectos Magni Ducatus Lithuaniae, tum et Curlandiae Semigalliaeque inuitos vel inauditos, et ex aduerſo, ſi ſimilia per Magiſtratus Magni Ducatus Lithuaniae et Curlandiae in Liuoniae Sueticae ſubditos, circa tempus belli, lata fuerint, nullum valorem et robur obtinebunt in perpetuum.

V

§. 1. Pars Liuoniae eaque * Auſtralis, quae ante haec et per haec bella et temporibus Induciarum, ſub ditione fuit Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, nempe Düneburgum, Roſiten, Lutzen, Marienhuſen, itemque reliqua omnia loca, quae per Commiſſarios ad id utrinque deputandos Polonicae Poſſeſſionis per tempus Induciarum fuiſſe inuenientur, cum omnibus ſuis pertinentiis, Territoriis, Urbibus, Pagis, Fructibus et Prouentibus, Teloneiſque, Iuribus, directoque et utili Dominio remanent in poſſeſſione Sereniſſimorum Regum et Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, nec Sereniſſimi Reges Regnumque Succiae in iſtam partem Liuoniae, ut ab altera diuerſam, neque in Ducatus Curlandiae Semigalliaeque et Diſtrictum Piltenſem, vel reſpectu Liuoniae Septentrionalis, vel quouis alio praetextu, ullum ** unquam Ius praetendent aut praetendere poterunt. Cum vero Magnus

* *Eaque* deeſt in editione Regiomontana, et apud LONDORPIUM Actor. Publ. T. VIII. pag. 668.

** Sic repoſui ex Stetinenſi ac Regiomontana editione. Gedanenſis habet *nullum,* operarum vitio: quod et in quibuſdam aliis ſeruatum eſt.

* In aliis nonnullis editionibus eſt *accolas:* uti et fuerat in deſcriptis.

gnus Dux Moſchouiae non modo dictam Liuoniam Polonicam, ſed etiam partem Sueticae occupatas armis nunc teneat, ideo conuentum eſt, ut, ſi Reſpublica Polona aliquid ex Liuonia Suetica quocunque tempore a Moſchis, armis, Tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum id Sueciae ultro et gratuito, non imputatis belli expenſis, reſtituere; eodem modo et viciſſim, ſi Regnum Sueciae aliquid ex Liuonia Polonica quocunque tempore a Moſchis, armis, Tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum illud Poloniae et Magno Ducatui Lithuaniae ultro et gratuito, non imputatis belli expenſis, reſtituere.

§. 2. Titulis et Inſignibus Liuoniae tum Sacra Regia Maieſtas Poloniae, eiuſque Succeſſores Reges Poloniae, Magnique Duces Lithuaniae, ratione Auſtralis Liuoniae, tum Sacra Regia Maieſtas Sueciae, eiuſque Succeſſores Reges Sueciae, ratione Liuoniae Septentrionalis, ſub titulo Ducatus promiſcue utentur.

§. 3. Si quas poſthac controuerſias de limitibus aut de rebus aliis inter Regnum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae, Liuoniam Polonicam, Curlandiamque et Semigalliam ab una, et Regnum Sueciae, eique ſubiectas Prouincias, inprimiſque Liuoniam Sueticam ab altera Parte, incidere et ſuboriri contigerit, eae per Deputatos utrinque Commiſſarios ad fines Liuoniae amicabili ratione complanentur. Si quae vero lites minores exortae fuerint inter ſubditos et incolas * utriuſque Partis, nec tranſigi de iis amicabiliter inter litigantes poſſit, quaelibet Pars ad ſuum competens forum remittatur, et iuſtitia indilate adminiſtretur.

§. 4. Subditi hoc ultimo bello ** fugitiui Magni Ducatus Lithuaniae, Samogitiae, Liuoniae Polonicae et Curlandiae Semigalliaeque quicunque in Liuonia Suetica reperti fuerint, ſuis Dominis ſine ullo proceſſu Iuris reddentur, una cum ſuis mobilibus, quae inueniri poterunt, quae profugus ſecum tulit, nec ſub nouo Domino acquiſiuit. Quod etiam vice verſa obſeruabitur, ſi qui ſubditi fugitiui Liuoniae Sueticae in Magno Ducatu Lithuaniae, Curlandiae et Liuonia Polonica ***

 reperti

** His verbis additum eſt in editionibus Stetinenſi, ac Regiomontana, *et in futurum*. Quod Felkerſamius ſuo ſtudio Formulae pacis incluſum ſcribit.

*** PVFENDOF. p. 44. loco *Curlandiae* habet *Curlandia*. Nec cum Gedanenſi editione, Stetinenſis ac Regiomontana conueniunt, in quibus verba haec ſunt: *In Magno Ducatu Lithuaniae, Liuonia Polonica et Curlandia ac Semigallia.*

reperti fuerint. Si qui etiam abducti sunt, et adhuc supersunt, reddantur et illi sine Processu Iudiciario suis quique Dominis.

§. 5. Quo fauorem commerciis et nauigationi Sacra Regia Maiestas Poloniae contestetur, signa nautica in Domesnes et Luserort exstructa consistere permittit. De ratione vero Conseruationis et Manutentionis eorundem, conuenietur a Suecis cum fundi Dominis, nullo inde iure aut praetensione Regni Sueciae in fundos dictos aut Territorium Piltense, enascituro.*

VI

Illustrissimus in Liuonia Curlandiae et Semigalliae Dux, cum Serenissima Coniuge proleque sua Ducali ac tota familia et Aula, absque ulla protractione, intra sex septimanarum spatium a die 5 Aprilis, stili noui, Rigam sistetur. Inde vero intra dies quatuordecim, decenti et Suae Dignitati accommodato conuenientique modo, ubi modernus Tractatus subscriptus fuerit, ad fines Semigalliae deducetur, omniaque Sua Suorumque mobilia non distracta, ubicunque intercepta, vel Rigae deposita, Literatoria similiter, siue publica, siue priuatorum Documenta bona fide extradentur, et Mitauiam reportabuntur. Ante eliberationem autem Suam ac restitutionem plenariam peculiari reuersalium diplomate ** caueat, de non offendendo aut vindicando aliquid contra S. Regiam Maiestatem Regnumque Sueciae in futurum, salua fidelitate et obligatione Regibus Regnoque Poloniae et Magno Ducatui Lithuaniae debita.

VII

§. 1. Serenissimus Rex Regnumque Sueciae restituit Serenissimo Regi Reipublicaeque Poloniae Mariaeburgum Elbingamque, cum suis Fortalitiis, reliquaque in Prussia loca, quae Sueticis praesidiis tenentur: ac Mariaeburgum quidem una cum arce ac Fortalitiis suis, ut et Stuma, intra octiduum a subscriptione moderni Tractatus, et deposita in manus Excellentissimi Domini Mediatoris, Serenissimi Regis Poloniae prouisionali horum Pactorum Ratificatione, euacuabitur, et praesidium Sueticum inde Elbingam deducetur. Elbinga autem cum suis Fortalitiis,

* In Stetinensi ac Regiomontana est, apud LONDORPIUM, loc. comm. *enascente aut enascituro*: item in illa

** Quod vid. supra No. LV.

Fortalitiis, ubi Tractatus modernus plenaria Serenissimi Regis Poloniae ratificatione confirmatus, et per Reipublicae comitiali autoritate Delegatos pro futuro conuentu ratificatus fuerit, quatriduo post ipsam ratificationum commutationem sine contradictione euacuabitur, et in manus Serenissimi Poloniae Regis eiusque Commissariorum tradetur. Bauscum etiam, uti et reliqua, si quae sint in Suecorum potestate, loca in Curlandia, praesidiis Sueticis euacuabuntur intra octiduum, postquam notitia ad Generalem Exercituum in Liuonia, vel in absentia eius ad eius locum tenentem, peruenerit de subscripto Tractatu, quae notitia per Tubicines utriusque partis coniunctim Rigam deferetur.

§. 2. Deductio militiae Sueticae, una cum bellicis tormentis maioribus et minoribus iuxta factam hic Conuentionem, nec non cum Impedimentis, fiet Elbinga diuersis vicibus, intra tamen definitum tempus permutationis Ratificationum et euacuationis Elbingae, dato eidem libero et innoxio transitu per Habum ad portum Pillauiensem, et inde ad naues proprias, quas milites conscensuri, et ad ditiones Sueticas ituri sunt. Imponetur autem dicta militia circa deductionem nauibus Elbinganis, et si illi non sufficiant, tum nauibus adiacentium territoriorum aliorum, sine aliquo pretio. Communicabit etiam Praefectus militiae Sueticae et conueniet cum Praefecto militiae Electoralis, aut eius locum tenente, de modo transitus per dictum Portum Pillauiensem; Et fiat de cetero eiusmodi deductio sine damno et noxa subditorum in Prussia, tam Polonicorum quam Electoralium. Quodsi per periculum belli maritimo itineri militia sese committere tuto nequeat, liber illi et innoxius transitus per terram, quam breuissimo itinere, in Ditiones Iuris Suetici proximas, sine damno Incolarum, Reipublicae Polonae et Serenissimo Electori Brandeburgico subiectorum, deducentibus Commissariis Serenissimorum Regis Poloniae et Electoris Brandeburgici, concedi debet: Iustitia vero per Praefectos indilata bona fide administretur damna et iniuriam passis.

§. 3. Si cui, aut quibus, in Ciuitatibus Prussiae euacuandis earumque Territoriis non placuerit manere, sed mutato domicilio alio sese conferre, iis liberum sit in spatio trium abhinc annorum sua diuendere,

 aliis

aliis elocare, aut pro ſuo lubitu diſtrahere, ſine ullo impedimento aut onere, ſub quocunque praetextu imponendo, ſaluis antiquis Ciuitatum Iuribus et Priuilegiis.

VIII

Quicquid in Polonia et Magno Ducatu Lithuaniae, Prouinciiſque annexis, in iiſque Curlandia, per hoc bellum Sereniſſimo Regi Regnoque Sueciae, eorumque Ducibus ac Legatis, vel a priuatis vel a Communitatibus, Exercitibus et Prouinciis per neceſſitatem belli vel aliter datum eſt, quocunque Titulo Diplomatum, Obligationum et Literarum, Inſtrumentorum et Actorum publicorum, ea omnia Autographa, quae ſuperſunt, Sereniſſimo Regi et Reipublicae Polonae, Ducique Curlandiae circa Ratificationum commutationem bona fide extradentur. Quod ſi naufragio abſorpta ſint, vel alio modo perierint, omnia eius modi ſcripta, Actaque priuata et publica, ex nunc caſſantur, annihilantur, et eliminantur. Nihilque exinde Reges, Regnumque Sueciae in Prouincias, Exercitus, Diſtrictus vel Priuatos in Polonia, Magnoque Ducatu Lithuaniae, et Prouinciis illis annexis vel ſubiectis, in ſpecie etiam Curlandia et Diſtrictu Piltenſi, Iuris praetendere velle aut poſſe, omni meliori modo declaratur.

IX

Reſtituentur quoque a Parte Suecorum omnia Archiua, Acta publica, Caſtrenſia, Iuridica, Eccleſiaſtica, nec non Bibliotheca Regia, quae ex Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae auecta, et quorum copia haberi poteſt, idque intra tempus commutationis Ratificationum, vel ad ſummum, intra tres menſes a facta commutatione.

X

Obligationes atque Recognitiones, ſi quae ſunt ab Illuſtriſſimo Curlandiae et Semigalliae Duce, aut Incolis Curlandiae et Semigalliae, Diſtrictuſque Piltenſis extortae per Suecos, aut vice verſa a Suecis per Polonos, in totum caſſantur, nullumque habere pondus declarantur.

XI. De-

XI

Debita inter utriusque Partis Subditos et Incolas, tum etiam a Ducibus et Officiariis belli ubicunque contracta, utrinque bona fide soluentur. Si quae vero hoc bello ultimo Obligationes et Recognitiones extortae ab utrinque sint, in totum cassantur, nullumque pondus habere declarantur.

XII

Deposita aliaque bona mobilia, ubicunque reperiuntur, et Fisco nondum adiudicata, bona fide propriis Dominis restituantur. Nemo autem tenebitur ad eorum refusionem, quae Fisco adiudicata et extradita sunt, praestandam.

XIII

Tormenta bellica maiora minoraque in Polonia, Magno Ducatu Lithuaniae, Prussia, Curlandia, caeterisque annexis Prouinciis a Suecis capta, siue sint Reipublicae, siue Priuatorum, siue Ciuitatum, quaecunque in locis euacuandis reperientur, exacte relinquentur. Quae vero ex Suecia inuecta sunt in Poloniam, Lithuaniam, Prussiam, Curlandiam, liberum erit Sueciae, sine ulla praetensione secum auferre. Transactioni quoque deditionis Thoruniae, quod adhuc restat, hac in re satisfiet.

XIV

§. 1. Quicunque hoc bello ab utrinque inter Polonos, Lithuanos, et Suecos in quocunque loco capti sunt, cuiuscunque conditionis ac status, liberi et sine ullo soluto pretio, nisi aliter ante hunc Tractatum ab ipsis conuentum fuerit, dimittentur, pristinaeque libertati restituentur, solutis tamen impensis Officiariorum in victum eorum factis, et debitis in captiuitate ab eis contractis. Caeterum captiuis quoque annumerandi, et ab utraque Parte restituendi sunt, qui inuiti militiae alterius Partis nomina dederunt. Omnes vero supradicti, qui quidem in Polonia, Magno Ducatu Lithuaniae, Prussia Regali, utraque Liuonia aut Curlandia, detinentur, intra tres septimanas a subscripto moderno tractatu; illi autem, qui extra Poloniam, Lithuaniam, Liuonias, et Curlandiam

landiam detinentur, intra tres menſes liberati reſtituantur. Quod autem de Lytri Conuenti ſolutione hic ſupra dictum eſt, tantum locum habebit in Maioribus Officiariis, utpote de Generalibus, Tribunis, Tribunorum locum tenentibus, et Capitaneis.

§. 2. Sacra Regia Maieſtas et Regnum Poloniae, Magnuſque Ducatus Lithuaniae, id paci huic perpetuae dandum cenſuerunt, ut Autoritatem et Officia ſua interponant apud Chamum, Hordaſque Tartarorum, quo ſine Lytro captiui in Tartaria Suetici intra ſex abhinc menſes inde dimittantur. Dimiſſi vero per Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lithuaniae, annexaſque iis Prouincias libere ac tuto tranſeant, et benigne habiti ad Prouincias ac Ditiones Iuris Suetici promoueantur.

XV

§. 1. Commercia priſtina ſint libera et non impedita inter utrumque Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lithuaniae, et Sueciae ſubiectaſque illis prouincias, ſubditos et Incolas, tam terra quam mari, et in veteri uſu atque exercitio, quo ſuerunt tempore Induciarum, conſeruentur. Inprimis ſit liberum commerciorum exercitium, liberaque defluitatio mercium, per fluuium Dunam et Bulderauiam, ſubditis et Incolis Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, et Polonicae Liuoniae, Curlandiaeque, et Semigalliae, cum ſubditis Incoliſque Liuoniae Sueticae. Et vice verſa, ſubditis Incoliſque Regni Sueciae et Liuoniae Sueticae ſit liber commerciorum uſus per eadem flumina, cum ſubditis Incoliſque Poloniae, Lithuaniae, Liuoniae Polonicae et Curlandiae, Semigalliaeque. Teloneorum vero et vectigalium in flumine Duna et Buldera, ut et maritimorum ac terreſtrium in Liuonia, eadem ratio, et in iiſdem tantum locis ab utraque parte inpoſterum ſit, uti et ubi tempore induciarum et ante hoc ultimum bellum fuit.

§. 2. Maioris quoque Poloniae incolae, cuiuſcunque conditionis ſint, ſiue terra, ſiue aqua commercia ſua exercentes, nullis nouis Teloneis et Gabellis Stetini onerabuntur.

§. 3. Ciuitas quoque Gedanenſis, et aliae Pruſſiae Ciuitates in Regno Sueciae et ſubiectis prouinciis aliis, gaudeant ea libertate commerciorum et vectigalium, qua gauiſae ſunt ante hoc nouiſſimum bellum.

XVI. Do-

XVI

Dominus Comes *Königsmarkius*, Campi-Mareſchallus Sueciae, abſque ulla protractione, intra ſex ſeptimanarum ſpatium, a die 5 Aprilis ſtyli noui, Dantiſcum modo decenti ſiſtetur: inde vero intra dies quatuordecim, ubi modernus Tractatus ſubſcriptus fuerit, eliberabitur. Ante reſtitutionem autem plenariam peculiari reuerſalium Diplomate caueat, de non offendendo et vindicando aliquid, contra Sacram Regiam Maieſtatem Regnumque Poloniae, et ſpecialiter Ciuitatem Gedanenſem, ſalua tamen debita Regibus Regnoque Sueciae obedientia et fide.

XVII

Sereniſſimus Rex et Reſpublica Poloniae Illuſtriſſimae Principis *Annae Mariae*, Defuncti Illuſtriſſimi Ducis *Ianuſſii Radziuillii*, Palatini Vilnenſis, Supremi Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Ducis, Filiae unicae, in adeundis ſecundum legitimas conſuetudines Regni et Magni Ducatus Lithuaniae haereditatibus et bonis paternis ac maternis, vigore generalis amneſtiae, praeſenti Conuentione omnibus cautae, ut ei ſatisfiat, condignam rationem habituri ſunt.

XVIII

Demortuorum belli Ducum atque Officialium aliorum corpora, ſiue in Polonia, ſiue in Pruſſia adhuc inhumata, et nonnullis in locis aſſeruata ſunt, tradentur et non denegabuntur iis, quibus cura mandabitur ea inde deducendi. Quorum autem cadauera tum in priori, tum hoc ultimo bello humata ſunt in Elbingenſi, Mariaeburgenſi, et aliis in Pruſſia et Polonia templis, intacta iaceant, ac ſepulchra eorum ab omni violatione et inquietudine ſint immunia.

XIX

De Domini Ducis Croiani deſiderio, ratione debitorum apud Rempublicam Polonam, ita conuentum eſt, ut praedictus Dominus Dux Ius ſuum, originalium obligationum productione, doceat in proxime futuris Comitiis Regni Generalibus, ibidemque debita ratio eius habeatur, ſaluo quoque iure Illuſtriſſimi Ducis Curlandiae, ſi quod eidem ad praefatas ſummas pecuniarias competierit.

XX

Quoad Dominorum Comitum *a Dona* postulatum et debitum apud Rempublicam Poloniae, in quantum illud liquidari poterit, iusta eorum ratio in futuris Comitiis Regni habebitur.

XXI

Habebitur quoque aequa ratio a Suecia Domini Baronis *Sigismundi a Guldenstern*, quoad bona in Regno Sueciae vel illi subiectis Prouinciis praetensa.

XXII

§. 1. Eadem similiter Pax, Amicitia, Amnestia, et praeteritorum omnium perpetua obliuio, sub iisdem clausulis et vinculis in hocce Instrumento contentis vigeat et in perpetuum stabilita sit, inter Serenissimum et Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum *Leopoldum*, Electum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae Regem, Archi-Ducem Austriae, * etc. etc. etc. Praecipuum Poloniae Foederatum bellique Socium, nec non eius haeredes ac successores, Regna et subiectas Prouincias tam in quam extra Imperium Romanum, Eorumque subditos et Incolas; ac Serenissimum et Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum *Carolum*, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, ** Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. Eiusque haeredes ac successores, Reges Regnumque Sueciae, et subiectas prouincias tum in Imperio Germanico, tum extra illud sitas, eorumque subditos et Incolas, ita ut quicquid vel ante hoc bellum, vel illo durante, siue in Polonia, siue extra illam, seu ratione auxilii, Serenissimo Regi ac Reipublicae Poloniae praestiti, siue quauis alia de causa, mutuae offensionis atque inimicitiarum aut praetensionum oriri potuit, perpetuae obliuioni tradatur, neutrique Parti quocunque praetextu licitum sit, alterius Regna, Status, aut Prouincias, clam aut palam, directe vel indirecte, armis impetere, vel ullum in ipsas hostilitatis genus

* In Stetinensi editione, et Regiomontana, titulorum etiam reliqua nomina, Leopoldo Imperatori vsitata, longo ordine descripta sunt.

** In laudatis editionibus addita haec, *et Principem Haereditarium:* atque post verba, *Magnum Principem Finlandiae,* reliqui tituli.

nus exercere, ſed alter alterius commoda ſectetur, et omnia inter utramque partem earumque Status ac ſubditos, ad priſtinum prorſus ſtatum, unionem et fidam correſpondentiam reſtituta et redintegrata ſint. Et nemini ex utriuſque Partis Subditis, aut Imperii Statibus ac Vaſallis noxae ſit, aut praeiudicio, quod alterius partes hoc bello ſago vel toga fuerit ſectatus, ſed quicunque ex ſola cauſſa huius belli de fortunis aut ſtatu ſuo decidiſſet, is in priſtinum ſtatum, in quo ante hoc bellum immediate fuit, quoad honores ac bona immobilia, nec non etiam quoad mobilia, ſi Fiſco nondum adiudicata et tradita ſint, indilate et ſine contradictione reſtituatur, iiſque plenarie gaudeat, ac fruatur.

§. 2. Vt autem firmioribus fundamentis haec Pax et Amicitia ſtabiliri queat, S. C. Maieſtas loca omnia, quae in Pomerania et Megapoli occupata praeſidiis ſuis inſidentur, Sereniſſimo Regi ac Regno Sueciae, Ea vero, quae in Holſatia et Ducatu Sleſuicenſi, Duci Holſatiae Gottorpienſi (qui, praeuia tamen cautione, de non vindicando, iuxta formulam, de qua hic conuenit, * hac Pace conſenſu Partium incluſus cenſebitur,) reſtituet plenarie, cum tormentis bellicis ipſorum propriis, re armamentaria, caeteroque apparatu bellico, nec non mobilibus cuiuſcunque generis, item Actis Cancellariae, Archiuis, ac literariis Documentis, prout ea omnia tempore occupationis vel deditionis inibi reperta ſunt, et adhuc non diſtracta exſtant. Quae euacuatio fiet, locorum ſcilicet Pomeraniae et Megapoleos, exceptis Wollino, Dam et Greiffenhagen, intra duas ſeptimanas, a die permutationis ratihabitionum computandas, quo tempore Elbinga quoque Poloniae reſtituetur; Wollinum vero, Dam et Greiffenhagen, nec non loca Holſatiae et Ducatus Sleſuicenſis, intra alias duas ſequentes hebdomadas, a die ſupra memoratae permutationis, euacuabuntur, deductis eodem tempore, e dictis locis, praeſidiariis militibus, et e prouinciis ad Sac. Regiam Maieſtatem Regnumque Sueciae, Duces Megapolitanos, et Ducem Holſatiae, Sleſuicenſ. ** ſpectantibus, copiis omnibus, ea ratione et modo,

* Vid. ſupra No. LXIII.

** In hoc vocabulo explicando, editiones mire variant. Nam Stetinenſis quidem habet *Sleſuicenſem*: Regiomontana *Sleſuici*: LOCCENIVS loc. comm. p. 914. *Sleſuicenſi*: PVFENDORFIVS l. c. p. 48. *Sleſuicenſis*: LONDORPIVS pag. 670. *Sleſuicae*. Ego vero ex Stetinenſi reliquis praetulerim *Sleſuicenſem*: aut legendum putauerim, *et Sleſuici*, uti eſt infra, Art. XXVI.

do, de quo inter Generales utriuſque Partis vel eorum locum tenentes, intra tempus ratihabitionibus commutandis praefinitum, conuentum fuerit.

§. 3. Caeterum quicquid circa res Imperii controuerſiae interceſſerit, iuxta Imperii et Pacis Germanicae Leges abſque ſtrepitu armorum componetur, aut decidetur, et ſtabitur ab utraque parte per omnia diſpoſitione Pactorum Oſnabrugenſium, et Conſtitutionibus Imperii.

XXIII

Similiter tam a parte Sereniſſimi Imperatoris, quam Sereniſſimi Regis Sueciae, Captiui huius belli, cuiuſcunque ſint conditionis ac ſtatus, libere et ſine ſoluto ullo pretio ſeu lytro, niſi aliter ante ſubſcriptum tractatum ab ipſis conuentum fuerit, intra ſpatium trium hebdomadarum a die ratificationis dimittentur, et libertati priſtinae, ſolutis ab Officiariis impenſis, in victum eorum factis, et debitis in captiuitate ab eis contractis, reſtituentur: et captiuis quoque annumerandi, et ab utraque parte reſtituendi ſunt, qui inuiti ad danda alterius partis Militiae nomina ſua adacti fuerunt. Quod autem de lytri conuenti ſolutione hic ſupra dictum eſt, tantum locum habebit in maioribus Officiariis, utpote Generalibus, Tribunis, Tribunorum Locumtenentibus, et Capitaneis.

XXIV

§. 1. Sit itidem Pax perpetua, veraque ac ſincera amicitia inter Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum *Carolum*, Suecorum, Gothorum, et Vandalorum Regem, * Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. Eius haeredes, Succeſſores ac Poſteros Reges, Regnumque Sueciae, Eiuſdemque tam in Imperio, quam extra illud ſitas prouincias, Status ac Ditiones; Et Sereniſſimum Principem ac Dominum, Dominum *Fridericum Wilhelmum*, Marchionem Brandeburgicum, S. R. Imperii Archi-Camerarium et Principem Electorem, Magdeburgi, Pruſſiae, Ducem ** etc. etc. etc. Poloniae Foederatum,

* In nonnullis editionibus, de quibus dixi p. 170. etiam hic additur: *Et Principem Haereditarium:* ac poſt verba, *Principem Finlandiae*, reliqua titulorum vocabula.

** In laudatis editionibus hic quoque cetera tituli nomina deſcripta ſunt.

Foederatum, Bellique Socium, Eiusdemque haeredes ac Successores, Prouinciasque, Status, ac Ditiones, in et extra Imperium Romanum sitas, ita ut alter alterius honorem, commodum, et utilitatem sincere serioque in perpetuum promoueat.

§. 2. Pacta vero et Foedera omnia, quae Partes Paciscentes inter se, vel cum aliis Principibus ac Statibus utrinque sancita habent, quoad omnia sua puncta, clausulas et Articulos, integra et in pleno robore suo permaneant, ita tamen, ut per ea praesens Transactio Pacis nullum praeiudicium patiatur.

§. 3. Sit etiam utrinque Amnestia, et praeteritorum omnium perpetua obliuio, ita ut quicquid hactenus quocunque loco et quauis de causa, siue in Imperio Romano, siue extra illud, ab alterutra Partium, vel sub Earum imperio potestateque exstentibus, absque ullo personarum rerumque respectu, gestum vel admissum fuerit, nullo praetextu, via Iuris vel facti, directe vel per indirectum, a neutra Parte unquam vindicari possit; Et nec horum nec ullius alterius rei caussa vel praetextu alter alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiae, vel etiam quoad ministros, officiarios aliosque incolas et subditos, statum, bona, vel securitatem, per se vel per alios, clam aut palam inferat, vel inferri faciat.

§. 4. Nemini quoque ex utriusque Partis subditis, aut Vasallis cuiuscunque Conditionis et Dignitatis fuerit, noxae sit, aut praeiudicio, quod alterius partes hoc bello, sago vel toga fuerit sectatus, sed quicunque ex sola caussa huius belli de suis Possessionibus decidisset, is in pristinum statum, in quo ante hoc bellum immediate fuit, quoad honores ac Bona Immobilia, nec non etiam, quoad mobilia bona, si haec bona mobilia Fisco nondum adiudicata, et extradita, aut alias distracta sint, indilate et sine ulla contradictione restituatur, eisque plenarie gaudeat ac fruatur. Atque proinde et Campi-Mareschallo Comiti *a Königsmarck*, ut et Campi-Mareschalli Comitis Wittenbergii haeredibus, Bona Immobilia, quae in Ditionibus Suae Serenitatis Electoralis ubicunque locorum ante hoc bellum possederunt, in eo statu, quo nunc sunt, restituantur, vigore huius Pacificationis, atque eo iure tenenda, quo ante bellum hoc exortum ea tenuerunt ac possederunt.

XXV

Et ne occasione ante actorum lis et diffidium aliquod oriri possit, Sacra Regia Maiestas Sueciae pro se, et Haeredibus ac Successoribus Suis, Regibus Regnoque Sueciae, virtute huius Instrumenti Pacis, quam fieri potest validissime, in perpetuum et irreuocabiliter renunciat Pactis, quae $\frac{7}{17}$ Ianuarii Anno 1656. Regiomonti, item $\frac{14}{25}$ Iunii praedicti Anni Mariaeburgi, tum quae $\frac{10}{20}$ Nouembris eodem Anno 1656. Labiauiae, inter Serenissimum Sueciae Regem gloriosae memoriae nuper defunctum, et Suam Serenitatem Electoralem confecta sunt, ut et aliis omnibus Conuentionibus, quae illis adiectae, aut separatim quocunque modo, durante hoc ultimo bello Polonico, eiusque respectu initae sunt. Atque ea omnia et singula in omnibus et singulis claususulis, conditionibus et Articulis suis irrita et nulla pronunciat, omnemque ipsis vim, vigorem et effectum hoc ipso et virtute huius Pacti penitus et in aeternum detrahit; Ita ut contra Suam Serenitatem Electoralem Brandeburgicam, Eiusque Haeredes, Agnatos, Successores, Prouincias, ubicunque locorum sitas, et in specie in Ducatum Prussiae atque Eiusdem Ordines et Incolas, aut contra Sacram Regiam Maiestatem, Eiusdem Successores, Reges, Regnumque Poloniae, ex nominatis et indigitatis supra Pactis et Conuentionibus abolitis, nunc et in posterum, siue Successionis in Prussia, siue Vnionis aut quocunque alio praetextu vel caussa, nomine Regis, Regum, Haeredum ac Successorum et Regni Sueciae, nihil unquam allegari, praetendi aut postulari possit, aut debeat. Quare praememoratorum pactorum et conuentionum Originalia cum retradi non potuerint, hoc ipso pro retraditis, scissis, et in cineres redactis habentur, atque in aeternum habebuntur.

Quemadmodum et Serenissimus Elector Brandeburgicus, in Prussia Dux, quam fieri potest validissime, in perpetuum et irreuocabiliter vigore huius Instrumenti pacis, pro se, Haeredibusque ac Successoribus Suis profitetur, nihil vel se, vel Haeredes ac Posteros suos ex praedictis Pactis et Conuentionibus, contra Sacram Regiam Maiestatem, Regnumque Sueciae praetensuros, sed Sua Serenitas Electoralis, pro se, Haeredibusque ac Successoribus suis hoc ipso, et virtute huius Pacti, supra memoratis Pactis omnibus iam abolitis renunciat, et eadem

dem omnia pro retraditis, scissis et in cineres redactis, nunc et in aeternum declarat, et irrita ac nulla pronunciat, omnemque ipsis vim, vigorem et effectum penitus et in aeternum detrahit.

XXVI

Serenissimus Elector Brandeburgicus etc. etc. etc. loca omnia, quae in Pomerania hocce bello occupata praesidiis suis insidentur, Sacrae Reg. Maiestati et Regno Succiae, ea vero quae in Holsatia et Ducatu Slesuicensi, Celsissimo Principi et Duci Holsatiae Gottorpiensi, (qui, praeuia tamen cautione, de non vindicando, iuxta formulam, de qua hic conuenit, hac pace consensu Partium inclusus censebitur,) restituet plenarie cum tormentis bellicis ipsorum propriis, re armamentaria, caeteroque apparatu bellico, nec non mobilibus cuiuscunque generis, item Actis Cancellariae, Archiuis et literariis Documentis, prout ea omnia, tempore occupationis vel deditionis, inibi reperta, et adhuc non distracta exstant. Quae euacuatio fiet, locorum scilicet Pomeraniae, exceptis Wollino, Dam et Greiffenhagen, intra duas septimanas, a die permutationis Ratihabitionum computandas, quo tempore quoque Elbinga restituetur. Wollinum vero, Dam et Greiffenhagen, nec non loca Holsatiae et Ducatus Slesuicensis, intra alias demum duas sequentes hebdomadas, a die supra memoratae Restitutionis euacuabuntur, deductis eodem tempore, e dictis locis, praesidiariis militibus, et e Prouinciis ad Serenissimum Regem Sueciae et Ducem Holsatiae et Slesuici Regentem spectantibus, copiis omnibus, ea ratione et modo, de quo inter Partis utriusque Generales vel eorum Locumtenenentes, intra tempus Ratihabitionibus commutandis praefinitum, conuentum fuerit. Ita tamen, ne in praememoratis restituendis et euacuandis locis vel communitatibus, qui Praesidia Electoralia habuerunt, aut quouis modo hoc bello in Suae Serenitatis Electoralis fide et potestate fuerunt, vel cuiquam priuato, quod partes Suae Serenitatis secutus fuerit, ulla ratione noxae fraudique sit, vel alia in re quoad pristina Iura, Priuilegia, Bona, Feuda et Libertates illi competentes, absque exceptione vel reseruatione praeiudicet.

XXVII. Ca-

XXVII

Captiui huiusce belli, cuiuscunque Conditionis ac Status, liberi et ſine ſoluto ullo pretio ſeu lytro, niſi aliter ante ſubſcriptum Tractatum ab ipſis conuentum fuerit, intra ſpatium trium hebdomadarum, a die ratificationis dimittentur, priſtinaeque libertati reſtituentur, ſolutis tamen ab Officiariis impenſis in victum eorum factis, et debitis in captiuitate ab eis contractis. Caeterum captiuis quoque annumerandi, et ab utraque parte reſtituendi ſunt, qui inuiti militiae alterius Partis nomina dederunt.

XXVIII

Debita inter utriuſque Partis ſubditos et Incolas, tum etiam a Ducibus et Officiariis belli ubicunque contracta, utrinque bona fide ſoluentur. Si quae vero hoc bello ultimo obligationes et recognitiones extortae ab utrinque ſint, in totum caſſantur, nullumque pondus habere declarantur.

XXIX

Inter Sac. Regiae Maieſtatis Sueciae, et Suae Serenitatis Electoralis Brandeburgicae, Regni, Prouinciarum, Statuum, Ditionum tam in Imperio Romano, quam extra illud ſitarum, ſubditos et Incolas priſtina reſtituantur commercia, atque inpoſterum in plano vigore conſeruentur.

XXX

Si quae bona a Suae Serenitatis Electoralis Subditis, vel Eiuſdem Ditionum Incolis in Regiae Suae Maieſtatis Sueciae Regno, Prouinciis, Ditionibus, aut locis occupatis, et hactenus poſſeſſis, ante vel ſub tempus huiuſce belli depoſita, vel alio quocunque modo eo delata ſunt, ea ſine ulla mora vel effugiis, Dominis ſuis reſtituantur, niſi iam Fiſco adiudicata, atque extradita fuerint.

XXXI

Cum vero ad ſtabilitatem huius Pacis plurimum interſit, ut uniuerſaliter componatur, et inter omnes Belli huius Socios ſecuritati commerciorum plene proſpiciatur, ideo licet controuerſiae, quae Sereniſſimo

renissimo Regi Regnoque Sueciae cum Serenissimo Rege Daniae intercedunt, hic commode decidi non potuerint, et in ipsa Dania cum spe successus tractentur; Nihilominus conuentum est, ut Serenissimus Daniae et Noruegiae Rex, Eiusque Regna ac Ditiones in hoc Tractatu, conclusa in Dania Pace, comprehendantur; ita ut ea omnia, quae inter alte memoratos Sueciae et Daniae Reges conclusa et constituta fuerint, ad hanc Pacem pariter, ac si in hoc Instrumento specifice inserta forent, pertinere censeantur, saluo per omnia ipso tractatu, in Dania, inter utrosque Reges et Regna, concluso vel concludendo.

XXXII

§. 1. Cessent omnes hostilitatis actus, inter Partes paciscentes omnes tum Principales, tum Foederatas, earumque Exercitus, a die conclusae et subscriptae huius pacis, computando, in Prussia tam Regali quam Ducali exactis quatuor, in Pomerania et Megapoli duodecim, in Curlandia et Liuonia quatuordecim, et in Holsatia et Slesuicensi Ducatu exactis viginti diebus. Eodem quoque die in singulis praememoratis locis negotiationes quaeuis pristino usui restituantur, et literarum commercia libera sint.

§. 2. Generales praesidii Elbingensis in Prussia, ac tam Caesarei quam Electorales in Pomerania, post acceptam huius armorum Cessationis intimationem, exactam curam adhibebunt, ut usque ad finalem Pacis executionem militis sustentatio non amplius exigatur more hostili, nec ultra iustam et necessariam alimentationem, Prouinciae ipsorum armis infestae aggrauentur. In quem finem Commissarii a Partibus deputabuntur, qui curam sedulam habeant, ne exorbitantiae contra hanc conuentionem fiant.

XXXIII

Denique omnium belligerantium in Imperio Partium copiae et exercitus, post restitutionem locorum, ab omnibus Partibus Paciscentibus dimittantur et exauctorentur, eo tantum numero in suos cuiusque proprios status traducto, quem quaeque Pars pro sua securitate iudicauerit necessarium.

 XXXIV. Pa-

XXXIV

Pacta haec ratihabeantur a Serenissimo Rege Poloniae, nec non Republica Polona, Eiusque Foederatis ab una, et Serenissimo Rege Succiae ab altera parte: qua de re ad modum sequentem conuenit.

Primo: * Instrumentum huius pacis manibus ac Sigillis Dominorum Commissariorum utriusque Partis, tum Excellentissimi Domini Legati Mediatoris subscribatur, et inuicem tradatur et commutetur.

Secundo: Serenissimus Rex Poloniae eadem Pacta illico, a subscriptione et signatione Dominorum Commissariorum Polonicorum, Diplomate Ratificationis in forma conuenta confirmet, atque ex nunc assecurationem suam interponat, subsecuturam inter spatium ad summum trium mensium, computandorum a subscriptione huius Instrumenti Pacis, plenariam Eiusdem Regiae Maiestatis ratificationem, cum integra insertione Instrumenti Pacis conclusae, ad formulam inter utriusque partis Commissarios conuentam.

Tertio: Serenissimus Rex Sueciae solenni Instrumento haec Pacta nomine Suo et Regni Sueciae, per subscriptionem Serenissimae Reginae, Matris Suae, et Dominorum Regni Sueciae Administratorum, in forma conuenta rata habeat.

Quarto: Domini Delegati a Republ. Polona lege Comitiali Anno 1659. deputati, nomine Reipubl. haec pacta subscriptione et sigillatione sua approbent, in futura Conuocatione intra tres menses celebranda.

Quinto: Diplomata ratificationis tam S. Reg. Maiestatis Poloniae quam deputatorum Comitiali Lege Delegatorum, in proximis Comitiis, Constitutionibus et volumine Legum Polonicarum inserantur.

Sexto: Instrumenta haec solennia Ratificationis tum utriusque Serenissimi Regis, tum dictorum Reipubl. Delegatorum, ab ambarum Partium Commissariis, intra spatium ad summum trium mensium a subscriptione huius Instrumenti Pacis computandorum, ad limites territoriales, inter Elbingam et Mariaeburgum, utrinque per Excellentissimum Dominum Mediatorem a Partibus paciscentibus recipiantur, et ab Eodem eo ipso tempore inter Partes commutentur.

Septimo:

* Quod in Gedanensi aliisque editionibus primo loco positum, in illa apud LOCCENIUM collocatum est loco secundo, tertiumque primo.

Septimo: Vt Sac. Caesar. Maiestas et Serenissimus Elector Brandeburgicus ratihabitiones suas itidem, tempore et loco eodem, tradi faciant.

Octauo: Denique ut dicta Serenissimorum Regum et Reipublicae Polonae ac Eius Foederatorum Instrumenta Ratificationum ad conuentam et praescriptam formulam, quoad Titulaturam et Sigillationem aliaque requisita, nulla voce aut syllaba immutata, conferantur, * et reciproce commutentur.

XXXV

§. 1. Quo firmior, stabilior et securior Pax haec coalescat, et ab omni Parte intemerata duret, promittunt supra memoratae Partes paciscentes omnes, tam Principales, quam Foederatae, se hanc Transactionem et Pacem, omnesque eius Articulos, capita et clausulas sancte et inuiolabiliter seruare velle et debere, et, ne inposterum violari queat, se inuicem ad generalem guarantiam et euictionem mutuam ac defensionem reciprocam omni ex parte obstringunt: Hisce quam fieri potest firmissime spondentes, ut si contingat, unam Partem ab altera, vel plures a pluribus, terra vel mari, bello contra hanc Pacificationem impeti, aggressor ipso facto pro infractore huius Pacis ab omnibus habeatur, eiusdemque beneficio excidat: Et tum altera reliquaeque paciscentium Partes parti laesae ad summum intra duos menses, a requisitione partis laesae, eidem communibus armis assistere, et bellum tam diu contra aggressorem prosequi, donec Pax communi omnium Partium consensu restituta fuerit, inuicem teneantur.

§. 2. Si vero contingat, unam Partem ab altera, vel plures a pluribus, graui aliqua iniuria, citra tamen vim armorum vexari; non licebit ideo laeso ad arma subito recurrere, sed ante amicabilis componendarum huiusmodi controuersiarum ratio ineunda erit, videlicet, ut laesus accepta iniuria, si immediate cum laedente conuenire nequeat, alios paciscentes moneat, et Commissio Generalis omnium paciscentium nomine instituatur ad laesi confinia, intra spatium quatuor mensium, in quo inter Deputatos utrinque Commissarios negotium discutiatur, et, si possibile erit, intra quatuor ad summum alios menses terminetur.

 §. 3. Si

* In Stetinensi ac Regiomontana editione legitur, *conficiantur.*

§. 3. Si vero laedentem refractarium ad aequa, quae proponentur, media deprehenderint, tum laesis licebit, facta tamen prius legitima belli denunciatione, ius suum armis prosequi, et bellum, ut supra statutum est, laedenti inferre.

§. 4. Quod si vero turbationes vi, contrariisque actibus retundantur, solummodo tuendorum Limitum caussa, actus eiusmodi pro violatione Pacis non reputabuntur: ipsa autem super limitibus controuersia extra vim * armorum terminetur.

XXXV

Cum autem pro maiori securitate huius Pacificationis tam Serenissimus ac Potentissimus Rex et Respublica Poloniae, quam Serenissimus et Potentissimus Rex Succiae, ut et Serenissimus Elector Brandeburgicus postularint, ut Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus *Ludouicus* XIV. Galliarum et Nauarrae Rex Christianissimus, cuius ope ac studio inter praememoratos Serenissimos Reges et Sereniss. Electorem Brandeburgicum, Pax promota et mediatione ad optatum finem perducta est, executionis et obseruationis illius inter Eosdem fideiussor existeret: Sacra Maiestas Christianissima postulationibus ac votis illorum annuens, eodemque animo Pacis huius perpetuitatem exoptans, quo eam procurauit, pro se ac Successoribus suis Regibus Galliae spondet ac promittit, idque per Illustrissimum et Excellentissimum Dominum *Antonium de Lumbres*, Legatum Suum, plenariis mandatis ad hanc Guarantiam cauendam instructum, se executionem horum Pactorum, eorumque obseruationem ac perpetuitatem inter eosdem supra nominatos Principes, omni meliori quo fieri potest modo, etiam armis, ubi amicabilia media non processerint, asserturam. Et si quis Eorum sub hac fideiussione comprehensorum illa violarit, arma viresque suas parti laesae, ad eius requisitionem, iuncturam. Quod ut firmius omnibus constet, promittit dictus Dominus Legatus Gallicus, se ratificationem Regis sui super hanc Guarantiam eodem tempore, quo Ratihabitiones Pacis commutabuntur, extraditurum. Integrum quoque erit paciscentibus omnibus eandem Christianissimi Regis Guarantiam et fideiussionem suscipere, et alios quoque in tempore ratihabitionis ad idem officii genus inuitare, et denominare Principes ac Potestates.

XXXVII. Si

* Stetinensis editio, atque item Regiomontana, habet, *citra vim*.

XXXVII

Si qui Regum, Principum, nec non Rerumpublicarum ac Statuum Amicorum hisce Pactis a quacunque Parte Paciscentium includi voluerint, sit ipsis eius facultas, modo se ad ista intra sex abhinc menses declarauerint, et id consensu omnium Partium fiat.

In quorum omnium et singulorum fidem, maiusque robur, omnium Partium Legati et Commissarii cum Illustrissimo et Excell. Dno Mediatore praesens Pacis Instrumentum, et hoc quidem exemplar Serenissimi Regis ac Reipublicae Poloniae atque Serenissimi Electoris Brandeburgici Legati ac Commissarii manibus Sigillisque propriis muniuerunt ac firmarunt. Datum Oliuae, Die Tertia Maii Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo.

Locus Nominum ac Sigillorum

Illustrissimorum et Excellentissimorum Legatorum.

LXV

Articulus Separatus

Declaratorius Art. II. Instr. Pacis, de Amnestia et Redintegratione iurium.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Nos infra scripti S. R. Maiest. Reipublicaeque Polonae ad Tractatus Polono-Sueticos Legati Plenipotentiarii Notum facimus, quorum interest, vel ulla ratione interesse potest, Vniuersis, et Singulis. Quandoquidem Instrumento Pacis Principali hodie subscripto Articulus Amnestiae, in quo tam Communitatum quam singulorum Iura redintegrantur, forma generali conceptus est, et nulla specialis acquisitorum tam in Prussia Ducali, quam extra eandem Serenissimo Electori Bran-

 deburgico

deburgico per Pacta, cum Sacra Reg. Maiestate, Reque publica primum Velauiae, demum Bydgostiae, inita ac Constitutione Comitiali approbata, Suae Serenitatis Electoralis Iurium, utpote Independentiae Ducatus Prussiae, Condescensionisque in Feudum Bytouiensis et Leoburgensis Districtuum in Palatinatu Pomeraniae existentium, tum et Iuris competentis in Ciuitatem Elbingensem, nec non Praefecturam Draheimensem, in eodem facta est mentio: Ne id in praeiudicium memoratorum Suae Serenitatis Electoralis iurium trahi posset, plures modi ratione Inclusionis praedictorum, in praefato Articulo Amnestiae, propositi fuere. Cum autem Partibus nequaquam satisfacere potuissent, tandem prudenti Illustriss. et Excell. Dni Christianissimi Regis Legati Mediatione ac indefesso studio, maturandae Pacis gratia conuenit, ut peculiari Articulo, qui tamen pro inserto Pacis Instrumento haberi, et eiusdem valoris esse debet, ea ipsa Iura Serenissimo Electori cauerentur: quod et factum est a Legatione Suetica, per sequentem Articulum tenoris eiusmodi.

„Legatio Suetica declarat Serenissimi Regis Regnique Sueciae nomine, ea, quae in Instrumento Pacis, Articulo secundo de Redintegratione Iurium disponuntur, non debere concernere Ditiones, Status, Ciuitates, Terras et Loca, quae a Sua Serenitate Electorali possidentur, nec eo trahenda: Neque obstare eundem Articulum, quo minus Suae Serenitati Electorali Elbinga iure, quod Eidem Suae Serenitati Electorali competere potest, tenenda tradatur, saluis de caetero eiusdem Ciuitatis Priuilegiis et Immunitatibus, tam in Ecclesiasticis quam Politicis, saluo itidem Iure Retractus Conuentionalis Serenissimo Regi et Reipublicae Poloniae, quoad Elbingam. Qui quidem Articulus tanquam si in ipso Instrumento Pacis esset insertus, ibidemque cum aliis appositus, eiusdem cum eo valoris, (ut supra dictum est,) esse haberique debeat.„

Proinde et nos infra scripti Legati Commissarii cum plena potestate Sacrae Regiae Maiestatis et Statuum Reipublicae, eorundem Nomine mentem Nostram praesenti itidem Articulo, quem pro inserto et eiusdem, cum Instrumento Pacis, valoris haberi volumus, declaramus palamque

palamque facimus, Articulum Amneſtiae Generalis in Inſtrumento Pacis contentum, nullatenus poſſe vel debere Iuribus Suae Serenitatis Electoralis tam antiquis, quam nouiter acquiſitis, et in ſpecie Traditioni Elbingenſis Ciuitatis iuxta Pacta cum Sua Serenitate Electorali inita, derogare et praeiudicare, imo eadem Pacta in omnibus eorundem Articulis, Punctis et Clauſulis, ſalua et integra conſeruari, et manuteneri. In cuius rei fidem praeſentem Declarationem manibus Noſtris ſubſcripſimus, Sigillisque Noſtris Gentilitiis roborauimus, die tertia Maii Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo, in Monaſterio Oliuenſi.

Ioannes Comes de Leſno, Palatinus Poſnanienſis, Maioris Poloniae Generalis, Mariaeburgenſ. Korſunenſis Capitaneus.

Ioannes Andreas Morſztin, Referendarius Regni.

Ioannes Gninski, Succamerarius Pomeraniae, Capitaneus Gneſn.

Georgius Lubomirski, ſupremus Marſchallus, Generaliſque Exercituum Regni.

Nicolaus Prazmowski, Epiſcopus Luceorienſis et Breſtenſis, Cancellarius ſupremus.

Chriſtophorus Pac, ſupremus M. D. Lithuaniae Cancellarius.

Vladislaus Rey, Theſaurarius Curiae Regni.

LXVI. *De-*

LXVI

Declaratio

S. R. M. Regnique Sueciae Legatorum, pro pace ac libertate omnium ab Ecclesia Catholico-Romana de Religione in Polonia Diffidentium, in puncto Amnestiae cauta.

Ex Londorpii Actis Publ. T. IX. p. 692.

Sacrae Regiae Maiestatis Regnique Sueciae ad Pacificationem in Prussia Legati Commissarii Plenipotentiarii.

Notum testatumque facimus. Quod licet a Religione Romano-Catholica in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae dissidentes in moderno Instrumento Pacis Sueco-Polonicae, Articulo de Amnestia secundo, per expressum non sint nominati; dicta tamen Amnestia tam generalis quam specialis etiam illos concernat, eaque ipsi tota frui debeant. Neque enim Legationi Suedicae mens fuit, ullas leges antiquas et antiquatas contra haeriticos sic dictos sancitas, vel etiam nouas durante hoc bello, (quo merito praesumi debet ac potest nihil esse innouandum,) latas hoc tractatu confirmandi, sed potius, ut hac Pacificatione cuncta in eum statum, qui ante hoc bellum fuit, reducantur, nec cuiquam, quod partes Sacrae Regiae Maiestatis Sueciae secutus fuerit, sub quocunque praetextu noxae et fraudi sit, efficiendi. Ac proinde declaramus et testamur, verba in §. 2. praefati Articuli, *secundum Leges Regni*, ex parte Nostra non aliam vel antehac admisisse, vel etiamnum admittere interpretationem posse, quam ut unusquisque sine exceptione, et cuiuscunque Status, conditionis, aut Religionis sit, gaudere debeat iuribus, priuilegiis et consuetudinibus, tam in Ecclesiasticis quam in profanis, secundum Leges Regni, sicut ante hoc bellum obserua-

obſeruatum fuit. In cuius rei fidem praeſens atteſtatum manibus noſtris ſubſcriptum, Sigillo Legationis maiori roborari fecimus.

Sobothi die $\frac{21}{31}$ Maii Anno 1660.

Magnus Gabriel de la Gardie.
Benedictus Oxenſtierna.
Chriſtoph. Carolus Schlippenbach.
a Guldenklau.

(L. S.)

Godofredus von Schröer,
Legationis Secretarius.

LXVII

Ratificatio Regis Poloniae Prouiſionalis Dno Legato Mediatori exhibita.

Ex editione Inſtr. Pacis Regiomontana.

Ioannes Caſimirus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, etc. etc. etc. Significamus tenore praeſentium omnibus et ſingulis notitiam horum habituris. Poſtquam ſummo Pacis Auctore Deo annuente, Tractatus de Pace perpetua cum Sereniſſimo olim Principe, Dno Carolo Guſtauo, Suecorum, Gothorum Vandalorumque Rege, M. Principe Finlandiae etc. etc. etc. per Commiſſarios Serenitatis Suae et Regni Sueciae, Oliuae coepti, ac deinceps ubi idem Sereniſſimus Carolus Guſtauus, voluntate Diuina diſponente, durantibus hiſce Tractatibus in viuis non ita pridem eſſe deſiit, et Sereniſſimus Princeps Dominus Carolus, praedefuncti Parentis unicus Filius et Haeres, in faſtigium paterni ſolii ſucceſſit, nouiſque mandatis dictos Commiſſarios tam Noſtros, quam Sereniſſimorum Foederatorum Noſtrorum, utpote

Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis Dni Leopoldi, Rom. Imperatoris ſemper Auguſti, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Sclauoniae, Dalmatiae Regis, Archiducis Auſtriae etc. etc. etc. Nec non Sereniſſimi Principis, Dni Friderici Wilhelmi, S. R. I. Principis Electoris et Archi-Camerarii, in Pruſſia Ducis etc. etc. etc. Mediatione ſedula Chriſtianiſſimi Regis, die 3. menſis Maii, Anno quo infra, eſt impoſita; Supereſtque tantum, ut Nos ea omnia et ſingula acta et concluſa, quae in Inſtrumento Pacis, Tractatuſque huius incluſa ſunt, auctoritate Noſtra Regia firmemus et roboremus: Ea propter nihil, (quantum in Nobis eſt,) tam pium et ſanctum opus morati, praedictum Tractatum manibus tam Noſtrorum, quam Sereniſſimorum Foederatorum Noſtrorum, ac ex parte Regni Sueciae Commiſſariorum, cum plena poteſtate ſubſcriptum et ſigillis roboratum, approbandum atque ratificandum eſſe duximus, prout praeſenti Noſtro Diplomate confirmamus, approbamus et ratum habemus. Inſuper promittimus ac recipimus Noſtro, Succeſſorum Noſtrorum et Regni Poloniae ac M. D. Lithuaniae nomine, Nos ſingula et uniuerſa capita Articulorum et Paragraphorum Inſtrumentorum Pactorum ſupra ſcriptorum incluſorum et comprehenſorum, in omnibus eorundem Punctis, et Clauſulis pro ratis et firmis ſemper et in perpetuum habituros, nec paſſuros a Nobis ſubditiſque Regni Poloniae et M. Duc. Lith. Noſtris, ullo modo violari, ſed ea cuncta vel per praedictos Commiſſarios concluſa et determinata, pactiſque dictis comprehenſa ſunt, obſeruaturos et manutenturos. In quorum maiorem fidem praeſentes Manu Noſtra ſubſcriptas ſigillo quoque Regni Maiori communiri iuſſimus.

Dabantur Gedani, die quarta Menſis Maii, Anno 1660.

Ioannes Caſimirus Rex.

(L. S.)

LXVIII. *For-*

LXVIII

Formula Solennis Ratificationis Regis Poloniae.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Nos Ioannes Casimirus, Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. etc. etc. Significamus omnibus et singulis, quorum interest; Dedisse Nos Commissarios ac Legatos Nostros plena potestate ac mandatis instructos ad tractandum, interueniente mediatione Christianissimi Regis, de pace perpetua cum Serenissimo et Potentissimo Principe ac Domino, Dno Carolo, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Rege et Principe Haereditario, Magno Principe Finlandiae etc. etc. etc. Consanguineo Nostro et Regno Sueciae. Qui congressi cum Serenissimis Eius et Regni Sueciae Legatis et Commissariis, sequentia Pacta, uti verbotenus infra sunt expressa et inserta, inierunt, statuerunt et concluserunt.

Insertio Pactorum.

Nos itaque Ioannes Casimirus, eadem Gratia Rex Poloniae, M. Dux Lithuaniae etc. etc. etc. Promittimus et recipimus Nomine Nostro, Successorum ac Posterorum Nostrorum, et Reipublicae Poloniae, Nos singula et uniuersa Capita Pactis suprascriptis inserta et comprehensa, bona et Regia fide, approbare et ratihabere, sicuti hisce approbamus et ratihabemus, (ita tamen, ut Articulus secundus inserti Instrumenti Pacis secundum Articulum separatum Declaratorium accipiatur,) nec passuros a Nostris ac Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae Vasallis, Officialibus ac Subditis ullo modo violari. Et quia circa Guarantiam Exterorum Principum et Statuum Partes Paciscentes facultatem sibi reseruarunt alios Principes et Potestates ad hanc Guarantiam, in ipsa ratihabitione, inuitandi et nominandi; Ideo certos Principes et Status ad Guarantiam hanc praestandam Nostro et Reipublicae Nomine per Ministros Nostros inuitauimus, atque Eosdem circa Commutationem Ratificationum coram Partibus Paciscentibus nominandi

nandi facultatem Legato Plenipotentiario Noſtro dedimus. In quorum maiorem fidem ac certitudinem haſce manu Noſtra ſubſcripſimus, et ſigillo Regni Noſtri muniri iuſſimus. Dabantur Warſauiae, in Conuocatione ſolenni, die 26 Iunii, Anno MDCLX.

Ioannes Caſimirus, Rex.

(L. S.)

LXIX

Formula Ratificationis Pactorum DD. Delegatorum Regis et Reip. Poloniae.

Ex editione Inſtr. Pacis Regiomontana.

Nos Senatores et Equeſtris Ordinis, a Sereniſſimo Rege et Republ. Poloniae, Lege Comitiali Delegati Commiſſarii. Conſtare volumus, quorum intereſt, uniuerſis et ſingulis; Quod, cum Illuſtriſſ. ac Excellentiſſimi DD. Sac. Reg. Maieſt. Domini Noſtri Clementiſſimi et Reipublicae Commiſſarii ad Tractatus Pacis perpetuae, inter utraſque Regias Maieſtates et inclyta Regna Poloniae et Sueciae, virtute poteſtatis a Sacr. Reg. Maieſt. tum et a Republica illis factae, cum Illuſtriſſ. ac Excellentiſſ. Dnis Sereniſſimi Regis Regnique Sueciae Commiſſariis in certa Pacta et Leges Perpetuae Pacis conuenerunt, quorum tenor eſt, qui ſequitur:

Inſertio Pactorum.

Nos itaque Senatores et Equeſtris Ordinis, a Sereniſſimo Rege et Republica Poloniae, Lege Comitiali Delegati Commiſſarii, promittimus et recipimus, vi poteſtatis Nobis a Republica conceſſae, nomine Eiuſdem, Nos omnia et ſingula Capita Pactis ſupraſcriptis comprehenſa, iuxta Conſtitutionem Regni Anni 1659. adprobare et ratihabere; ſicuti

ſicuti vigore quoque praeſentium approbamus et ratihabemus, (ita tamen, ut Articulus ſecundus inſerti Inſtrumenti Pacis ſecundum Articulum ſeparatum declaratorium accipiatur.) nec paſſuros, ut ab ullo Reipublicae Statu, Vaſallo, Officiali aut Subdito, quouis modo violentur. Cauemuſque et promittimus, Diplomata Ratificationis huius Pacis, tam Sacrae Regiae Maieſtatis, quam hoc Noſtrum, in proximis Comitiis Regni Generalibus, Conſtitutionibus et Volumini Legum Noſtrarum inſertum iri. Et quia circa Guarantiam Exterorum Principum et Statuum Partes Paciſcentes facultatem ſibi reſeruarunt, alios quoque Principes et Poteſtates ad hanc Guarantiam in ipſa ratihabitione inuitandi et nominandi; Ideo Principes et Status a Sacra, Regia Maieſtate, ad praeſtandam Guarantiam inuitatos, et circa commutationem Ratificationum coram Partibus Paciſcentibus nominandos pro Principibus Statibuſque Cauentibus, tamquam ſi expreſſe hic nominati eſſent, acceptamus. In quorum omnium fidem, praeſens haec Approbatio, ſubſcriptione Manuum Noſtrarum, Sigilliſque, nomine Senatus, Celſiſſimi Primatis Regni, nomine vero Deputatorum ex Ordine Equeſtri, Illuſtriſſimi Dni Succamerarii Pomeraniae, tamquam proxime praeteritorum Comitiorum Mareſchalli, firmata et roborata. Eaque eamdem vim atque robur, ac ſi omnium atque ſingulorum Deputatorum appenſa eſſent ſigilla, habitura eſt. Datum Warſauiae in Conuocatione ſolenni, die vigeſima ſexta Iunii, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Sexageſimo.

Locus

nominum Delegatorum, et ſigilli appenſi.

LXX

Formula Ratificationis Pactorum Sacrae Caesareae Maiestatis.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Leopoldus Diuina Fauente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slauoniae Rex, Archidux Austriae etc. etc. etc. Significamus Vniuersis et Singulis, quorum interest. Quod, cum Legatos et Commissarios Nostros plena Potestate ac Mandatis instructos deputauerimus, ut in Tractatibus Pacis Perpetuae Polono-Sueticis in Prussia institutis tractarent, itidem Nostro Nomine de Pace Perpetua cum Serenissimo Potentissimoque Principe ac Domino, Domino Carolo, Suecorum, Vandalorumque Rege, Magno Principe Finlandiae, etc. etc. etc. et Regno Sueciae ineunda; Qui congressi cum Serenitatis Eius et Regni Sueciae Legatis et Commissariis sequentia Pacta, uti verbotenus infra hic sunt inserta et expressa, inierunt, statuerunt ac concluserunt.

Insertio Pactorum.

Nos itaque Leopoldus, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae et Sclauoniae Rex, Archi-Dux Austriae, etc. etc. etc. promittimus et recipimus Nomine Nostro, Haeredum ac Successorum Nostrorum, Nos singula et uniuersa Capita Pactis suprascriptis inserta et comprehensa, bona Imperiali ac Regia fide approbare, laudare et ratihabere, prout hisce quoque approbamus, laudamus et ratihabemus, nec passuros a Nostratibus ullo modo violari. Et quia in Articulo Guarantiae Exterorum Principum Partes Paciscentes facultatem sibi reseruarunt alios Principes et Potestates, ad hanc Guarantiam, in ipsa ratihabitione inuitandi et nominandi; Ideo Nos, probe scientes rebusque ipsis experti, quantopere Serenissimus et Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus Philippus Quartus, Hispaniarum Rex Catholicus, negotium Pacis huius promouendae, cordi semper habuerit, quippe, qui id studium suum

suum una cum Serenissimo et Potentissimo Principe ac Domino, Dno Ludouico Decimo Quarto, Franciae Rege Christianissimo, non modo in Tractatu Pacis, inter ipsos ad Pyrenaeos concluso, per Articulum expressum, hoc super puncto eidem insertum, affatim declarat; (quae etiam causa nobis fuit, ut simul atque de hac laudabili utriusque Regis intentione certiores facti fuimus, Amborum mox simultaneam Mediationem acceptauerimus,) verum etiam per Camerarium et Oratorem suum in Germania, Illustrem, sincere Nobis Dilectum, *Casparum de Teves et Guzman*, Marchionem *de la Fuente*, aliosque Ministros Suos postea, tam in aula Nostra, quam in ipso Tractatuum loco, cum Eiusdem Regis Christianissimi Ministris et Legato uberius explicarit, et in effectum deduxerit: Porro autem idem Catholicus Rex ad requisitionem a Nobis factam, se ad Pacis iam conclusae conseruationem, manutentionem, et Guarantiam, non minus promte obtulerit, quam ante ad eius conciliandae promotionem cupide impendit, prout de eo per dictum Oratorem suum, pleno ad id Mandato instructum, significari fecit, Nosque tam beneuolam eius oblationem amice acceptauerimus: Idcirco de hac etiam acceptatione Nostra hisce testatum facere ac saepe dictum Catholicum Regem Pacis huius Guarantiae Socium nominare voluimus. Quum item vigore dictae Pacis omnibus Paciscentibus integrum sit saepedict: Christianiss. Regis Guarantiam acceptare, eandem Guarantiam Nos quoque acceptamus, et hisce acceptasse declaramus.

In quorum maiorem fidem ac certitudinem hasce Manu Nostra subscripsimus, et Sigillo Nostro Imperiali communiri iussimus. Quae dabantur in Ciuitate Nostra Graecii, die duodecima mensis Iulii anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo, Regnorum Nostrorum Romani secundo, Hungarici sexto, Bohemici vero quarto.

Leopoldus.

(L. S.)

Vlr. Wilhelm a Walderdorff,

V. C. mpria.

Ad mandatum Sac. Caes. Maiestatis proprium.

I. Walderode.

LXXI. *For-*

LXXI.

Formula Ratific. Pactorum Regis et Regni Succiae.

Ex editione Inſtr. Pacis Regiomontana.

Nos Carolus Dei Gratia Suecorum, Gothorum Vandalorumque Rex et Princeps Haereditarius, Magnus Princeps Finlandiae, Dux Scaniae, Eſthoniae, Liuoniae, Careliae, Bremae, Verdae, Stetini, Pomeraniae, Caſſubiae et Vandaliae, Princeps Rugiae, Dominus Ingriae et Wiſmariae; Nec non Comes Palatinus Rheni, Bauariae etc. Dux; Notum teſtatumque facimus uniuerſis et ſingulis, quorum intereſt. Quod, cum Legatos et Commiſſarios Noſtros plena Poteſtate ac Mandatis inſtructos, deputauerimus, ut in Tractatibus Pacis perpetuae inter Nos et Regnum Sueciae, ac Sereniſſimum et Potentiſſimum Regem et Rempublicam Poloniae, atque Eorundem Foederatos et Belli Socios, in Pruſſia, interueniente Mediatione Regis Chriſtianiſſimi, inſtitutis tractarent itidem Noſtro Nomine de Pace perpetua, cum Sereniſſimo Principe ac Domino, Dno Friderico Wilhelmo, Marchione Brandeburgico, S. R. Imperii Archi-Camerario et Principe Electore, Magdeburgi, Pruſſiae, Stetini, Pomeraniae, Caſſubiorum Vandalorumque, nec non in Sileſia Croſnae et Carnouiae Duce, Burggrauio Norinbergenſe, Principe Halberſtadii et Mindae, Comite Marcae et Rauensbergi, Domino in Rauenſtein, Cognato Noſtro Chariſſimo, ineunda. Qui congreſſi cum Suae Serenitatis Electoralis Legatis ac Commiſſariis, ſequentia Pacta, uti verbotenus infra hic ſunt inſerta et expreſſa, inierunt, ſtatuerunt et concluſerunt.

Inſertio Pactorum.

Nos itaque Carolus eadem Gratia Suecorum, Gothorum Vandalorumque Rex et Princeps Haereditarius, Magnus Princeps Finlandiae, Dux Scaniae, Eſthoniae, Liuoniae, Careliae, Bremae, Verdae, Stetini, Pomeraniae, Caſſubiae et Vandaliae, Princeps Rugiae, Dominus Ingriae et Wiſmariae, nec non Comes Palatinus Rheni, Bauariae etc. Dux;

Dux; Promittimus et recipimus Nomine Noſtro, Haeredum, Succeſſorum et Poſterorum, Regnique Sueciae, Nos ſingula et uniuerſa Capita, Pactis ſupraſcriptis comprehenſa, bona et Regia fide approbare, laudare et ratihabere, prout hiſce quoque approbamus, laudamus et ratihabemus; nec paſſuros a Noſtris ac Regni Sueciae Vaſallis, Officiariis, et ſubditis ullo modo violari. Et quia in Articulo Guarantiae Exterorum Principum, Partes Paciſcentes facultatem ſibi reſeruarunt alios Principes et Poteſtates ad hanc Guarantiam in ipſa Ratihabitione inuitandi et nominandi: Ideo Nos, in Pactis alte memoratum Sereniſſ. et Potentiſſ. Galliae et Nauarrae Regem Chriſtianiſſimum inuitatum, etiam nunc hic repetimus, ut et S. Romani Imperii omnes in uniuerſum Electores, Principes et Status, Amicos et Foederatos Noſtros pariter inuitamus et nominamus. In quorum fidem ac certitudinem haſce Honoratiſſimae et Chariſſimae Matris Noſtrae et Regni Noſtri Adminiſtratorum manibus ſubſcriptas, Sigillo Regni Noſtri corroboratas, extradi iuſſimus. Dabantur Stockholmiae die 14 Iunii, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum ſexageſimo.

Hedewig Eleonora.

Locus nominum Adminiſtratorum Regni,

et Sigilli Regii appenſi.

LXXII

Declaratio Legati Suecici,
ſuper nominatione Fideiuſſorum Pacis in Formula Ratificationis Suecicae.

Ex editione Inſtr. Pacis Regiomontana.

Quia circa actum Commutationis Ratificationis Pacis Oliuae concluſae quaedam difficultates ſuper verbis, in fine Inſtrumenti Ratificationis Sacrae Regiae Maieſtatis Regnique Succiae: „Vt et S. Rom. Imperii „omnes in uniuerſum Electores Principes et Status, Amicos et Foede„ratos Noſtros pariter inuitamus et nominamus:„ orta fuit, eius expediendae cauſa, et ne opus exequendum Pacis remorandi occaſio exinde enaſci poſſit, Illuſtriſſimus et Excellentiſſimus Dominus Legatus Suedicus ad requiſitionem Partium, quam fieri poteſt ſolenniſſime, poteſtate Plenipotentiarii declarat, verba illa, „Amicos et Foederatos,„ non ad alios, quam ad ipſos illos immediate ante haec verba, „Ami„cos et Foederatos nominatos,„ omnes in uniuerſum Electores Principes et Status referri. In quorum fidem haecce Illuſtriſſimus et Excellentiſſimus Dominus Legatus et Plenipotentiarius Suedicus manu propria ſubſcripſit. Gedani, die 18 Auguſti, ſt. n. Anno 1660.

Chriſtoph. Carolus Schlippenbach.

(L. S.)

LXXIII

LXXIII

Nominatio Regis Hispaniarum pro Fideiussore Pacis Oliuae conclusae, a Regis Poloniae Plenipotentiario Legato circa commutationem Ratificationum Dantisci facta.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Quo maior pateat Sacrae Regiae Maiestatis et Reipublicae Polonae sollicitudo, in procuranda certitudine et perennitate Pacis, cum Regno Sueciae, nuper Oliuae initae, vigore reseruatae sibi facultatis Articulo XXXVI. in ipsa Ratificatione alios Principes et Potestates ad Guarantiam et Fideiussionem Pactorum inuitandi et nominandi, id ipsum per me Legatum et Plenipotentiarium Suum exequitur, speciali mihi eum in finem tradita facultate, ut nominarem Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Philippum IV. Hispaniarum Regem Catholicum. Cum vero ille iam pridem a Sacra Regia Maiestate Poloniae ad praedictam fideiussionem inuitatus fuerit, ubi primum de acceptata constiterit, sine mora id ipsum Partibus omnibus paciscentibus communicari faciet. Ad maiorem autem fidem hancce declarationem manu mea subscripsi, et sigillo proprio muniui.

Datum Gedani, die 16 Augusti, Anno 1660.

(L. S.)

Vladislaus Rey,
Legatus Plenipotent.

LXXIV

Nominatio Regis M. Britanniae, et Ordinum Foederati Belgii, pro Fideiussoribus Pacis Oliuensis, a Plenipotentiario Legato Regis Poloniae circa commutationem Ratificationum facta.

Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Quo maior pateat Sacrae Regiae Maiestatis et Reipublicae Polonae sollicitudo, in procuranda certitudine et perennitate, Pacis cum Regno Succiae, nuper Oliuae initae, vigore sibi reseruatae facultatis Art. XXXVI. in ipsa Ratificatione alios Principes et Potestates, praeter ipsum Christianissimum Regem ad Guarantiam et Fideiussionem Pactorum inuitandi et nominandi, id ipsum per me Legatum et Plenipotentiarium Suum exequitur, speciali mihi eum in finem tradita facultate, ut nominarem inprimis Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Carolum II. Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regem, Fidei Defensorem, tum etiam Celsos ac Potentes Ordines Foederati Belgii. Cum vero illi iam pridem a Sacra Regia Maiestate ad praedictam Fideiussionem inuitati fuerint, ubi primum de acceptata constiterit, sine mora id ipsum Partibus omnibus paciscentibus communicari faciet. Ad maiorem autem fidem hancce declarationem manu mea subscripsi, et sigillo proprio muniui. Datum Gedani, die 16 Augusti st. n. anno millesimo sexcentesimo sexagesimo.

(L. S.) Vladislaus Rey,
Legatus Plenipotentiarius.

LXXV. Ac-

LXXV
Acceptatio Regis Poloniae Guarantiae Regis Hispaniarum.
Ex editione Instr. Pacis Regiomontana.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae, Smolensciae Czernichouiaeque, nec non Succorum, Gothorum, Vandalorumque haereditarius Rex. Vt, quo hactenus desiderio reducendae postliminio dominiis Nostris pacis et tranquillitatis cum Regno Sueciae affecti fuimus, Nos eiusdem conseruandae, (postquam Deo clementer annuente haec ipsa Pax conclusa, et Pactis desuper circumscripta est,) perquam studiosos attestemur: Cum nobis facultatem Articulo trigesimo sexto, exteros Principes ac Potestates ad Guarantiam et fideiussionem dictorum Pactorum in ipsa Ratificatione inuitandi ac denominandi reseruauerimus: iam ipsa experientia edocti, quanto studio et cura tranquillitatis publicae Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus Philippus IV. Hispaniarum Rex Catholicus, simultaneam pro hac Pace promouenda Mediationem, vigore expressi Articuli in Tractatu Pacis ad Pyrenaeos concluso, cum Serenissimo et Potentissimo Principe ac Domino Ludouico XIV. Galliarum Rege Christianissimo susceperit, et officia sua per Illustrissimum Dominum *Casparum de Teves et Guzman*, *Marchionem de la Fuente*, Camerarium et Oratorem Suum in Germania interposuerit, nihilque partium suarum omiserit, ut hoc negotium ad optatum exitum perduceretur; Nec minorem etiam contestari cupiens conseruandae, quam conciliandae Pacis feruorem, ad requisitionem a Nobis factam, fideiussionem et Guarantiam suam per eumdem Illustriss. Dn. Marchionem *de la Fuente*, pleno et sufficiente super hoc mandato instructum, obtulerit: Hac praecustodita uti volentes facultate, praenominatum Sereniss. et Potentiss. Principem ac Dnum Philippum IV. Hispaniarum Regem Catholicum, in verum et legitimum Fideiussorem et Sequestrum Pacis conclusae et Pactis hisce comprehensae, et in Socium Guarantiae sumimus, recipimus et acceptamus, eisdemque hisce Nos eam acceptare declaramus; quae scriptura manu

 Nostra

Noſtra ſignata ac ſigillo roborata, eamdem vim ac robur obtinebit, ac ſi ipſis Pactis praeinſerta fuiſſet. Datum Warſauiae die XIX menſis Iulii, anno Domini MDCLX. Regnorum Noſtrorum, Poloniae XII. et Sueciae XIII anno.

Ioannes Caſimirus Rex.

(S. L. Regii.)

Stephanus Hankiewie,
Secretar. Reg. Maieſt.

LXXVI

Acceptatio Elect. Brandeburgici Guarantiae Regis Hiſpaniarum.

Ex editione Inſtr. Pacis Regiomontana.

Nos Fridericus Wilhelmus Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius et Princeps Elector, in Pruſſia Dux etc. etc. etc. Notum teſtatumque facimus, poſtquam Diuini Numinis beneficio, eo iam Pacis in Boruſſia negotium proceſſit, ut ſuper eo inſtituta Tractatio feliciter ad finem perducta et Inſtrumenta inibi confecta, mutua omnium Partium ratihabitione et commutatione iamiam firmanda ſint, Nobis quam maxime curae eſſe, ut, quae ita non minus Noſtris quam Foederatorum Noſtrorum et Partium paciſcentium Regnis et Prouinciis per Dei gratiam contigit Pax atque Tranquillitas, eadem illis diu illibata atque illaeſa conſeruari et ad ſeram uſque poſteritatem propagari queat. Caeterum quum certi ſimus, Reges Principeſque, quorum opera in procuranda hac Pace maxime illuſtris comparuit atque ſpectata fuit, deinceps Pacis ſtudio id cum bono Deo effecturos, ut tam exoptata, tot impendiis curiſque ſiſis comparata Pacis commoda poſteritati conſeruentur integra, atque Sereniſſimus et Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Philippus Quartus, Hiſpaniarum Rex Catholicus,

Catholicus, vigore Articuli, in Inſtrumento Pacis ad Pyrenaeos concluſo, ſimultaneam Pacis Mediationem, una cum Sereniſſimo et Potentiſſimo Principe ac Domino, Domino Ludouico Decimo Quarto, Galliarum Rege Chriſtianiſſimo ſuſceperit, ſuoque Camerario et in Germania Legato, Illuſtriſſimo et Excellentiſſimo Domino *Caſparo de Teves et Gutzman* commiſerit, ut nihil intermitteret, quod ad praedictam Pacem conciliandam promouendamque facere poſſit, atque is nihil a ſe deſiderari paſſus ſit, quod ſuarum fuerit partium: Igitur et altememoratum Regem Catholicum pro fiducia, quam praeter multa alia ſingularis propenſionis atque affectus erga Nos teſtimonia, illud Pacis uniuerſalis procurandae ſtudium excitauit, requiſiuimus, ut et pro obſeruatione praedictae Pacis fideiubere, eamque armis ſuis, ſi opus foret, tueri dignaretur. Quare cum ante memoratus Legatus, nomine Regis Catholici, ad eiuſdem pleniſſimum mandatum declarauerit, altememoratum Regem iſtam Fideiuſſionem et Guarantiam, quae dicitur, in ſe recipere, atque ipſi non minus conſeruandae Pacis officia cordi fore, quam quae illi procurandae impendit; ideoque iſtam pro conſeruatione et Guarantia huius Pacis factam declarationem Regiam grato agnoſcimus et acceptamus animo. Quemadmodum et hiſce altememoratum Sereniſſimum et Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum Philippum Quartum, Hiſpaniarum Regem Catholicum, uti verum et legitimum Fideiuſſorem et Sequeſtrem Pacis Oliuae concluſae recipimus et acceptamus.

Id quod Inſtrumento hoc, Manu Noſtra ac Sigillo roborato, quod eandem vim cum ipſis Pacificationis Pactis obtinebit, manifeſtum reddere voluimus. Dabantur in arce Noſtra Coloniae ad Spream, die 16 Auguſti, anno milleſimo ſexcenteſimo et ſexageſimo.

Fridericus Wilhelmus, Elector.

(L. S. E. appenſi.)

LXXVII. *No-*

LXXVII

Nominatio et Inuitatio Caroli II. Magnae Britanniae Regis, ad Guarantiam Pacis, nomine Principis Electoris Brandeb. ab Eiusdem Legato Plenip. circa commutationem Ratificationum facta.

Ex editione Inſtr. Pacis Regiomontana.

Serenitas Electoralis Brandeburgica, Magdeburgi, in Pruſſia, Iuliae, Cliuiae, Montium etc. etc. etc. Dux. Probato nuper reducendae Pacis Polono-Sueticae indefeſſo ſtudio, eiuſdem quoque aſſerendae iungere, teſtatamque reddere volens ſollicitudinem, mihi, Legato et Commiſſario Suo Plenipotentiario infraſcripto, demandauit, ut vigore reſeruatae omnibus Paciſcentibus, in Articulo XXXVI Inſtrumenti Pactorum, nominandorum ad Guarantiam et Fideiuſſionem Regum, Principum et Statuum, facultatis, praeter in ipſis Pactis, Suaeque Serenitatis Electoralis Ratificatione nominatos et per litteras ac Ablegatos inuitatos, bono Orbis Chriſtiani, auitis Regnis et Ditionibus reſtitutum Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum Carolum Secundum, Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regem, Fidei Defenſorem, a Sua Serenitate inuitandum, nominarem. Prout ex ſpeciali in eum finem mihi tranſmiſſo Mandato, nomine altememoratae Suae Serenitatis Electoralis, Suam Regiam Maieſtatem nomino, idque praeſentibus manus meae ſubſcriptione et Sigillo Gentilitio in maiorem fidem munitis, omnibus Paciſcentibus notum facio.

Dabantur Dantiſci, die XV. menſis Auguſti ſt. n. Anno Domini M DC LX.

(L. S.)

Ioannes ab Hoeverbeeke.
Seren. Elect. Brand. Legatus Plenipotent.

IOH.

IOH. GOTTLOB BOEHMII

OBSERVATIONVM

AD

IOACHIMI PASTORII

DIARIVM

PACIFICATIONIS

OLIVENSIS

LIBER SINGVLARIS

CONSPECTVS OBSERVATIONVM AD IOACHIMI PASTORII DIARIVM

IOH. GOTTLOB BOEHMII
OBSERVATIONVM
LIBER SINGVLARIS

Elogium
Ioachimi Paſtorii ab Hirtenberg,
Protonotarii Apoſt. Canonici Varmiens. et Chelmens. Parochi et Offic. Gedanens. ac Pomeraniae Generalis, Praepoſ. ad S. Adalbertum, R. M. Pol. Hiſtorici, Commiſſarii, et in Pacific. Oliuenſi Secretarii Iurati.

Quam commendationem diſertam et elegantem Ioachimus Paſtorius haud paucorum excellentium virorum memoriae aeternitatique perſcripſit, hanc talem vtinam ei, quemadmodum fide, ſic orationis copia et cultu non minori et ipſe poſſem praeſtare! Fuit namque ille litterarum omniſque humanitatis ſcientia, virtutibus praeterea multis et praeclaris ita ſpectatus, vt, ſi quis alius, dignus videatur facunda et illuſtri laudatione. Verum hoc iucundo officio tametſi mihi nequaquam licet, pro dignitate, defungi: viſum tamen eſt memoriam eximii viri, in hoc eius praeſtantiſſimo Opere, haud illaudatam praetermittere, ne, quum indiſertus haberi nolim, in eo honorando videar negligentior. Igitur de eius vita, et ſtudio, quod optimis diſciplinis, in primiſque hiſtoriae impendit, pauca, mihi dicenda exiſtimaui, vt, qua diligentia, qua fide praeſertim Ephemeridas Pacificationis Oliuenſis ſcripſerit, intelligatur.

Natus eſt Ioachimus Paſtorius honeſto loco Glogauiae, in Sileſia, vndecimo anno ſeculi ſuperioris, quod, licet agitatum perpetuis bellis, viros pacis artibus praecellentes et tulit multos, et magnis honoribus ornauit.

ornauit. A pueritia, bonarum litterarum ſtudiis addictus, vbi ad maturiorem aetatem peruenit, non minus felicitate ingenii, quam induſtriae contentione, tantos in iis progreſſus fecit, vt, qualis futurus eſſet, iam tum clariſſimis documentis oſtenderet. Praecipue autem ad hiſtoriam, et ad bene ornateque dicendum, operam atque ſtudium adplicuit, ſectatuſque eſt, intus monente genio, ac veluti viam monſtrante, orationis genus decora grauitate conſpicuum, ſententiis tamquam coloribus diſtinctum, et prope ad poeticam grandiloquentiam elatum. Poeſin ipſam, per omnem aetatem, maximopere coluit, atque, arridentibus Muſis, carmina compoſuit tam pulcra et Latina, vt vel inde inſignem nominis famam conſequeretur. Quarum Camenarum egregia ſpecimina multa ſparſim, multa etiam in faſciculos collecta, atque *Heroum Sacrorum*, *Pepli Sarmatici*, *Siluarum* nominibus inſignita, vulgauit: plura in ſcriniis reliquit: digna vniuerſa, quae in vnum corpus redigantur, hominumque politiorum manibus verſentur. Neque vero intra haec litterarum amoena, vt ſic dicam, vireta conſtitit. Ad ſeueriora ſtudia delatus, egregiam operam medicae arti nauauit: in qua ſupremos honores apud Gallos, a quibus illos accepiſſe tum in primis laudabile habebatur, capeſſiuit. * Cum ea autem, clariſſimorum virorum exemplo, Henrici Meibomii, inter Germanos, (quid enim externa Hieronymi Fracaſtorii, aliorumque, commemorem?) liberalis diſciplinae, in primiſque hiſtoriarum et ciuilis prudentiae doctrinam arcte coniunxit. Cuius rei fructus dein vberrimos ſuauiſſimoſque percepit. In memoria autem rerum geſtarum indaganda cognoſcendaque ſtudioſiſſimus fuit Polonae hiſtoriae, non modo plenae magnis et illuſtribus exemplis, verum etiam ab ſplendidis ingeniis illuminatae. Atque horum per veſtigia Paſtorius fauſto pede ingreſſus, Gentis Polonae praeclara facta inde ab antiquiſſimis temporibus eleganter commemorauit, peculiari libro, primum in Belgis, (namque et hos, praeter Germanos, et Britannos, et Gallos acceſſerat,) euulgato,

* Id quod diſerte teſtatur Paſtorii Epitaphium, cuius exemplum ad me miſſum inferius adſcripſi. KOCHOVIVS Ann. Poloniae Climact. II. p. 344. Medicinae Doctorem inauguratum eſſe Lugduni Batauorum, tradit.

** Lugduni Batau. 1641. 12. In cuius editionis laudem MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS, Profeſſor in Academia Lugduno-Bataua clariſſimus, cultos elegos ſcripſit: qui et in Amſtelodamenſi, et Gedanenſi, repetiti ſunt.

euulgato,[**] cui *Flori Polonici* vocabulum ex vero inditum eſt. Adeo in eo potiſſimum *Flori* dictionem expreſſit, floribuſque cuncta ſic compleuit, ornauitque, vt, quidquid calcauerit, quemadmodum in prouerbio dicitur, roſa facta videatur. Ab eo tempore Paſtorius in florentiſſimis rerum auctoribus numerari, magnique fieri coepit, praeſertim a Polonis, ingeniorum intelligentiſſimis liberaliſſimiſque aeſtimatoribus, mox etiam pulcris doctrinae praemiis et honoribus decorari.

Annus agebatur ſupra milleſimum ſexcenteſimum primus et quinquageſimus, quum, honeſtis conditionibus inuitatus, ſeſe Elbingam conferret, vt in celebri nobiliſſimae vrbis gymnaſio, praeter Phyſicam, hiſtorias explanaret. [***] In cuius muneris auſpicio orationem, de dignitate hiſtoriae, dignam rei magnitudine, pronunciauit: quae, vt eius aliae, ad Elbingenſes et Gedanenſes habitae, in manus doctorum hominum peruenit. Per ea tempora, auxit etiam apud exteros nominis ſui gloriam, hiſtoria belli Scythico-Coſacici luculenter ſcripta, atque anno illius ſeculi quinquageſimo ſecundo Gedani edita. In hanc vrbem, liberalibus ſtudiis non minus, quam ciuium opibus, et commerciorum adfluentia florentem, Paſtorius aliquamdiu poſt, auctore atque ſuaſore Hadriano de Linda, ſapientiſſimo viro, euocatus, [****] Profeſſionem hiſtoriarum honorariam nactus eſt, tamquam ampliſſimum theatrum, in quo virtutis doctrinaeque copias explicaret, atque oſtenderet. Qua in re exſpectationem, de ſe, egregiam non modo expleuit cumulatiſſime, verum etiam longiſſime ſuperauit. Nam et Reipublicae grauiſſimis negotiis admotus, in iiſque agendis, inſigni cum laude, verſatus eſt. Quippe non ſcholae tantum, vt vmbratilis homo, ſed multo maxime vitae didicerat, vir ſane ciuilis, multoque vſu et experientia exercitatiſſimus.

His praeſertim nominibus Iohanni Caſimiro Regi, Primoribuſque Regni, traditus commendatuſque fuerat primum ab Sigiſmundo Guldenſternio, viro ſplendidiſſimis proſapiae virtutumque decoribus illuſtri:

*** Vid. EPHR. PRAETORII Athenae Gedanenſes, p. 114.

**** PASTORIVS in Epiſt. Dedic. Siluarum P. I. praefixa: *Tu ſane, Magne Praeconſul, — — non tantum, quidquid meliorum poematum haberi poteſt, auidiſſime legis, ſed ex iiſdem etiam optima quaeque, feliciſſima illa, qua praepolles, memoria complecteris. — Artis vero iſtius cultores comiter admodum foues, multis beneficiis*

ſtri: cuius hoc, in ſe, ſummum beneficium ipſe in epiſtola, *Stellae Aureae* praemiſſa, celebrauit. * Neque defuit rei felix ſucceſſus, opitulantibus, praeter Guldenſternium, compluribus aliis Regiae potentiae adminiſtris, praecipue autem Leſciniis, Comitibus, quos ſtudiorum ſuorum patronos longe indulgentiſſimos eſt expertus. Horum igitur ſuffragatione, adhibitus eſt tot ac tantis negotiis expediendis, difficillimo Reipublicae tempore. Iam primum Iohanni Leſcinio, Palatino tum Lenciciensi, magnae et auctoritatis et prudentiae Senatori, ad demulcendum Carolum Guſtauum Regem, qui bellum in Polonos atrociſſimum parabat, ablegato in Succiam adfuit, arcanorum omnium conſcius atque particeps. ** Huius legationis geſta expoſuit diligenti narratione. Quae quum ſingulari beneficio et indulgentia Reuerendiſſimi atque Illuſtriſſimi ZALVSCII, Praeſulis Kiouienſis, in manu mea ſit, necdum in hominum conſpectum prolata: operae pretium me facturum putem, ſi quando in lucem emittam. *** Atque ita Paſtorius, iam tum ſatis ſpectatus documentis prudentiae dexteritatiſque compluribus, haud multo poſt ab Venceslao Leſcinio, Epiſcopo Varmienſi, adſumtus eſt inter eos, quorum fideli ac ſtrenua opera vteretur, occupatus in concilianda, inter Poloniae Regem, ac Principem Electorem Brandeburgi, amicitia. **** Quae demum aliquamdiu poſt coaluit.

beneficiis ſubinde excitas, ornaſque. Me quidem, vt antehac, ita inprimis, poſtquam ab Ampliſſimo Senatu, te praeſide et curatore praecipuo, Elbinga in hanc vrbem, ipſis auſpicantibus fatis, ad honorariam ſtationem vocatus ſum, ſpectatiſſimis fauoris tui pignoribus deuinxiſti.

* Verba ſic habent: *Poſſem alios quoque nominare, quos ob ſolam pariter eruditionem, ſacram, profanam, non plurimum tantum aeſtimat, ſed interiore etiam amicitia dignatur. Poſſem inter ceteros me quoque adponere, qui, ex quo inter Regiae inaugurationis ſollemnia, Cracouiae, anno* MDCXXXXIX. *celebrata, ipſi innotui, beneficum eiuſdem patrocinium perpetuo inde, quod praefiſcine dixerim, expertus ſum. Ille Regiae mihi gratiae primus conciliator, ille apud alios haud paucos Regni Magnates beneuolentiae pararius fuit.*

** Vid. PASTORIVS Flor. Polon. Lib. VII. pag. 532.

*** Hoc loco lubet illius exordium, tamquam promulſidem aliquam, adponere: *Inuitatus ab Illuſtriſſimo Comite de Leſno, Palatino Lenciciensi, Capitaneo Mariaeburgenſi, Extraordinario ad Sereniſſimum et Potentiſſimum Regem et Regnum Sueciae Legato, nec non ſimul a Celſiſſimo et Reuerendiſſimo Regni Primate, qui peculiaribus litteris id a me poſtulauit, accedente inſuper Praeluſtris Baronis Guldenſternii perſuaſione, Illuſtriſſimum Legatum in Succiam comitari promiſi. Venit is Gedanum* XVI *Iunii An.* MDCLV. *vbi exceptus fuit Ampliſſimi Senatus nomine, per*

luit. Neque istiusmodi rei, per illa tempora, facile quidquam susceptum est, in quo non aliqua eius opera conspiceretur ac laudaretur.

Sed maxime studium atque virtus ipsius emicuit, in Oliuensi Pacificatione, ad quam quidem fere inuitus, vt erat procul ab ambitione, accitus est, quamuis non deessent, qui talem honorem enixe adpeterent.* At enim is ad tantam rem, praeter ceteros, idoneus et erat, et ab omnibus habebatur, quod non modo eximia fide ac ceterarum virtutum excellentia nemini vlli cedebat, verum etiam facundia, scribendique vsu et arte quam plurimos anteibat. In hoc tali igitur ac tanto negotio exspectationi, de se conceptae, sibique satisfacturus, totas noctes atque dies operae adeo nulli pepercit, vt saepenumero, curis grauioribus intentus, nec cibum caperet, nec somno vacaret.** Occupatissimus fuit epistolis perscribendis, atque actis Legationis Polonae, Commentariisque concinnandis. Ex his, tamquam ex limpidissimo fonte, Ephemerides Pacificationis Oliuensis, quas, huc vsque inter cimelia Zaluscianae Bibliothecae reconditas, nunc in lucem educimus, prouenere, egregium haud dubie opus, in quo si quis superciliosus Grammaticus castitatem Latini sermonis haud intemeratam desideret, intelligentiores singularem fidem atque praestantiam rerum aeque suspicient, collaudabuntque, ac in *Caroli Ogerii*, de Stumdorfianis induciis, narratione.*** Atque eius

per Amplissimos Viros, Dn. Ioachimum Schraderum, et Dn. Gabrielem Crumhausen, Consules. Antequam vrbe exiremus, iussu Illustrissimi Legati, scripsi litteras, ad Dn. Chanut, Regis Christianissimi Legatum Extraordinarium ad Ordines Confoederati Belgii, et alteras ad Dn. Baronem d'Auancourt, Ordinarium eiusdem Regis, ad Serenissimum Regem et Regnum Sueciae, Legatum, rel.

**** PASTORIVS Flor. Polon. Lib. VII. pag. 591. *Rex Iohannes Casimirus proximi sibi Electoris amicitiam, eo tempore vt maxime necessariam, requirendam duxit. In qua concilianda iam dudum arcano labore occupabatur Vencesiaus Comes de Lesno, Episcopus tum Varmiensis, postea Regni Primas creatus. Cui, vt principi tanti operis architecto, alii subseruierunt; inter quos me fuisse, fiducia veri fretus, profiteor.*

* PASTORIVS in Epist. ad Guldensternium, inter alias eius ineditas, adseruata in Bibliotheca Zalusciana: — *Animitus gaudeo, mea commoda et omnem fortunam tam impense ab I. E. V. Illustrissimo Vice-Cancellario esse commendata. — De tractatuum successu exilis admodum spes est, quum eorundem initia tam lente procedant, immo intra primum adhuc limen haereant. Ego illis me interfuturum vix spero, quia multi alii et digniores eum honorem ambient, quem ego vtique nec prenso, nec adeo opto.*

** Vid. PASTORII Diarium Pacificationis Oliuensis, pag. 301.

*** CAR. OGERII Ephemerides, (Lutet. Paris. 1656. 8.)

eius potiſſimum, vtpote perfecti et ab elegantibus ſpectatoribus probati exempli, diligentiam adeo ſollicite aemulatus eſt, adeo felici ſucceſſu adſequutus, vt ad eumdem modum non tantum operis vniuerſitatem deſcriberet, verum etiam particulas, et ipſam quoque orationem componeret. Nam et *Ogerius*, quantumuis Latine eruditiſſimus, aliquoties vti incultis vocabulis, ac candidioris eloquentiae pulcritudinem poſthabere adcuratae rerum commemorationi eſt coactus. Adeo in hiſtoria quoque ornari res ipſa nonnumquam vetat. Sed enimuero facundiam Romanam Paſtorius, tot ſpeciminibus ante teſtatam, ipſis in Pacificationis auſpiciis comprobauit comta oratione, * habita in ſplendidiſſimo Legatorum, aliorumque illuſtrium virorum, conſeſſu. *Auroram Pacis* ſumto, ex re, vocabulo ipſe adpellat: alteram, quam pace confecta publicauit, non minus adpoſite et eleganter *Oliuam Pacis*.

Atque ita his, de quibus dixi, muneris partibus egregie perfunctus, praeterquam quod laudem ac nominis gloriam vehementer ſtabiliuit, et in maius prouexit, nouis iiſque praeclaris honoribus circumdatus, ac praemiis ſtudii et induſtriae aliis auctus fuit. Nam primum in Comitiis Regni, ſuffragante optimo quoque, ius Nobilitatis indigenae, vulgo *Indigenatum* vocant, accepit, non prece, aut pretio, vt fit, (ac tum quidem triginta millibus vncialium aeſtimatum ſatis conſtat,) ſed, quod et acerrimum et pulcerrimum cogendi genus eſt, ſola virtute quaeſitum. ** Eccleſiaſticis muneribus praefectus eſt et multis et inſignibus: initiatuſque, quum vxorem extuliſſet, ſacris ordinibus, haud dubie, ſi fata ſiuiſſent, ipſum ad Praeſulatus faſtigium perueniſſet.

* KOCHOVIVS Ann. Climact. II. p. 425. *Etiam Ioachimus Paſtorius pro pace dicere iuſſus, in frequenti Legatorum conſeſſu verba fecit, neſcio, vtrum nobilius auditorium nactus, an materiam dicendi. Exſtat viri facundi Oratio, ſub titulo* Aurora Pacis, *typis Gedanenſibus impreſſa, qua fauſtum vt Patribus Patratis congreſſum, ſic negotio finem adprecatus, pleraſque eius belli circumſtantias expoſuit, cum plenioris Hiſtoriae promiſſo, niſi ſcriptorem vita deſtituiſſet.* Primum Oratio ea prodiit, typis excuſa Phil. Rhetii, hoc titulo: De praecipuis beneficiis et ſucceſſibus, quibus Diuina Gratia S. Regiam Maieſtatem et Rempublicam Poloniae vniuerſam, nec non Principes Populoſque Foederatos An. MDCLIX decorauit. Deinde ſub titulo, *Aurora Pacis*, adiecta eſt Floro Polonico, quintum edito, Gedani, An. 1679.

** Vid. LENGNICHIVS Hiſt. Pruſſ. P. VII. p. 267 et 288.

* KOCHOVIVS Ann. Climact. II. p. 344. Verba deſcripſi n. ſqu.

** KOCHOVIVS loc. comm. *De eo viro,*

niſſet.[*] Tanta fuit viri, praeſtantis doctrina ac virtute, apud omnes exiſtimatio. Suſceperat autem ſacra Romanae Eccleſiae, eiurata religione Euangelica, quam a parentibus hauſerat. *Kochouius* inde ab infantia Caluinianae ſectae addictum ſcribit.[**] Aliquando et Socini partes ſequutus eſt,[***] vir in hoc vno varius et mutabilis, cetera conſtantiſſimus.

Iam vero in ea negotiorum multiplici varietate, in mediis vndarum, vt ſic dicam, ciuilium fluctibus, mirum, quam multa ſcripſerit, ſuiſque numeris abſoluta ediderit, quam multa reliquerit edenda. Satis conſtat,[****] ipſum aliquando in eo fuiſſe, vt cuncta, ab ſe litteris mandata, vndenis voluminibus includeret, atque ſic redacta in vnum corpus, poſteritatis memoriae commendaret. Haud conſentaneum fuerit inſtituti rationi, qua de Paſtorio pauciſſimis abſoluendum eſt, ſingula vel ſummatim referre, nedum diligentiore cura explicare. Igitur in hac tanta feſtinatione ſatis habuerim praecipua velut indice digito oſtendere, ea in primis, quae in rebus magnis memoriaque dignis verſantur, et ab aliis, etiam a *Praetorio*,[*****] tacita ſunt atque praetermiſſa. Hunc in cenſum, praeter Florum Polonicum, et quae alia, quoniam locus poſtulabat, ſupra memoraui, vel primo loco retulerim Hiſtoriam Polonam Pleniorem, qua, partibus duabus diſtincta,[******] pauca de Vladislao IV. et extrema, quam plurima de Iohanne Caſimiro, proſpera vel aduerſa, ad vſque annum ſeculi ſuperioris primum et quinquageſimum, veriſſime tradidit. Adiecta eſt de Sarmaticis originibus docta diſſertatio. Iam et inſequutae aetatis hiſtoriam, Epitomen rerum in Europa, praecipue in Polonia geſtarum, annis ſupra

milleſimum

eo viro, quia ſe occaſio dat, aliqua interſerere libet. Is a puero inter ſectarios, quos Reformatos ſeu Caluinos vocant, extera per gymnaſia, humanioribus litteris imbutus. — Demum eiurato Caluini dogmate, ad gremium Eccleſiae Catholicae reuerſus, ac, ſoluto morte coniugis matrimonio, ſacris ordinibus initiatus, dignus fuit, qui in inclyta Gedanenſium vrbe, ad orthodoxam animarum curam, ſub titulo Parochi admoueretur, tum aliis honoribus Eccleſiaſticis perfunctus, vt prope ad Infulas, ſi prouixiſſet, deſtinaretur: quod ei tempori, vel quod magis Principi, litteris inter arma fauenti, debitum.

*** Vid. SANDII Bibliotheca Antitrinitar. p. 149 ſq. itemque SAM. FRID. LAVTERBACHII Ariano-Sociniſmus in Polonia, pag. 358.

**** Vid. ANT. THEISSERII Catalogus Scriptorum p. 127.

***** In Athenis Gedanenſ. l. c.

****** Hiſtoriae Polonae Plenioris Partes duae: prior, de Vladislai IV. extremis, ſequutoque inde Interregno, et Ioh. Caſimiri

milleſimum ſexcenteſimum ſexageſimo quinto, et duobus proximis, perſcripſit, acriore veritatis candoriſque ſtudio, quam quod inter ſuos quidem illa tempora facile pati poſſent. * Atque ita ſcriniis, quaſi carceribus, incluſa adhucdum iacet, et, niſi ab Reuerendiſſimo ZALVSCIO, litterarum benigniſſimo patrono, liberaliter emittatur, aeternum iacebit. Res Pruſſicas peculiaribus libris illuſtrare inſtituit: quorum alterum inſcripſit Chronici Pruſſiae Epitomen, ex *Schutzio* atque *Hennebergero* extractam, alterum, Fragmentum de rebus Pruſſiae. ** Sed neque ii, fractis repagulis, in conſpectum prodiere. Inter haec et talia etiam ad externa delatus, de vita et factis Henrici, eo nomine quarti Galliarum Regis, expoſuit. Quaedam, ex Gallico ſermone, examuſſim in Latinum conuertit, vt *Nicolai Neouilli Villa-Regii*, Comitis Conſiſtoriani, vitam, a *Petro Matthaeo* primum editam. Ipſe, ex Graecis auctoribus, Theodoſii M. conſummatiſſimi Principis hiſtoriam concinnauit, pari elegantia, atque inter Gallos Fleſchierius. Taceo alia complura, velut Characterem virtutum, Stellam Auream, ſiue Facem virtutis, ex ſtellarum natura accenſam, Orationes ciuiles. Adgreſſus eſt ſenex etiam bellum Suecicum ſcribere, ſingulari libro: *** quem, licet commemoratum in catalogo Operum ſuorum, neſcio, an perfecerit.

Obiit ſeptuagenario maior, die ſexto et decimo Decembris, anno poſt milleſimum ſexcenteſimum octogeſimo primo, Frauenburgi in Pruſſis, relicta egregia ſobole, ibidemque aede in primaria ſepultus, epitaphii quoque honore ornatus eſt. Id quum inter ſepulcralia carmina Ioh. Erneſti Schmiedenii, Conſulis Gedanenſis, aliorumque, habeam ab Ampliſſimo HANOVIO beneuole tranſmiſſum: animo meo libitum eſt hoc loco, tamquam coronidem, adponere.

D. O.

ſimiri electione, (Dantiſci, 1680.) poſterior, de Iohannis Caſimiri expeditione Zboroviana, et Bereſtenianae: acceſſerunt alia plurima acta ad annum vſque MDCLI. (Dantiſci 1685. 8.)

* Vid. Reuerendiſſimi IOS. ANDR. ZALVSCII Progr. Litterarium, ex GEORG. PETRI SCHVLTZII verſione Latina, p. 21. *Hoc opuſculum*, inquit, *non niſi poſt obitum ſuum edendum fore, fatidico ſpiritu praedixerat Auctor, in ſua epiſtola ad Andream Zaluski, Epiſcopum Varmienſem, 1665. d. 25 Nouemb. ſcripta.* „Haec noſtra, quae parata et recognita „habemus,

D. O. M. Sacrum

„Nec non memoriae Ioachimi ab Hirtenberg Paſtorii, Protonot. „Apoſtol. Cant. Can. Varm. et Chelmens. Archipresb. et Officia„lis Ged. ac per Pomeraniam Generalis, Praepos. ad S. Adalber„tum, S. R. Maj. Polon. Secret. Hiſtoriogr. et Commiſſar. qui in Si„leſia ſpectabili loco natus, adoleſcens in patria et apud exteros, „Teutonas, Belgas, Anglos, Gallos, in omni eruditione exercitus, „tandem Doctoralem Medicinae lauream in Gallia accepit. Poſtea „IV ordine Regum Pol. miniſterio innixus, hiſtoricos labores, quos „in Floro Pol. coeperat, continuauit, multaque alia proſa et ligata „lucubrauit, quorum non pauca lucem exſpectant. Subinde et ne„gotiis publicis intereſſe iuſſus, induſtriam et fidem Regibus et Rei„publ. probauit. A Caeſare nobilitatem Imperii, a Io. Caſimiro „Rege Sueticam, denique omnium Regni Ordinum mirifico conſen„ſu indigenatum Poloniae eſt adſecutus. Poſtea abiectis fidei erro„ribus S. Eccleſiae Cathol. ciuis factus, nec in ſacra hac vinea otio„ſus, multa pro Eccleſia ſcripſit, nondum edita: de Templis Pom. „Dioeceſeos, Parochia inprimis Ged. quam Sereniſſ. Ioannes III. „Rex Pol. auguſto ſacello, ipſo Parocho et Curatore, exornauit, „nec non de Praepoſitura ad S. Adalbertum, vbi turrim elegantem „exſtruxit, optime meritus, tandem in Varmiam conceſſit, vbi de„poſitis in templo cathedrali exuuiis, beatam palingeneſiam exſpe„ctat: Natus Ao. MDCXI. 20 Sept. denatus MDCLXXXI. 26 Decembr.„

 II. *De*

„habemus, in tenebris delitescere cogun„tur; et fieri facile poſſet, vt parens eo„rum prius lumen ſolis adſpicere deſinat, „quam illa excipiant.„

** Vid Programma litterarium modo laudatum, pag. 20.

*** PASTORIVS Flor. Polon. Lib. VII. pag. 525 ſq. — *Bellum Suecicum inuo, quod, vt omnium triſtiſſimum funeſtiſſimumque, nunc tangere verius, quam curate deſcribere, adgredior. Exacta enim eius hiſtoria implebit librum peculiarem: et, praeter me, non vnus argumento huic, graui ſane et tractatu aſpero, admouit manum, vel admouebit.*

II

De caussis belli, a Carolo Gustauo, Rege Suecorum, aduersus Ioh. Casimirum, Poloniae Regem, gesti, tum apertis, tum occultis.

Adquieuerant Sueci, per viginti annos, in induciis, inter Vladislaum IV. Regem Poloniae, et Christinam, Sueciae Reginam, Stumdorfii, (pagus haud procul Stuma, Prussiae oppido, est,) anno seculi superioris quinto et tricesimo sancitis, quum, praeter omnium exspectationem, Carolus Gustauus, nouus Suecorum Rex, ad bellum et arma contra Polonos prorumperet. De cuius belli caussis, tum in partem vtramque disceptatum est compluribus, vt fit, acrioribus scriptis, non modo publicis, verum etiam priuatis, quae adhucdum in hominum manibus versantur. At mihi quidem, occupato in historia Pacis illustranda, quae, nisi ratio caussaeque belli noscantur, et ipsa liquido explanari atque intelligi nequit, propositum est ita componere destinata, vt primum vulgatas rationes edisseram, sine ira et studio, deinde consilia, quae intra velum essent agitata, quam planissime possum, expediam.

II. Iam ex vulgatis, quarum aliae altius repetitae, e proximo aliae haustae sunt, praecipue numero erant sex, (nam *Ioh. Theod. Sprengerus*, in Polonia Nou-Antiqua, p. 122 sq. in vniuersum quatuordecim recenset,) eaedemque primum, quod sciam, coram Lescinio et Naruszeuicio, oratoribus Polonis, in Sueciam missis, iactatae. Cuius legationis Ephemeridas quasdam quum *Ioachimus Pastorius*, de quo ante memoraui, singulari industria composuerit, nondum publicatas: faciundum mihi existimaui, vt potissimum inde, quae in rem essent, hoc loco expromerem. „Octauo Iulii An. MDCLV. inquit ille, -- post meridiem, -- adfuere „Illustrissimi Viri, Dn. Ericus Oxenstiernius, Cancellarius, Dn. Magnus de la Garde, Dn. Gustauus Bielcke, destinatus in Moschouiam „legatus. Illi tractatuum aliquod initium, an verius praetentamentum „fecere. Ac primo quidem certatum, vtra pars prior proponeret: sed „tandem Cancellarius coepit dicere, sibi iustas caussas esse arma susci„piendi, aduersus Regem et Regnum Poloniae, simulque aliquas enu„merauit:

„merauit: 1) Bothianam incursionem: 2) Crocouianam: 3) De nescio „quibus tormentis reconditis: 4) De Oeselia: 5) Tractatus cum Hol- „landis: 6) Titulum et praetensiones Regis Poloniae in Regnum Sue- „ciae.„ Cum his examussim conueniunt ipsa Cancellarii verba, qualia ab *Laurentio Ioh. Rudauscio*, Hist. Poloniae Lib. V. p. 159. prodita sunt. Ita habent illa: „Iam eo ventum est, prout nuper DD. lega- „tis nuntiari fecit, (Rex Sueciae,) vt arma in Poloniam inferre coactus „sit, idque grauissimis ex caussis, quae DD. legatis constabunt, et et- „iam toti orbi palam fient. Vt enim alia multa omittantur, memine- „runt bene, Crocouio cum exercitu, per ditiones Polonicas, cum ma- „gna incommoditate exercitus Suetici, transitum permisisse: tormenta „certis in locis defodisse: Bothiumque, in Liuoniam, certa cum cater- „ua missum: tractatus Danicos, ratione Osiliae insulae, de quo exstant „originales litterae, impediuisse: et nuper de mari Balthico cum Hol- „landis tractauisse: insuper Morstinium cum illis ipsis, propter quae „bella gesta sunt, irritamentis ad hoc Regnum misisse.„ Conf. *Sam. Pufendorfii* Commentar. de rebus Caroli Gustaui, Lib. II. §. 13.

III. Verum Poloni haec et talia, teste *Pastorio*, loc. comm. non omnino tacita tulere. „Ad singula respondit Illustrissimus Palatinus. „Primum, quod adtinet ad Bothium, id inconsulto et inscio Senatu fa- „ctum. Adeoque etiam eiusdem Senatus, vt fideiussoris, interuentu „impeditum. Secundo, quod ad Crocouianam (irruptionem) perti- „neret, obligatos quidem esse Polonos, nulla ferre auxilia hostibus, sed „non obligatos esse, alere exercitum, qui irruptiones eiusmodi arceat. „Iam autem subitum, et prorsus improuisum Proceribus Polonis illum „Crocouii, Imperatorii tribuni, incursum fuisse. Se tum temporis „fuisse in venatione: subito mox Posnaniam properasse, vt vrbem il- „lam armaret, contra istos adgressores. Postea transactum cum illis, vt „liceret quidem vrbem transire, sed sine noxa: inque id datos a Cro- „couio obsides. Vnde pateat, non volentibus Polonis factam esse „istam eruptionem, sed quia eam impedire non potuerint, iusto exer- „citu nempe destituti. Sed pariter Banieriam olim, cum MCC homi- „num manu, Poloniae Maioris aliquas vrbes transisse, nec ab vllo Po- „lono violatam, immo a nonnullis comiter habitam. Et id tamen pa- „ctis, quae cum Caesare habeant, nihil nocuisse. Tertio, res ignota,

adeoque

„adeoque excuſatione, aut purgatione non eget. Quarto, quod ad „tractatus cum Hollandis ſpectaret, ſi quid Sereniſſimus Rex, ea in re, „machinatus ſit, id factum citra Senatus conſenſum, adeoque etiam im„peditum eſſe. Quinto, quod Rex Poloniae praetendat ſibi ius ad „Regnum Sueciae, titulumque vſurpet, id non eſſe vertendum vitio, „quia naturale ſit, quod ſibi deberi quis exiſtimet, eo non facile, nec „libenter cedere. De titulis non adeo laborandum eſſe. Vſurpare „Reges Angliae titulum Franciae: Regem Daniae ſe vocare Regem „Gothorum et Vandalorum: Regem Galliarum Henricum III. vo„caſſe ſe ſemper Regem Poloniae, etiamſi iam alius Rex eſſet. Cur „ergo non ſaltem hoc quaſi ſolatium relinquerent Regi, qui longe ma„ius ius ſibi habere videretur ad Regnum Sueciae?„ Praeterea de Oeſelia, cuius hic a *Paſtorio* praetermiſſa memoria eſt, negabant Legati, ſe quidquam reſciuiſſe: „ac, ſi quid fuerit, nihil aliud tunc ſpectaſſe „Vladislaum, quam vt ius ſuum, Regnique Poloniae, in ipſo tradendae „poſſeſſionis actu, proteſtando conſeruaret.„ Vid. *Puſendorfius* loc. „comm. et *Rudauſcius* p. 160.

IV. At enim Carolus Guſtauus, Sueciae Rex, nihil iſtis motus, Poloniamque haud multo poſt infeſtis armis adgreſſus, eaſdem, quas ſupra memoraui, rationes et prouocando bello, et excuſando, ſtudioſius deductas, omnium oculis atque conſpectui exponi curauit. Quippe per ea tempora breuem ac praeliminarem, vt vocant, enumerationem cauſſarum, ob quas Carolus Guſtauus, Sueciae Rex, coactus eſt Regem Poloniae bello adoriri, editam ſatis conſtat: cuius ſcriptorem viri docti *Dauidem Meuium*, Iuriſconſultorum id aetatis in Germania facile principem, fuiſſe coniectant. [c] Atque ea dein *Londorpii* Actis Publicis T. VII. p. 1001. incluſa, et ab *Rudauſcio* loc. comm. p. 166. *Chriſt. Adolpho Thuldeno* Hiſt. ſui temporis P. II. *Ioh. Gilenio*, in Triumpho Suecico, p. 136. aliiſque, repetita eſt. Cauſſas ipſas Carolus

* Vid. HOPPIVS de ſcriptoribus Polonis, §. XXXV. p. 86.

** Vid. VINCENT. PLACCII Theatr. Pſeudonym. p. 204.

*** *Iuſtum nihil aliud eſſe, quam id, quod meliori conducit.* Vid PLATONIS Opp. ex edit. IOH. SERRANI T. II. p. 338.

**** Laudat Vir Ampliſſimus, ac ſtudiorum noſtrorum humaniſſimus Fautor, in Bibliotheca Suio-Gothica. P. II. p. 733. GVLDENCLOVII, Conſiliarii Status, et per Pomeraniam Suecicam Regiminis, et Conſilii, vt et ſupremae Iuſtitiae Curiae Praeſidis, libellum, de iuſtitia armorum

lus Gustauus in litteris, ad Ferdinandum III. Imp. Volgasti, octauo et decimo die Iulii, An. MDCLV. datis, repetiit: quarum exempla rursus apud *Londorpium* loc. comm. p. 1005. et *Gilenium* p. 144. legi possunt. His quasi vestigiis, quotquot eruditorum hominum fuerunt Suecicae caussae patroni, institerunt, atque inter eos praecipue *Cyriacus Thrasymachus*, (quo nomine, tamquam inuolucro, latuisse *Hermannum Conringium*, haud vana suspicio est,°°) in epistola, de iustitia armorum Suecicorum, aduersus Polonos, *Andreae Nicanori* inscripta. De qua quidem me non piget *Vincentii Fabricii*, viri egregie docti, et apud Gedanenses tum amplissimis honoribus spectati, sententiam in Epistolis, ad Varios p. 356. huic loco interserere. „In sermone, inquit, quem cum Schumanno habui, incidit mentio scripti, pro „iustitia armorum Suecicorum, a *Thrasymacho* quodam publicati. — „Ego ita sentio, auctorem fortasse nihil serio scripsisse, sed potius in „caussa, quam agendam susceperat, festiue fuisse praeuaricatum. „Agnosco sane, sedulo ipsum et sollicite conquirere rationes belli Suecici, sed, quum illis diffideret, potissimam ac veram in ipso titulo „proscripsit: *Thrasymachus* de iustitia, et quae sequuntur. Nosti, „quos in primo, de Republica, libro *Plato* introducat, de iustitia disputantes, et, inter eos, violentum illum et formidabilem *Thrasymachum*, „qui, post terrorem ceteris iniectum, adfirmat, ἔιναι τὸ δίκαιον ὀυκ ἄλλο „τι, ἤ τὸ τȣ̃ κρείττονος ξυμφέρον. °°° Auctor scripti, quem fama fert, „haud dubie legit Platonem. Quisquis autem ille sit, aut lepide lusit, „aut, si loci Platonici non meminit, etiam insciens caussam, ad quam „orandam accessit, prodidit.„ Sed vero haec vt se cumque habent, certe non lusere ludum *Andreas Guldenclouius*, atque *Scheringus Rosenhanius*, summi viri: quos et ipsos Suecici belli, tamquam pii et iusti, rationes peculiaribus scriptis, adhucdum ineditis, exposuisse ab Amplissimo *Stiernmano* °°°° accepimus. Praeterea *Ioh. Gilenius*, °°°°° ne alios

rum Suecicorum, contra Polonos, MS. item p. 558. ROSENHANII, Senatoris Regni Sueciae, Consiliarii Cancell. Reg. nec non supremi Gubernatoris Holmiensis, Rationes Suecorum ad bellum, contra Polonos declarandum, MS. Conf. REZENII Biblioth. p. 179.

***** Loc. comm. pag. 130 - 136. Conf. SPRENGERVS in Polonia Nou-Antiqua, pag. 117.

alios commemorem, tum easdem, tum etiam ex ingenio suo alias, litteris consignauit: de quibus non nostrum est in praesenti disserere. At nec Poloni caussae defuere suae: * quidam etiam, fictis nominibus *Nicephori Nicoymii*, *Lucae de Gabriis*, *Andr. Nicanoris*, validissime eam propugnauere. **

V. Hactenus de apertis, (iustificas *Grotius* vocat,) caussis: nunc, vt polliciti sumus, etiam occultas, si qua sui haud incerta vestigia praebeant, exploremus. Iam primum Carolum Gustauum animus inquies, dominandi cupido maxima, gloriae quaedam insatiabilis auiditas, ad immodica et incredibilia acerrimis stimulis impellebant. Huc eius consilia, huc facta cuncta tendebant. Igitur, postquam is properantibus fatis coeperat in Suecia regnare, imperium, ac nominis sui famam armis, quibus innatus innutritusque erat, prolatare, et longe extra antiquos fines extendere constituit. Neque alibi paratior promtiorque materia videbatur, quam in Polonia, non modo fessa Scythicis Moscicisque bellis, verum etiam secum ipsa haud satis concorde: adhaec Rege cupidiore otii, quam armis nobiliore. *** Vnde et Carolus Gustauus ipse, auctore *Wagnero*, in Hist. Leopoldi Imp. T. I. p. 10. non ad *bellum*, sed *bellarium* se venisse, ioco dictitabat. Ita vero imminentem Poloniae, sunt, qui etiam a plerisque Regni primoribus inuitatum accitumque tradant. Quam in rem vtar *Christophori Forstneri*, viri in primis clari, et ciuilis doctrinae callentissimi, verbis, ad Ioh. Albertum Portnerum perscriptis, inter Epistolas, super Pacificatione Osnabrugo - Monasteriensi, (edit. Montpelg. 1670.) p. 142. „Accitum Sueciae Regem ab Optimatum „plerisque, qui Principem olim apud Gallos captiuum, dein Iesuitam, „post-

* Vid. *Manifeste du Roy de Pologne, pour servir de Réponse au Manifeste publié par le Roy de Suede.* (*An.* 1656.)

** Vid. HOPPIVS loc. comm.

*** WAGNERVS in Hist. Leopoldi Imp. T. I. pag. 9. — *Bellum, vti Rex vehementer auebat, ita noui Regis gratiam aucupaturi Senatores plerique censuere. Sed praepostere deliberatum, quonam obuertendae vires? Polonus, Moscus, an Danus pro hoste habendus? - - Polonia tamquam vtilissima cruenti ludi arena delecta est. Ex obsoletis controuersiis qua qualis belli caussa arcessitur: Sueciae Regni titulos, ac Liuoniam, per summam iniuriam a Polonis Regibus vsurpari. Reuera Regni status male materiatus, domi forisque infirmi, cupiditatem bellatoris trahebat. Casimirus Rex animo, quam corpore infirmior, et alieni fere iuris: Proce-*

„poſtea Cardinalem, nouiſſime vxoris imperiis obnoxium, et Gallicis moribus infectum, dedignabantur, et Sueci iactant, nec ipſi negare poſſunt.„ Et profecto de Hieronymo Radzieiouio res ſatis comperta eſt. Is quum inter ſuos paullo ante conſpicuus fuiſſet illuſtri dignitate, (Regni enim Procancellariatum, quem vocant, tenuerat,) et gratia Regis multo maxime floruiſſet, tum in Suecia exſulabat, primum exagitatus muliebribus furiis, mox etiam Regi exoſus, * ad poſtremum famae et capitis damnatus. ** Igitur exulceratus magnis, prout credebat, iniuriis, eaſque vel ipſius interitu patriae vlturus, vt Coſacos ante, ita nunc Carolum Guſtauum aduerſus Polonos ſollicitabat, oſtenſa ſpe non modo victoriarum ingentium, ſed, quod maximum et validiſſimum incitamentum eſt, etiam Regni adipiſcendi. *** Adeo animus, vbi ſemel vindictae ſe dedit, nihil ſancti habet, immoderataque cuncta cupit. At praeter Radzieiouium Mazarinus quoque, rerum Gallicarum adminiſter iuxta et arbiter, faces Sueco ſubdebat, non tam odio aduerſus Polonos, quibuſcum amicitiam colebat, quam Galliae amore, Hiſpanico bello vehementer adtritae. Nam qua erat ingenii perſpicacia, et ciuilium rerum pari peritia atque experientia, Auſtriacos haud dubie ſuppetias laturos Polonis, atque inde Hiſpanis, in Flandria, parcius opitulaturos, facile prouidebat. ****

VI. Praecipue vero Regem Suecorum in arma ſtimulabat Baltici maris imperium, quo et potentiam late diffunderet, et opibus, per commercia, conſpiciendam praeberet. Id huc vſque diuiſum Suecia habuerat non tantum cum Dano, ſed etiam cum Polonis, ***** et Pruſſiae Duce: iſtis autem temporibus Bataui fere, tamquam pro-

prium

Proceres pertinacibus ab Rege, ac mutuis inter ſe odiis diuiſi: factionis Gallicae tabes peruadens omnia, Respublica lento a Coſaccis, ac Moſcis, bello adtrita, propriiſque iam malis impar, quouis impulſu euerti poſſe cenſebatur. Conf. PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Guſtaui Lib. I. §§. 50 - 56.

* Vid. RVDAVSCIVS l. c. Lib. IV. p. 94. BASNAGIVS Ann. Belgic. T. I. p. 385. Conf. ANONYMI Vita Ioh. Caſimiri, (*Le Roi Caſimir*) Lib. I.

** KOCHOVIVS Annal. Climact. I. p. 317. Conf. RVDAVSCIVS l. c. LENGNICHIVS Hiſt. Pruſſ. Lib. VII. p. 89. ſqq.

*** WAGNERVS p. 9.

**** WAGNERVS loc. comm.

***** Conf. Hiſtorica Deductio, vtri Regum,

prium ipsis, vsurpabant. ° At enim Carolus Gustauus illud nunc vniuersum ad se trahere constituerat, Suecicis rebus proficuum in primis, et ad maiora ausa, quae vasto animo volutabat, necessarium. Haud absurdum crediderim, in eam rem, locum, quamuis longum, subiicere ex Arcanis Succiae, p. 69. (*Les Anecdotes de Suede*,) quorum scriptorem plerique *Esaiam Pufendorfium* fuisse rentur. „Etant „donc monté sur le Thrône, il employa tous ses soiens à mettre la „Suede en état de pouvoir faire ses affaires avec ses propres riches„ses, et de n' être pas contraint de dependre d'autruy, en prenant „de l'argent des Princes, auxquels on pourroit s'allier. Pour par„venir à son but, il jugea, qu'il falloit comprendre sous son Empire „toute la Mer Baltique, ne luy manquant plus rien, que les Portes „de Prusse, et de Curlande. Car il s'étoit proposé d'affoiblir Lu„bec par Wismar. Le chateau de Warnemunde pressoit Rostoc. „Les peáges de Colbergue étoient partagé entre les Suedois et l'Ele„ćteur de Brandebourg. Et l'occasion sembloit l'inviter à envahir „la Prusse, les Polonois étant engagéz dans la guerre des Moscovi„tes, et des Cosàques. Et quoy qu'il semblat, que c'étoit une grande „temerité, qu'un Roy, qui avoit acquis depuis peu une Couronne „contre le consentement des Principaux de son Royaume, et qui „n'ayant point d'enfans étoit assis sur un Thrône encore chancelant, „osat quitter ses Etats pour s'aller engager dans une expedition au „delà de la Mer; il surmonta toutes ces considerations dans l'espe„rance de réüssir dans son entreprise.„ Quae si prouenissent destinata, nec ceteris, aduersus Danos, fortuna ad extremum defuisset: haud dubium est, quin, exhausta victoriarum per Septentrionem materia, indomitus armis, bellum in Occidentem prolaturus, et, quasi alter Alaricus, Italiam, atque ipsam Vrbem Romam terra marique concussurus fuisset. Id quod ex eo saepenumero se audiisse ***Terlonus***, Eques,

Regum, Daniaene, an Poloniae, mare Balthicum se desponsaturum fateatur, et agnoscat? (s. l. 1638. 4.)

* Conf. CHRIST. BONDII, ad Regem Sueciae, Carolum Gustauum, Epistola, de commerciis in mari Balthico, (An. 1658. 4.)

** Collection of the State Papers of John Thurloe, by THOMAS BIRCH, T. III. p. 552. et 588. T. V. p. 773. T. VI. p. 410.

*** *L'histoire de Gustave Adolphe, dit le Grand, et le Charle-Gustave, Comte Palatin, Roys de Suede, par le Sieur R. de P*** (Par. 1693. 1695. 8.)

ques, in Commentariis, de Legatione ſua, (*Memoires du Chévalier de Terlon*) T. I. p. 265. ſq. teſtatur his verbis: „Il diſoit ſouvent, „et le Comte de Schlipenback le diſoit aprés luy, que quand il ſeroit „maître du Nord, il iroit en Italie, avec une puiſſante armée de mer „et de terre, comme un ſecond Alaric, pour remettre encore une „fois Rome ſous le pouvoir de Gots.„ Neque deerant, qui non modo Romae eum, ſed adeo ipſi Romano Orbi imperaturum, vano quidem augurio, praeciperent. Vid. *Thomae Birchii* Collection of the State Papers of *John Thurloe*, (Lond. 1742. f.) T. VI. p. 222.

VII. Non eſt otium mihi, ad hunc modum reliquas belli cauſſas excutere, quarum mentio, etiam in commemorata Actorum Publicorum collectione, paſſim iniecta eſt. [oo] Bellum ipſum ſcribere plures adgreſſi ſunt; inter hos praecipui, praeter *Paſtorium*, de quo ante dixi, *Kochouius* Annal. Pol. Climact. II. *Rudauſcius* Hiſt. Pol. Lib. V. – IX. *Lengnichius* Hiſt. Pruſſ. P. VII. itemque apud Suecos *Pufendorfius*, Commentariorum de rebus Caroli Guſtaui, Sueciae Regis, atque Friderici Vuilhelmi, Principis Electoris Brandeburgici, nobiliſſimus auctor, qui vnus magni agminis inſtar eſt. Haud praetermiſerim inter externos *Leonem Aitzemam*, *Baſnagium*, *Thuldenum*. Ceteros, vt *Pradium*, [ooo] et ſi qui alii ſunt eiuſdem farinae, nihil admodum moramur.

III

Arcana Pacis Oliuensis.

Sollemne est nostrae aetatis scriptoribus arcana rerum gestarum, (*Les Anecdotes*,) tamquam e latebris extracta, iactitare adeo, vt, quo quis vel imperitior est, vel impudentior, eo penitius id, quod ceteri nesciant, scire sibi videatur.

Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt:
Quod in aurem Rex Reginae dixit, id sciunt:
Quae neque futura, neque facta sunt, tamen ii sciunt.

Quorum equidem morem aemulari neque velim, neque, si velim, possim, et natura et ratione ab talibus longissime alienus. Operae autem pretium me facturum, atque, apud intelligentes rerum aestimatores, aliquam gratiam initurum haud desperem, si qua Oliuensis Pacis, aut procrastinatae, aut properatae, consilia vulgo indicta, ac ne cognita quidem proletariis scriptoribus, hoc loco aperiam, atque exponam. Itaque inscriptio, quam veluti hederam huic capiti praefiximus, professione studii, aut laudata erit, aut excusata. Sed res ipsa hortari videtur, vt, priusquam destinata expediam, de tentamentis pacis variis atque diuersis altius quaedam repetantur.

II. Iam primum pactionibus Stumdorfianis, Art. XXII. apud *Ogerium* Ephemerid. p. 396. itemque alios, quos enumerare nihil adtinet, constitutum est, vt, antequam dies induciarum exiret, ageretur de pace perpetua, „loco, ac tempore, interuentuque Princi„pum Mediatorum, de quibus inter partes, cura ac diligentia Illu„strissimi Ducis Curlandiae, conuenisset.„ Secundum haec itaque, anno

* Matthias de Cracouia, (*de Krackau*) Vladislai IV. Regis Poloniae Ablegatus, ad Pacificationem Vestphalicam. Is ipse in epistola, Pacificatoribus exhibita, sese adpellat *Sereniss. Regiae Maiestatis Poloniae ac Sueciae, ad Conuentus Osnabrugae et Monasterii, constitutum Residentem.* Vid. Dn. a MEIERN Acta Pac. Vestph. T. III. p. 776. — Alter, Dominicus Roncallius, gente Italus, Canonicus

anno ſuperioris ſeculi quarto et quadrageſimo, de pace non nihil tentatum eſt ab Suecis, tum bello intentis aduerſus Danos. Et profecto, teſte *Pufendorfio*, Rer. Suecic. Lib. XVI. §. 69. „ſuſcepto bel„lo Danico, Sueci non praeter rem verebantur, ne forte et Polonus, „inſtigante Caeſare, et Dano, in arma erumperet. — Vnde ad Re„gem Galliae Rectores Sueciae ſcribebant, vt is Legatum in Poloni„am mitteret, infeſtis ſibi conſiliis, durante bello Danico, auerten„dis. - - Interim ſuper ſuſcipiendis inter Sueciam et Poloniam tra„ctatibus Curlandiae Dux denuo mouebat, et a Rectoribus Sueciae, „quibus Mediatoribus vti velint, exquirebant. Quum hi veteres ſe „retenturos reſponderent, Gallum, Anglum, Batauos, et, ſi quis „horum abnueret, ſuper alio ſurrogando conuenturos, Curlandus „oſtendebat, Polonos de aliis Mediatoribus adſciſcendis cogitare, „cauſſatos Galliae Regis pueritiam, et turbas Angliae, ac eorum loco „offerre Venetos, ac Magnum Hetruriae Ducem. Qui quum Sue„cis parum probarentur, reſpondebatur Duci, pueritiam Regis Gal„liae per Miniſtros ſuppleri, turbarum in Anglia finem cito ſperari. „Igitur apud hoſce inſtaret, vt ipſi, ad tractatus adornandos, ani„mum adplicarent. Id quod in diem fore ſatis perſpiciebatur.„ Poſt aliquot annorum ſpatium, quum in Monaſterienſi conuentu bella, late per Europam, eſſent ſopienda; etiam Poloni pacis conſilia quaſi Iano Gemino cludendo redintegrauere. Quam rem et ipſam praeſtat rurſus *Pufendorfii* verbis, Lib. XVIII. §. 156. eloqui. „ Incipi„ebant circa id tempus (An. MDCXLVI.) Polonici Miniſtri, Roncalio „et Crocouius, ° differere, vt controuerſia ſui Regis, cum Suecis, „his tractatibus componeretur. Id quod Galli haud incongruum iu„dicabant, quod fortaſſe Caeſari aliquid in Sileſia extorqueri poſſet, „Regi eiuſque heredibus pro praetenſione, in Sueciam, dandum. „Quia tamen hic tractatus alias ſat operoſus erat, Polonica contro„uerſia admixta difficilior futurus, quam etiam omni modo hinc a„moli-

cus Varmienſis, erat. Eius meminit RVDAVSCIVS Hiſt. Polon. p. 34. nec me piget verba repetere. *Hoc connubium*, (Vladiſlai IV. cum Ludouica Maria,) *nemini tunc Gallia, niſi Dominico Roncalio, Italo, Varmienſi adſcribit Canonico, qui Regi Polono, vt eximiae venuſtatis virginem commendauerat, corruptus a Cardinali Mazzarino, Gallicarum rerum tunc arbitro, aureo monili, quod ille poſtea*

„moliri Legati Suecici iuſſi erant, eo poſtulato deſiſtebant, a Gallis „petentes, vt, poſt finitos hoſce tractatus, id negotium ſuſcepta me„diatione ordiantur: confirmantes, a Rege ſuo pacem aeternam ad„fectari, ipſumque omni iure in Sueciam ceſſurum, modo parte Li„uoniae, aut Pomeraniae, pro ſua Domo potiatur.„ Sed vtrimque mox ſatius viſum eſt rem extrahere. Haud abnegatum tamen a Suecis, quin oratores pacatum mitterentur aut Lubecam, aut Hamburgum. Vid. *Pufendorfius* loc. comm. §. 181. et Lib. XIX. §. 227. Demum anno ſeculi ſuperioris primo et quinquageſimo Lubecam conuentum eſt, conciliatoribus pacis Gallis, Anglis, Batauis: quibus Venetos iungi Poloni voluerant. Ipſa autem tractatio illiſa eſt tot difficultatum veluti ſcopulis, vt, necdum in altum prouecta, fere tota corrueret, neque illis temporibus, quamquam collectis e naufragio tabulis, (quippe haud multo poſt repetitam ſatis conſtat,) eo, quo vellent, perduci poſſet. De ea quidem *Linacus Vaucennaeus* Commentar. de rebus Suecicis T. II. p. 221. ſqq. item T. III. p. 84. ſeqq. *Rudauſcius* Hiſt. Pol. Lib. III. et IV. *Baſnagius* Ann. Belgic. T. I. p. 326. diligenter expoſuere, ſed omnium diligentiſſime *Pufendorfius*, Lib. XXIII. §§. 18-34. XXIV. 18. ſeqq. XXV. 1-23. Conf. *Matth. Bioerenclouii*, Legati Suecici, Demonſtratio, qua demonſtratur, Sac. Caeſ. Maieſt. non recte et fideliter eſſe informatam, de negotio praeliminari, inter Sueciam et Poloniam, — in *Diario Europ.* P. IV. p. 11 ſqq.

III. Poſthaec euecto ad Sueciae Regnum Carolo Guſtauo, Duce Bipontino, oppido intellectum eſt, nouum Regem, proniorem in arma, haud facile apud animum eſſe conſilia pacis admiſſurum, quamuis et ipſe vellet videri is, qui quaſi in eodem ſinu bellum pacemque portaret. Quippe Legatis Polonis, de pace, in Sueciam miſſis reſponſum ab Roſenhanio, adminiſtro Regis: „Hoc vnice dolere eum, „quod, quum plures etiam nuncii hic comparuerint, qui ſolidam „partis

ea amicis Romae oſtentabat, praemium decepti Poloni Regis.

* Eadem leguntur in PASTORII Diario Legationis Succiae, quod ſupra commemoraui.

** Vid. *Chriſtophori Prziemski*, Regis Poloniae Legati, Oratio ad Regem Sueciae habita d. 28. Aug. Anno 1655. Conf. PVFENDORFII Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. II. §. 21.

„partis vtriusque compositionem pollicebantur, id ad hoc vsque tem„pus protractum esset: quum interim Suae Maiestati ea, quae sunt Iu„ris Gentium, agere, et illa, quae hactenus ad hunc finem non fa„cerent, vindicare necessum esset. Nihilominus eum non recede„re ab eodem etiam studio, vt id negotium vel sub armis vtrinque „iam fulgentibus, et clypeo, tractari possit.„ Vid. *Rudauscius* loc. comm. p. 158.* Conf. PVFENDORFIVS Commentar. de rebus Caroli Gustaui Lib. II. §. 13. Atque ita praecipiti in bellum Sueco tam laeta auspicia, tantus victoriarum non modo successus, sed impetus erat, vt pacem Poloni enixe quaererent, primum per Christophorum Priemscium, Regii Cubiculi Comitem, ** deinde operam nauantibus Auaugurio atque Lumbrano, Legatis Gallis. *** Sed Sueciae Rex, quanto armis erat felicior, tanto a pace alienior esse videbatur. Postea vero quam fortuna, vt fit, vacillare coepit: Poloni, confirmati foederibus, Austriaco, Danico, Brandeburgico, et ipsi quasi vice reddita satius duxerunt bellum trahere, quam pacem indecoram habere. **** Interea Legati, praeter Lumbranum, Terlonus, ***** (nam Auaugurius diem suum obierat,) atque item Isbrantius Belga, nihil intentatum omiserunt, quod ad expedienda pacis consilia faceret. Post tot conamina, demum anno supra millesimum sexcentesimum nono et quinquagesimo, Thorunii, ac deinceps Varsauiae, instituta est pacis quaedam quasi prolusio: ****** quam, quum in exitu annus esset, Oliuensis tractatio excepit.

IV. Atque de illius rationibus occultis mihi nunc paullo curatius est commemorandum. Nam vulgatas quidem superuacaneum fuerit edisserere, praesertim quum a *Pastorio* luculenter traditae explanataeque sint. Iam primum Ludouica Maria, Poloniae Regina, vt ante mater castrorum, sic etiam pacis arbitra videbatur esse: mulier, prout *Kochouius* ait, in Hypomn. Reginarum Poloniae P. III. p. 164. vltra feminam, Artemisia Polona, Zenobia Sarmatica. Cuius de laudibus

*** Vid. PVFENDORFIVS loc. comm. Lib. III. §. 57.

**** Vid. PVFENDORFIVS Lib. IV. §. 33.

***** De Terlono vid. ipsius Commentar. de Legatione sua, (*Memoires du Chevalier de Terlon*) T. I. p. 131. sqq.

****** Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §§. 47. 49.

dibus *Ioh. Stephanus Wydzga*, tum Cancellarius illius, poſtea Archiepiſcopus Gneſnenſis, ſtudioſe expoſuit, in Hiſtoria praecipuarum rerum, tempore belli, cum Suecis, ab An. MDCLV. ad An. MDCLX. in aula Regia Polona geſtarum. * Regina vero, praeterquam quod ipſa auida dominandi, et, per ſegnitiem mariti, imperio ſueta, interuenire rebus geſtiebat; a primoribus quoque aduocata eſt, quae conſilia praeſertim cum Legatis Gallis componeret. Quippe, „etiam „noſtra intererat, inquit *Kochouius* Annal. Pol. Climact. II. p. 187. „altiore inter Gallum et Suecum confidentia, adhiberi negotio Regi-„nam, penitius mentem Miniſtrorum Galliae introſpecturam, ne ar-„biter Rex, damno noſtro, colligatae et deuinctae ſibi Sueciae gra-„tificaretur.„ Atque hi quidem, ingenio gentis, adrepere muliebri animo ſoliti, maximopere id agitauere, vt, Auſtriacis atque Danis excluſis, pacem concordiamque inter Polonos ac Suecos quam celerrime repararent. In quam ſententiam Regina, tum per ſe ipſa, variis ex cauſſis, de quibus poſt dicemus, propendebat, tum etiam plane pertracta eſt ſollicitationibus adminiſtrorum ſuorum, quibus, velut peregrinis, etiam turpiſſima ac damnoſiſſima pax, teſte *Pufendorſio* Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 17. modo cum priuatis ipſorum rationibus congrueret, vel feliciſſimo bello potior habebatur. At Lumbranus, vt ad hunc reuertar, cui vni deinceps ſopiendi belli arbitrium commiſſum erat, non Reginam modo, ſed Regni etiam Ordines, ſic ceperat perſuadendo, vt pacis vel ſeparatae deſiderio omnino omnes vehementer flagrarent. Et Gallis quidem conſilium erat, poſt pacatam Poloniam, Suecos Auſtriacis immittere, hos vt maioribus molitionibus intentos diſtinerent. Qua de re lubet verba *Pufendorſii*, loc. comm. §. 48. huc transferre. „Poloni tam anxium „pacis deſiderium oſtendebant, vt, ſi proſpera de Suecis nunciaren-„tur, nunc pacem cum illis occupandam clamarent, antequam lon-„gius graſſarentur; ſi aduerſam fortunam experirentur, vti infauſto „Hafniae adſultu, iam tempus concludendi iactarent, dum iidem vi-„ribus fracti ſint. Cauſſa tantae feſtinationis non minima penes Lum-

„branum

* DAN. BRAVNIVS, de ſcriptorum Polon. et Pruſſiae virtutibus et vitiis, p. 176. *Qui libellus in Polonia, praeter Magnates nonnullos, quorum auis opuſculum Auctor ipſe diſtribuerat, pauciſſimis impreſſis exemplaribus, -- ignotiſſimus eſt. --* *Enim-*

„branum erat, qui differebat, Galliae neceſſum eſſe, Suecum parte „hoſtium expediri, vt, ſi Caeſar copias in Flandriam mittat, iſte vi„ciſſim Bohemiae ingruat: quo fine pacem eidem non in Dania tan„tum, ſed et in Polonia, habendam. — Idem inter longas, ea in „aula, moras, per mulieres et alia inſtrumenta, Pacium, Lithuaniae „Cancellarium, et Theſaurarium Poloniae, plane in ſuam ſententiam „pertraxerat.„ Conf. eiuſdem Commentar. de rebus Caroli Guſtaui, Lib. V. §. 87.

V. Iam, praeter ceteras pacis maturandae cauſſas, Reginam propriae quaedam ac peculiares tanto acrius vrgebant, quanto priuata commoda publicis ſolent cupidius anteferri. Nam voluebat iam tum animo conſilium, ſibi ſuiſque exitiale, vt, ſaluo Rege, contra ius faſque maiorum, ſucceſſorem Regni e Francica Domo conſtitueret. Quod quum intelligeret, niſi pace ſancita, prouenire non poſſe, hanc quidem prouehere modis omnibus ſtudebat. Id quod paullo copioſius narratum audiamus ex *Pufendorfio* loc. comm. „Regina porro, „inquit ille, et natura, et ob varias offenſas contemtumque, Auſtri„acis auerſiſſima, ac alias Galliae mancipata. Cui et Akakia nuper „confirmarat, Suecos modica pro ſumma Boruſſiam ceſſuros, quam „Longueuillius Dux erogaturus ſit. Ex quo iſta ſpem conceperat, „hac via ſe Boruſſiae oppida hypothecae titulo inſeſſuram, validi in„ſtar ſuffragii proximo interregno habitura ad coronam prouehendo „eius Ducis filio, ſi neptem ipſius ducturus ſit: interim poſſeſſione „tam validorum locorum auctoritatem tuitura. Quod vt eo citius „obtineret, pacem ſummo ſtudio promotum ibat, omnes ſibi infidos „iudicans, qui circa hanc dubii quid mouerent.„ Ex illo tempore, heu! quantum negotii fuit vna cum muliere, vt alicubi Comicus ait, atque cum eo *Andr. Olſzouius*, vir ſummus, in Cenſura Candidatorum Sceptri Polonici. Verum haec et talia non ſunt fortaſſe ita vulgo ignota, vt in Arcanis Pacis reponantur. Igitur illud adferam, quod, praeter *Pufendorfium*, Commentar. de rebus Caroli Guſtaui Lib. VI. §. 77. et *Baſnagium*, Ann. Belgic. T. I. p. 567. an alius

ff 2 quiſ-

Enimuero rubrum libri, ampliſſimam cognitionem arcanorum iſtius aeui promittens, Auctor in nigro ad ſola conſilia, geſta et virtutes Ludouicae Reginae, quam impenſe laudat, — reduxit. Inde deſumta ſunt, quae in DIARIO EVROP. P. VIII. App. p. 92-105. leguntur.

quiſquam commemorauerit, dubito. *Baſnagius* igitur, poſtquam de Rege procliui in pacem narrauit, haec de Regina addit: „La Reine „avoit un interêt particulier d'en hâter la concluſion, parcequ' aiant „prété beaucoup d'argent aux Polonois, elle craignoit de la perdre, „s'ils étoient ruinés.„ Et profecto ea non modo vim ingentem pecuniae, verum etiam ornamenta, quae ſumma feminae ducunt, ſuſtinendo, in publica egeſtate, oneri liberaliter impenderat. „Omnes „conſilii neruos, inquit *Wydzga*, intendit ad ſubleuandam Poloni„am. Primum ergo ornamenta ſua partim oppignorat, partim ven„dit, et inter militem diſtribuit, vt et omnem e Galliis reditum. Ad„tulerat enim ſecum quadringenta millia Ioachimicorum: cimelia „DM aeſtimabantur: dos DCCM itidem Ioachimicorum impleuit. „Septingenta millia florenorum Regi Vladiſlao dederat, quae exerci„tui, inconſulta Republica, conducto perſoluerat.„ Vid. *Diarium Europ.* P. VIII. App. p. 93. Ceterum hoc tale deſiderium pacis multo maxime adiuuabatur per Nicolaum Praſmouium, ſupremum Regni Cancellarium, qui, vt *Pufendorfius* Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 48. teſtatur, ſummo ſtudio gratiam Reginae ſeruare nitebatur, ne Vice-Cancellarius, (is tum Leſcinius Comes erat,) animi dotibus, et ſplendore generis potior, ipſius luminibus officeret. Sed neque is audebat Reginae aduerſari. Ad extremum et Lubomierſcius adnuebat, accenſus odio in Auſtriacos.

VI. Enimuero Auſtriaci negotium pacis, enixiſſime a Polonis maturatum, haud minore opera animique contentione etiam per Danos, ac Brandeburgicos, extrahebant. Quippe animus illis erat, Polonico bello non tantum Suecos, vel ſic magna ſpe deiectos per mortem Regis ſimul ac ducis fortiſſimi, magis magiſque opprimere, ſed Poloniae adeo Regnum, quondam ipſis haud dubie promiſſum, tandem familiae ſuae inferre. * Vnde tanta Auſtriacorum, temporibus iis, apud gentem ſtudioſiſſimam libertatis, inuidia. Sed de hac, quoniam ſatis dictum eſt paſſim a *Pufendorfio*, *Rudauſcio*, atque aliis, ego quidem diſſerere in praeſenti ſuperſedeo. Ceterum ad conſilia ea

* Vid. *Matth. Bioerenclouii*, Legati Suecici, Memoriale alterum, ad Deputationem Imp. Ordinariam, in LONDORPII Actis Publ. T. VIII. p. 175. ſq. et in THVLDENI Hiſt.

ea haud respondisse euentum, id quoque constat. Si quid reliquum siue iuris, siue spei, Austriacis esset in Polonum imperium, profecto oblitteratum est foedere, inter Leopoldum Imperatorem, et Iohannem Sobiescium Regem, arctissimis vinculis, aduersus Turcas, contracto. De quo vid. *Ioh. Vincent. Lucchesinius* Hist. sui temporis (Romae, 1725. 4.) T. I. p. 114.

IV

De praecipuis Pacis Oliuensis Scriptoribus.

Non detinebimus lectores, si qui ad haec nostra legenda accesserint, longa, de Oliuensis Pacis scriptoribus, disputatione. Adeo virorum doctorum nullus, non dicam numerus, sed quisquam vnus, nostra patrumque memoria, repertus est, qui eius historiam, de industria, litteris consignaret, et ad posteros propagaret: quum non defuerint, qui super Vestphalica Pace, item Pyrenaea, Nouiomagensi, Rysuicensi, Vltraiectina, peculiaribus libris, exponerent. De Oliuensi autem, quin iuxta memorabilis sit, quis intelligens rerum aestimator addubitet? Interea haud abnuerim, studium eius rei incessurum nonnullis fuisse, paratiore materia: quam omnino et Principalibus tabulariis, et illustrium virorum scriniis abditam huc vsque, ac centum clauibus, vt ait ille, seruatam, nunc demum fortuna quadam nostra singulari in lucem conspectumque producimus. Ex illis igitur Actis Legatorum, magna diligentiae, magna fidei existimatione spectandis, si quis perfectam suisque numeris absolutam historiam condere, et quasi artis coloribus pingere sibi in posterum sumat, vel hoc nomine pretium operae me fecisse arbitrer. Ceterum, etsi non is ego sum, qui tantum oneris me, sine offensionibus, perferre posse confidam: subeundum id tamen, et rem experiundam, laetis can-

Hist. sui temporis, P. III. App. p. 17. sqq. Conf. Informatio Austriaca, contra Memorialia Suecica, apud LONDORPIUM loc. comm. p. 285. sq.

didiſque temporibus, quibus animus ex his miſeriis requieuerit, decreui. Sed inſtitutum, age, iam perſequamur.

II. Vt igitur Oliuenſis Pacis hiſtoria, quemadmodum ante dixi, nondum ſit iuſto volumine perſcripta: nihilominus claris auctoribus multis non indiligenter memoratam ſatis conſtat. In his *Hugonem Terlonum*, Regis Galliae ad Carolum Guſtauum, Suecorum Regem, Legatum, omnino primum nominauerim, non tantum aetatis praerogatiua, ſed quod tentamina pacis, et quaſi quaedam praeludia, in Commentariis ſuis, narrauit. De eo quoniam vulgo parum cognitum eſt, haud abſurdum videtur, id quod *Baſnagius* Ann. Belgic. T. I. p. 506. ex *Vuiquefortio* tradit, per hanc occaſionem, referre: „Ce Miniſtre n' étoit pas d'une naiſſance relevée, quoiqu' on l'eut „placé auprés du Cardinal Mazarin, en qualité de Gentilhomme, et „qu'on l'eut fait dans la ſuite Chévalier de l'Ordre de St. Jean de „Jeruſalem. Le Cardinal l'avoit envoyé féliciter Charles Guſtave „ſur ſon mariage, et porter à Sa Majeſté un préſent de vaiſelle de „vermeil doré; il plut beaucoup à ce Prince par ſon humeur en„jouée et badine, tellement qu'après la mort de M. d'Avaugour, il „obtint de Son Eminence le poſte de ce Miniſtre. Le Cardinal, qui „ſavoit, que M. de Terlon n'étoit que le fils d'un Solliciteur de Pro„cès, eut beaucoup de peine à lui donner le titre d'Ambaſſadeur: „et ce ne fut pas ſans répugnance, qu'il le revêtit enfin de ce Ca„ractére.„ Proximum huic, atque ipſum quoque aequalem temporibus iis, dabimus *Leonem Aitzemam*, rerum Belgicarum diligentiſſimum ſcriptorem, * fideique ſic ſpectatae, vt, quum in Oliuenſi conuentu, ſuper Stumdorfianis pactionibus, diſceptaretur, pacis ſequeſter Gallus illius potiſſimum Commentarios in teſtimonium aduocaret. ** Sed vero *Aitzema* ipſam Pacificationem Oliuenſem haud conſtituerat vniuerſe proſequi, contentus acta in primis Hoenarti, Legati Belgae, curatius explicaſſe. Vid. Commentar. illius T. IV. p. 512. ſqq. Inter recentiores Hiſtoriae Belgicae auctores, nec *Baſnagius* omiſit loc. comm. p. 596 - 599. de ea commemorare.

III. Ma-

* *Saken van Staet en Oorlogh in ende omtrent de Vereenighde Nederlanden, door de Heer* LIEVWE *van* AITZEMA, *in s' Graven-Haage, 1669.* De quo Opere

III. Maiore studii et industriae contentione negotium pacis *Pufendorfius*, vir magnus profecto, et pragmaticorum, quos vocant, scriptorum nostra aetate facile princeps, explicauit in Commentariis, de rebus Caroli Gustaui, Regis Suecorum, Lib. VII. §§. 4-14. atque item Friderici Vuilhelmi, Principis Electoris Brandeburgici, Lib. VIII. §§. 45-77. Contigerat autem illi, quod omnino paucis, vt, quum maioribus auspiciis ad scribendum accessisset, non necessum haberet vulgatos libellos adsectari; sed intromissus ad tabularia, tamquam ad aquae lene caput sacrae, ex iis, velut ex limpidissimo fonte, certiora omnia, et multa vulgo incognita, haurire, atque in medium proferre posset. Inde illa, de Pacificatione Oliuensi, singularia. Mihi in primis ea, quae in Brandeburgicis rebus enarrauit, lectu dignissima videntur. Adeo insunt multa longe, quam antea, vel exposita copiosius, vel ad liquidum magis deducta. Quibus de caussis eum anteposuerim longo interuallo ceteris, qui, de Oliuensi Pace, aliquid litteris mandare sunt adgressi. Nam et *Vespasianus Kochouius*, Annalium Polonorum praestantissimus auctor, Climact. II. p. 421 - 434. et *Laurentius Ioh. Rudauscius* Hist. Polon. Lib. IX. p. 445 - 462. paucis rem complecti, quam pro magnitudine curatius explicare, maluerunt. Nihil nunc dicam de *Wydzgae*, nobis paullo ante memorati, *** historia: cuius summa capita, (id quod nec *Braunio*, nec aliis talium haud incuriosis, obseruatum est,) in *Diario Europ.* P. VIII. App. p. 92 seqq. indicantur, inscriptione hac: „Praecipua, quae tempore belli Suecici, in Polonia, ab An. MDCLV. „mense Iunio, ad An. MDCLX. in Maium durantis, contigere: ex „scripto quodam Latino - Polonico, edito An. MDCLXII. vnde horum tractatuum occasio, et difficultas colligi poterit.„ At profecto piaculum duxerim, in praecipuis scriptoribus, illaudatum praetermittere *Godofredum Lengnichium*, egregium virum, Historiae Polonae, vt quidam eum non minus vere, quam magnifice adpellat, Thucydidem. Tanta ille res Polonas atque Prussicas vel iudicii grauitate exposuit, vel orationis lumine illustrauit. Etiamsi vero Oliuensem Pacifi-

Opere iudicium VIQVEFORTII, in Legato, (*Traité de l'Ambassadeur,*) P.I. p. 172. legi potest.

** Vid. PASTORII Diarium Pacificationis Oliuensis p. 214.

*** Vid. Obs. III. p. 226.

Pacificationem diligentissime narrauit, in Hist. Prussic. P. VII. p. 232. sqq. tamen quo minus singula penitius excuteret, impedimento ei fuit, quod destituebatur Legatorum Actis, adeo tum delitescentibus, vt nec in talis tantique viri manus venirent.

IV. Sed professio breuitatis facit, vt ad reliquos oratio nostra prouehatur, quos hoc loco laudasse adtineat. Inter eos refero Anonymum auctorem Historiae tractatuum pacis, inde a Veruinensi, vsque ad Nouiomagensem,* quem *Torcium* Marchionem, virum summum, plerique rentur fuisse; item alterum Anonymum, sed dubiae famae, cuius exstat Historia superioris aetatis, ** atque *Mablium*, Iuris Publici Europaei luculentum scriptorem. *** Vix numerassem in hoc censu *Hauteuillium*, **** et ipsum natione Gallum, nisi memoriam eius in litteris, ad me humanissime perscriptis, *Iosephus Barrius*, Academiae Parisiensis Cancellarius, iniecisset, adeo nostri instituti studiosus, vt indagando, quidquid huc faceret, neque istum, quantumuis exilem rerum auctorem, praeteruheheret. Iam vero inter Germanos, vt demum de his dicam, omnino rari adparent, qui, in commemoranda hac Pacificatione, operae aliquid insumsere. Nam praeter *Koelerum*, in Amoenit. Numism. T. XVI. p. 265 seqq. *Schmaussium*, Introduct. in prudentiam ciuilem P. II. p. 132 sqq. atque Anonymum, in *Theatro Europ.* T. VIII. p. 1359 sq. ecquemnam valde commendem? Paene praeterieram Narrationem, nescio cuius, de Oliuensi Pace: ***** neque immerito. Adeo in illa, praeter inscriptionem, nihil intelligentes iudices laudauerint.

V. At vero pacis huius, post diuturnas tempestates, miseris mortalibus tum diuinitus concessae, memoriam nuper exacto seculo *Theophilus Vuernsdorfius*, Artium in Gymnasio Gedanensi Professor, Vir Clarissimus, celebrauit facunda oratione, quae in manibus homi-

* *Histoire des Traités de Paix et autres Negotiations, depuis la paix de Vervins jusqu' à celle de Nimegue*, (Amst. 1725. f.) T. I. p. 216.

** *Histoire Politique du Siécle* (Lond. 1757. 4.) T. I. cap. 9.

*** *Le Droit Public de l'Europe, fondé sur les Traités, par Mr. l'Abbé* MABLY, (Amst. 1761. 8.) T. I. p. 80. sq.

**** *Relation historique de la Pologne, par le Sieur de* HAVTEVILLE, (Par. 1687. 12) p. 38. sq.

***** *Historische Nachricht von dem Olivischen Frieden*, (Hamb. 1725. 4.)

hominum verſatur. * In cuius rei ſocietatem, excitus dulciſſimae patriae amore, venit *Ioachimus Samuel Vueickhmannus*, Academiae Leucopolitanae lucidum decus, edita ſcriptione, vt ſunt eius omnia, docta atque eleganti, ** de virtutibus maiorum, hac pactione nobilitatis. Cuius viri nomen, eruditione atque in rem publicam ſacram et litterariam meritis eximii, et vero etiam beneuolentiam, erga nos, ſummam in hac ipſa ſcriptione teſtatam, grata memoria recolere et ingenui animi, et officii noſtri erat.

V

Recenſio Actorum editorum Pacis Oliuenſis.

Quod in hoc Opere edendo curauimus diligenter, ac, ſingulari fauore magnorum virorum benigniſſime adiuti, effecimus, vt Acta Pacis Oliuenſis Publica in conſpectum produceremus; id ipſum etiam, ante nos, actitaſſe quoſdam conſtat. Itaque haud pauca illorum, ſuperiore aetate, ab iiſdem ſunt publicata: quae quum repetere nec libuit, nec licuit, inſcriptiones quidem recenſere, additis editionum variis locis, haud ſuperuacaneum fuerit. Iſtas enim ſi quis contulerit cum enumeratione Actorum ea, quam nos ſupra poſuimus: profecto, quidquid talium noſtra aliorumque opera prolatum ſit, vno quaſi obtutu perſpiciet. Qua de re, non inutilem lectoribus noſtrum hunc laborem futurum confidimus. Viſum autem eſt etiam ea, quae ante Oliuenſem conuentum perſcripta nobis innotuerunt, ſimul indicare. Edita igitur haec ſunt:

I. Acta

* Saecularis Memoria Pacis Oliuenſis, a Ciuitate Gedanenſi An. MDCCLX. celebrata, nunc publicis ſumtibus typis exſcripta. (Gedani, 1761. f.)

** Fauſtae praecationes, quibus ſaecularem Pacis Oliuenſis memoriam proſequitur, praefatus nonnulla de virtutibus Maiorum, hac pactione nobilitatis, IOACHIM. SAM. WEICKHMANNVS, SS. Theol. D. et Prof. Vuiteb. (Gedani, 1760. 4.)

I. *Acta Praeliminaria.*

Declaratio Regis Poloniae, Ablegato Caesareo data ob tractatus pacis cum Suecis.

Londorp. T. VIII. p. 503. *Diar. Europ.* P. II. p. 96.

Propositio, coram Rege Poloniae, et toto Senatu totius Regni, facta a DD. Legatis Collegii Electoralis.

Diarium Europ. P. VII. App. lit. A.

Eorundem Propositio coram S. R. M. Regina Poloniae.

Ibidem, lit. B.

Proiectum Propositionis faciendae, coram Senatoribus, praesente Rege Poloniae.

Ibidem, lit. C.

Responsum a S. R. M. Poloniae et Sueciae, DD. Ablegatis Collegii Electoralis datum Vuarsauiae, in Comitiis Regni generalibus, d. 15. Aug. 1658.

Ibidem, lit. B. et in *Pastorii* Differentiis, inter Politicam genuinam et diabolicam, p. 59.

Regis Poloniae Saluus Conductus pro Legatis Suecicis.

Londorp. T. VIII. p. 507. *Diar. Europ.* P. II. p. 122.

Litterae Legati Gallici ad Legatum Suecicum.

Londorp. p. 510. *Diar. Europ.* p. 125.

Responsum Legati Suecici, ad Legati Gallici litteras.

Londorp. p. 515. *Diar. Europ.* p. 126.

Litterae Regis Daniae, ad Regem Poloniae, super pace vniuersali.

Londorp. 519. et in *Pastorii* Differentiis comm. p. 85.

Informatio Commissariorum Suecicorum, Legato Gallico data, super Praeliminaribus pacis, cum Rege Poloniae.

Londorp. p. 523. *Diar. Europ.* p. 170.

Saluus Conductus Suecicus, pro Legatis Electoralibus Brandeburgicis, Thorunium.

Londorp. p. 525.

Litterae Legatorum Suecicorum, ad Christianiss. Regis Legatum, Dn. de Terlon, quibus requiritur, vt Salui Conductus Polonici in debita

bita

bita forma, quoad omnia requisita, quantocyus procurentur et extradantur.

Londorp. p. 526. *Diar. Europ.* p. 191.

Litterae Dni de Lumbres, Legati Gallici, ad Legatos Suecicos, reformationem Saluorum Conductuum concernentes.

Londorp. p. 527. *Diar. Europ.* p. 199.

Instructio Legati Hollandici ad tractatus Pacis Sueco-Polonicae.

Londorp. p. 528.

Responsum Legatorum Suecicorum, ad litteras Legati Gallici.

Londorp. p. 531. *Diar. Europ.* p. 203.

Litterae Legat. Suecicorum, ad Dn. de Terlon, desideratam iamdudum Saluorum Conductuum Polonic. procurationem requirentes.

Londorp. p. 534. *Diar. Europ.* p. 207.

Responsum Dni de Terlon, ad praecedentes litteras.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 208.

Memoriale Legatorum Suecicorum, datum Dn. Akakia, Sedino Dantiscum redeunti.

Londorp. p. 535. *Diar. Europ.* p. 210.

Litterae Plenipot. Suecicorum, ad Dn. de Terlon, requisitam Saluorum Conductuum reformationem iterantes.

Londorp. 538. *Diar. Europ.* p. 222.

Litterae Reginae Poloniae, Dni de Terlon, Dni de Lumbres, et Legatorum Suecicorum mutuae.

Memoires du Chev. *de Terlon*, T. I. p. 150 sqq. T. II. p. 339 sqq. *Diar. Europ.* p. 223. *Basnage* Ann. Belg. T. I. p. 505.

Legatorum Suecicorum iteratae litterae, ad Dn. de Terlon.

Londorp. p. 541. *Diar. Europ.* p. 237.

Reformatus Saluus Conductus Polonicus.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 239.

Desiderata Legatorum Suecicorum, in Reformato Saluo Conductu Polonico.

Londorp. p. 542. *Diar. Europ.* p. 241.

Secundum reformatus Saluus Conductus Polonicus.

Londorp. p. 544. *Diar. Europ.* p. 249.

Litterae Legatorum Suecicorum ad Dn. Akakia, reformati Salui Conductus Polonici emendationem requirentes.

Londorp. p. 554. *Diar. Europ.* p. 255.

Declaratio Plenipot. Suecicorum, super reformato Saluo Conductu Polonico.

Londorp. p. 555. *Diar. Europ.* p. 274.

Explicatio Plenip. Suecicorum, super desideratis in Saluo Conductu Polonico emendato.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 256.

Litterae Legatorum Suecicorum ad Dn. de Lumbres, negotium pacis concernentes.

Londorp. 556. *Diar. Europ.* p. 258.

Propositio Legati Hollandici, ad Regem Poloniae.

Londorp. p. 558.

Declaratio R. M. Sueciae, de propensione sua, in pacis tractatus etiam vniuersales.

Londorp. p. 560. *Diar. Europ.* p. 263. item sigillatim edita, (Hagae Com. 1659. 4.)

Litterae Dni de Lumbres ad Legatos Suecicos, de itinere ipsorum.

Londorp. p. 564. *Diar. Europ.* p. 271.

Litterae Legatorum Suecicorum, ad Dn. de Lumbres.

Londorp. p. 566. *Diar. Europ.* p. 276.

Responsum Plenipot. Suecicorum, ad superiores Dni de Lumbres litteras, quo constans S. R. M. Sueciae, et Plenipotentiariorum indefessum pacis studium denuo declaratur.

Diar. Europ. p. 279.

Saluus Conductus Caesareus, pro S. R. M. Sueciae ad tractatus pacis Polonicos Commissariis Plenipotentiariis.

Londorp p. 584. *Diar. Europ.* p. 290.

Notae ac monita, in Saluum Conductum Caesareum.

Londorp. p. 585. *Diar. Europ.* p. 293.

Tertio emendatus Saluus Conductus Polonicus.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* l. c.

Saluus

Saluus Conductus Statuum et Ordd. R. Poloniae, Magnique Duc. Lithuaniae, pro Commissariis Suecicis Plenipotentiariis.
Londorp. p. 586. *Diar. Europ.* p. 295.

Saluus Conductus Elect. Brandeburgicus, pro Commissariis ad tractatus Pacis Polonicae Plenipot. Suecicis.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 297.

Desiderata Plenipot. Suecicorum, in extradito Saluo Conductu Electorali Brandeburgico.
Londorp. p. 587. *Diar. Europ.* p. 298.

Responsum Plenipot. Suecicorum Dn. Akakia, ad postulata eius, super extraditis Saluis Conductibus Regio Polonico et Electorali Brandeburgico datum.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 299.

Litterae Plenipot. Suecicorum ad Dn. Legatum de Lumbres.
Londorp. p. 588. *Diar. Europ.* p. 302.

Instructio, a S. R. M. Sueciae data Commissariis ad tractatus Pacis Polonicae Plenipot. Suecicis.
Londorp. p. 629. *Diar. Europ.* P. VIII. App. p. 5. *Theatr. Europ.* T. VIII. p. 1168.

Demonstratio, qua docetur S. C. M. non recte et fideliter esse informatam de negotio praeliminari, inter Sueciam et Poloniam.
Diar. Europ. P. IV. p. 10.

Ad Regem Poloniae libellus supplex Ciuitatis Gedanensis.
Londorp. p. 713. *Diar. Europ.* P. VIII. App. p. 16.

Litterae S. Caes. M. ad S. Cath. R. M. Hispaniae, interpositionem super pacis negotio, in Germania et Aquilone, concernentes.
Diar. Europ. P. IV. p. 99.

II. Acta Pacific. Oliuensis.

Procuratoria Regis Poloniae, Statuum et Ordd. Regni Pol. et M. Duc. Lithuaniae, Regis Sueciae, Imperatoris, et Elect. Brandeburgici.
Adiecta sunt *Instr. Pacis* editionibus plerisque.

Propoſitio Legationis Polonicae, in Congreſſu Oliuae, prope Dantiſcum.

Londorp. p. 651. *Diar. Europ.* P. VIII. App. p. 21. *Rudauſcius* Hiſt. Polon. Lib. IX. p. 446.

Propoſitio Legationis Caeſareae.

Londorp. p. 652. *Diar. Europ.* P. IV. p. 149. *Rudauſcius* p. 447.

Propoſitio Legationis Electoralis.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* P. VIII. App. p. 24. *Rudauſcius* p. 448.

Propoſitio Legationis Suecicae, in negotio tractatus pacis, cum Legatis Polonicis.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 26.

Declaratio Legationis Suecicae, in negotio Danico.

Londorp. p. 653. *Diar. Europ.* p. 29.

Reſponſum Legatorum Polonicorum, ad Declarationem Suecicorum, de negotio Danico.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 11.

Memoriale Legationis Suecicae, pro Dn. a Schröer, cum litteris, ad Legatum Gallicum.

Londorp. p. 654. *Diar. Europ.* p. 31 ſqq.

Propoſitio Legationis Suecicae, in negotio tractatus pacis, cum Legatis Caeſareis.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 34. *Rudauſcius* p. 449.

Propoſitio Legationis Suecicae, in negotio tractatus pacis, cum Legatis Electoralibus Brandeburgicis.

Londorp. p. 655. *Diar. Europ.* p. 38. *Rudauſcius* p. 451.

Declaratio Legationis Suecicae, data Mediatori Legato Gallico.

Londorp. p. 656. *Diar. Europ.* p. 41. *Rudauſcius* p. 452.

Reſponſum Legationis Suecicae, ad poſtulata Regis Regnique Poloniae.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 42. *Rudauſcius* l. c.

Reſpon-

Reſponſum Legationis Suecicae, ad propoſitionem Caeſaream.
Londorp. p. 657. *Diar. Europ.* p. 44. *Rudauſcius* p. 454.
Reſponſum Legationis Suecicae, ad Propoſitionem Electoralem Brandeburgicam.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 45.
Informatio circa Liuoniam, prodita a Legato Suecico, in tractatibus Oliuenſibus.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 47.
Reſponſum Legationis Polonicae, ad Propoſitionem Suecicam.
Londorp. p. 658. *Diar. Europ.* p. 52. *Rudauſcius* p. 456.
Reſponſum Legationis Caeſareae, ad Propoſitionem Suecicam.
Londorp. p. 659. *Diar. Europ.* p. 55. *Rudauſcins* p. 459.
Reſponſum Legationis Brandeb. ad Propoſitionem Suecicam.
Londorp. p. 660. *Diar. Europ.* p. 58. *Rudauſcius* p. 461.
Reſponſum Legationis Polonicae, ad Art. III. Propoſit. Suecicae.
Londorp. loc. comm. *Rudauſcius* p. 458.
Quaeſtio Legationis Caeſareae, de genuino ſenſu Art. IV. Reſponſi Suecici, ad Propoſitionem Caeſaream.
Londorp. p. 661. *Diar. Europ.* p. 62.
Reſponſum Legationis Suecicae ad Quaeſtionem Legationis Caes.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 63.
Declaratio vltima Legationis Suecicae, ſuper conditionibus ſine mora concludendae pacis.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 64.
Propoſitio facta per Extraordinarium Deputatum Ordd. Vniti Belgii, ad Regem Poloniae.
Londorp. p. 662. *Diar. Europ.* p. 69.
Reſponſum ad Propoſitionem Extraordinarii Deputati Belgici.
Londorp. p. 663. *Diar. Europ.* p. 71.
Declaratio Legationum Poloniae et Foederatorum, ſuper negotio Danico.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 72.
Reſponſum Legationis Suecicae, ad Declarationem Legat. Poloniae et Foederatorum, ſuper negotio Danico.
Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 75.

Puncta

Puncta Dn. Mediatori propofita, per difcurfum, a DD. Legatis Suecicis, et relata DD. Polonis.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 75.

Litterae Legatorum Suecicorum ad Mediatorem Legatum Gallicum, de felici tractatuum, cum Polonis, progreffu.

Londorp. p. 664. *Diar. Europ.* p. 76.

Proiectum Suecicum de Guarantia.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 78.

Articulus XIII. de Guarantia, Proiecti Polonici et Confoederatorum.

Londorp. loc. comm. *Diar. Europ.* p. 79.

Articulus Reftitutionis.

Londorp. p. 665. *Diar. Europ.* p. 81.

Proteftatio fupremi Cancellarii R. Pol. et ad tractatum Oliuenfem Legati, circa conclufionem Pacis, de Liuonia, ratione Ecclefiarum Rom. Cath. Religionis, bonorumque ad eafdem Ecclefias pertinentium auulfionis.

In *Dogielis* Codice Dipl. R. Poloniae, T. I. No. CCLV.

Articulus promulgatae Pacis, a partibus pacifcentibus fubfcriptus, et per Legationum Secretarios, mediante Legato Gallico, commutatus.

Diar. Europ. p. 82. item in edit. *Inftr. Pacis* Regiomont.

Litterae vniuerfales ceffationis armorum, a Commiffariis Polonicis d. 4. Maii ft. n. publicatae.

Adiectae funt editioni *Inftr. Pacis* Regiomont.

Litterae gratulatoriae Regum Sueciae et Poloniae, de conclufa Pace.

Diar. Europ. p. 84 fqq.

Ratificatio Regis Poloniae prouifionalis conclufae Pacis.

Adiecta eft editioni *Inftr. Pacis* Regiomont.

Formula follemnis Ratificationis Regis Poloniae.

Ibid. et in plerifque aliis editionibus.

Formula Ratificationis Delegatorum Regis et Reipubl. Poloniae.

Loc. comm. item in *Nicol Chwalkouii* Iure Publ. Regni Pol. p. 281. et in *Dumontii* Corp. Dipl. T. V. P. II. p. 310.

Formula Ratificationis Regis et Regni Sueciae.

Adiecta eft editioni *Inftr. Pacis* Regiomont. atque aliis.

Formu-

Formula Ratificationis S. Caeſ. Maieſtatis.

Adiecta eſt variis *Inſtr. Pac.* editionibus.

Formula Ratificationis Electoris Brandeburgici.

Praemiſſa eſt editioni *Inſtr. Pac.* Regiomontanae, atque adiecta aliis.

Ratificationum Inſtr. Pacis Oliuenſis permutatarum Receſſus generalis, An. 1660. d. 16. Aug.

Adiectus eſt editioni *Inſtr. Pacis* Regiomont.

Declaratio Legati Suecici, ſuper nominatione fideiuſſorum Pacis, in formula Ratificationis Suecicae.

Adiecta eſt editioni *Inſtr. Pacis* Regiomont.

Litterae M. de la Fuentes, Legati Hiſp. ad Electorem Brandeburgicum, ratione guarantiae Regis Catholici.

Loc. comm.

Plenipotentia Regis Hiſpaniarum, ad guarendandam Pacem, inter partes paciſcentes Oliuae initam.

Loc. comm.

Nominatio Regis Hiſp. pro fideiuſſore Pacis Oliuae concluſae, a Regis Poloniae Plenipot. Legato, circa extraditionem Ratificationum Dantiſci facta.

Loc. comm.

Nominatio Regis M. Britanniae et Ordd. Foederati Belgii, pro fideiuſſoribus Pacis Oliuenſis, a Plenipot. Legato Regis Poloniae, circa commutationem Ratificationum facta.

Loc. comm.

Acceptatio Regis Poloniae guarantiae Regis Hiſp.

Loc. comm.

Acceptatio Electoris Brandeb. guarantiae Regis Hiſp.

Loc. comm.

Nominatio et inuitatio Caroli II. Regis M. Britanniae, ad guarantiam pacis, ab Electoris Brandeb. Legato Plenipot. circa commutationem Ratificationum facta.

Loc. comm.

Formula Reuerſalium Ducis Churlandiae.

Loc. comm.

Formula Reuerſalium Ducis Holſatiae.

Loc. comm. item apud *Puſendorfium* Rer. Brandeb. L. VIII. §. 77. et *Dumontium*, T. V. P. II. p. 311.

Ratificationes Articuli Separati Declaratorii, ratione traditionis Ciuitatis Elbingenſis.

In *Vol. Conſtitutionum Regni*, An. MDCLXI. et cum annexis adiectae editioni *Inſtr. Pacis* Regiomont.

III. Inſtrumentum Pacis Oliuenſis.

a) *Editiones principes:*

Inſtrumentum Pacis perpetuae inter S. Regiam Maieſtatem et Rempubl. Poloniae, Eiuſque Confoederatos, S. Caeſar. Maieſtatem, et Sereniſſ. Electorem Brandeburgicum, ex vna: et inter S. Regiam Maieſtatem Regnumque Sueciae, ex altera parte, ad Gedanum in Monaſterio Oliuenſi, III. Maii An. MDCLX. initae et concluſae. — Cum priuilegio Sac. Reg. Maieſt. Gedani, ſumtibus Iac. Vueiſs, Eiuſdem Reg. Maieſtatis Bibliopolae, typis Philippi Chriſtiani Rhetii, Typogr. Reg. 4.

Editio omnium prima, cuius, vt et reliquarum, exempla mecum communicata ſunt ex Bibliotheca Regia Dreſdenſi, Zaluſciana, Bunauiana, Buderiana, item ab Andr. Schotto, Scabino Gedanenſi, Viro Ampliſſimo, et Eruditiſſimo. Sed neque prima illa, quod mireris, integra eſt ab operarum mendis: quorum inſigniora quaedam ſuo loco notauimus. Adiecta ſunt Procuratoria Polonica, ac Suecica.

Inſtrumentum Pacis perpetuae inter Sacram Regiam Maieſtatem Regnumque Sueciae ab vna, et Sacram Regiam Maieſtatem et Rempublicam Poloniae, Eiuſque Foederatos et belli ſocios, Sacram Caeſaream Maieſtatem, et Sereniſſimum Electorem Brandeburgicum, ab altera parte, Oliuae Anno MDCLX. die XXIII Apr. III. Maii, concluſae, et XXX Aprilis, X Maii, ſubſcriptae et ſignatae. — Impreſſum ſecundum autographum, An. MDCLX. 4.

Latine et Germanice. Locus editionis non eſt indicatus. Ampliſſimus Schottus in litteris, perhumaniter ad me ſcriptis,

ptis, coniectat Stetini, typis Rhetianis, excuſum: neque ego ab eius opinione abierim. Poſt formulam Pacis, leguntur Procuratoria Suecica, Polonica, Caeſarea, Brandeburgica; item Ratificationes.

Inſtrumentum Pacis perpetuae inter Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dn. Ioanem Caſimirum, Regem Poloniae et Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc. ab vna, et Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum Carolum, Suecorum, Gothorum Vandalorumque Regem et Principem Haereditarium, Magnum Principem Finlandiae, etc. etc. etc. ab altera, partibus, ſub Diuini Numinis auſpicio, et mediatione Chriſtianiſſimi Galliarum Regis, Oliuae An. MDCLX. d. XXIII. Aprilis, III. Maii, initae. — Regiomonti, typis Reuſnerianis, Elect. et Acad. Typ. 4.

In fine additum eſt vnum Procuratorium Electoris Brandeburgici, perſcriptum Ripis Cimbrorum, XIII Ianuarii, An. MDCLIX.

Pacta Oliuenſia Anni MDCLX. cum Ratificationibus *Articuli* Separati Declaratorii, ratione traditionis Elbingae.

In *Vol. Conſtitutionum Regni*, ad An. MDCLXI. p. 41. ex autographo, quod in Tabulario Cancellariae R. Poloniae, Lib. 167. ſub lit. S. N. num. 168. fol. 176. adſeruatur.

b) *Editiones aliae*, vel peculiares, vel inſertae hiſtoriarum monimentis:

Inſtrumentum Ratificatum Pacis perpetuae inter S. R. M. Poloniae, Eiuſque Foederatos ac Belli Socios, Sac. Caeſar. Maieſt. et Suam Serenit. Electoralem Brandeburgicam ab vna, et S. R. M. Sueciae, ab altera Partibus, An. MDCLX. d. XXIII Aprilis, III Maii, Oliuae initae ac concluſae: vna cum Ratificationibus Articuli Separati Declaratorii, ratione Elbingae, aliiſque his annexis. — Cum Gratia et Priuilegio Sereniſſ. Elector. Brandeburg. — Regiomonti, typis Paſchalis Menſenii imprimebat Ioſua Segebadius, An. MDCLXI. 4.

In hac editione locupletiſſima omnium, praeter Ratificatio-

 nes,

nes, insunt Procuratoria non modo illa, quae et alibi comparent, Polonica, Suecica, Caesarea, Brandeburgica, verum etiam Regis Christianissimi tum prius, Dnis de Lumbres, et de Terlon datum Diuione, d. 16. Nouembr. 1658. tum posterius, Dn. de Lumbres, Inter-Mediatoris vice fungenti, datum Chantiliaci d. 27. Iun. 1659. porro Regis Hispaniarum, ad guarendandam Pacem, inter Partes Paciscentes Oliuae initam, datum Tolosae, d. 9 Iun. 1661. Posthaec Ratificationum Recessus Generalis, nominationes fideiussorum, Elbingensia.

Instrumentum Pacis perpetuae, *das ist, ein ewiger Friede* etc. — Cum priuilegio Electorali Saxonico, Lipsiae, in Ritzschii bibliopolio, s. a. 4.

Latine et Germanice: vna cum Procuratoriis Polonicis atque Suecicis.

Instrumentum Pacis Oliuensis, Anno MDCLX. pactae, cum Ratificationibus vtriusque partis, Posnaniae impressum, f.

Commemoratur a *Dauide Braunio*, de scriptoribus Poloniae et Prussiae, p. 265.

Instrumentum Pacis Succo-Polonicae.

Londorp. loc. comm. p. 665. *Diar. Europ.* P. IV. p. 292.
Chwalkowski Ius Publ. Regni Poloniae, p. 281.
Loccenius Hist. Suecana, p. 899.
Pufendorfius Commentar. de rebus Caroli Gustaui App. p. 39.
Aitzema Commentar. de rebus Belgicis T. IV. p. 514.
Rudauscius Hist. Poloniae, p. 463.
Thuldenus Hist. sui temporis P. IV. p. 109.
Gastelius de statu publ. Europae nouissimo, c. 6. p. 207.
Corps Dipl. T. V. P. II. p. 303. *Theatr. Pacis*, T. I. p. 613.
Harmonisch-Chronol. Staats-Archiv, P. I. p. 671.
Happelius Hist. moderna Europ. p. 546.
Lunigius Reichs-Archiv, P. spec. IV. Abth. II. Abs. p. 173.
Zincken Ruhe des itzlebenden Europa, Sect. IV. p. 399.
Schmauss Corp. I. G. Acad. No. CXLVII. p. 714.

c) *Ver-*

c) *Versiones*:

Germanica, sigillatim edita Dantisci, An. MDCLX. 4. Hamburgi e. a. Lipsiae s. a. atque item s. l. an. eod. Porro inserta

Diar. Europ. P. IV. p. 331. *Theatr. Europ.* T. VIII. p. 1255. *Curici* Chron. Dantiscano, p. 383.
Theatr. Pacis loc. comm. *Harmonisch. Staats-Archiv*, l. c. *Zincken* loc. comm.

Gallica, in *Leonardi* Recueil des Traités de paix, T. III. p. 805.
Belgica, in *Aitzemae* Commentariis, loc. comm. p. 524.

d) *Articuli Separati.*

Articulus Separatus Declaratorius Art. II. Instr. Pacis, de amnestia et redintegratione iurium.

In editione *Instr. Pacis* Regiomontana: item in *Vol. Constitutionum Regni* loc. comm.

Declaratio S. R. M. Regnique Sueciae Legatorum, pro pace ac libertate omnium ab Ecclesia Catholico-Romana, de religione, in Polonia, Dissidentium, in puncto amnestiae, secundum auitas leges Regni cauta, d. XXI Maii, An. MDCLX.

Londorp. T. IX. p. 692. item in *Stanisl. Lubieniecii* Hist. Reformationis Polonicae. Ceterum et sigillatim editam quaternis, ab Amplissimo *Stiernmanno*, comperi.

VI

Gallus sequester pacis, inter Aquilam et Leonem, s. de mediatione Regis Galliae, in tractatu Pacis Oliuensis.

Diu iam Galliae Regibus vsitatum est, vt, quo arma atque imperium non possent, foedera, pacem, ac nominis sui gloriam proferrent. Itaque eos saepenumero et Septentrionis rebus constat interuenisse, non demum a Francisci primi, vt putant vulgo, temporibus: quamquam exinde istas diligentius curasse, atque in commoda vertisse sua haud abnuam. * Et profecto magnificum in primis, atque optabile duxerunt sibi, longe lateque saeuientibus bellis, in arbitrium pacis adsumi, concordiamque vel inter alienissimos populos reducere, atque stabilire. Nihil dicam de pace, inter Suecos Danosque toties procurata Stetini, Bromsebroae, Hasniae: nihil de induciis, ope consilioque illorum, inter Polonos ac Suecos iterum atque iterum conclusis. Nam et sexennes illae, et Stumdorfianae, adnitentibus praeter ceteros Legatis Gallis, expeditae sunt: nec, in Lubecensi tractatione, Chanuto defuit studium pacis, vanum quidem apud istos, quorum potissimum caussa agebatur. De quo *Linacus Vaucennaeus* diligenter exposuit, Commentar. de rebus Suecicis, T. II. et item III. **

II. Iam vero sopiendo bello, haud multo post Poloniae ab Suecis illato, cui potissimum partes Pacificatoris demandarentur, anceps consilium visum est: „Principibus Europaeis, vt ait *Kochouius* Ann. „Climact. II. p. 166. per diuersos respectus et diffidia, mutuo in se „intentis, vt, vnius prensato auxilio, multorum irritaremus maleuo„lentiam, ac, solum aliquem in amicum destinantes, complurium „secus adfectorum odium prouocaremus, ea seculi praesentis versu„tia, vt honestissimum amicitiae vocabulum et vsus iam nunc ad „prae-

* P. DANIEL Hist. de France T. V. p. 374. *L'éloignement des lieux et la différence du gouvernement et du genie des nations ayant jusqu' à ce tems rendu touts les Traités avec les Princes du Nord assez inutiles à la France.*

„praeuifas commodi aut nocendi artes extendatur.„ Ac primum Auftriaci, quum nondum tacti contagione belli effent, id quidem officii non tam exfpectare, quam occupare malebant, inuitis iuxta Suecis et Polonis, atque alia omnia fufpectantibus. Quapropter Bioernclouius, Succiae Legatus, in Memoriali, quod vocant, ad Imperii Deputatos altero, *Londorpii* Actis Publ. T. VIII. p. 175. inferto: „Quum vtrinque, inquit, adpareret fpes boni fucceffus, ibi tum S. „C. M. die XVI Nouembr. An. MDCLV. mittit Bohemiae Vice-Can- „cellarium, Dn. Comitem de Poettingen, ad S. R. M. Sueciae, vt ver- „bis mediationem offerret, reapfe vero diffidio oleum adderet. No- „uit equidem tum S. C. M. coeptum effe agi de pace inter duo Regna, „fine mediatoribus: nouit etiam, quodfi mediatores effent adfumen- „di, non poffe eos praeteriri, qui Lubecae fuerant vtrinque adfciti, „et, admiffa Imperiali mediatione, numerum vltra modum auctum „iri. -- -- Qui ergo procul adfectu odioque totum oblatae media- „tionis negotium penfitat, videbit ex omnibus eius circumftantiis, „Auftriacos nihil aliud intendiffe, quam vt eo ipfo praeberetur anfa „primum S. R. M. repudiandi Caefaream interpofitionem, et deinde „Auftriacis, concitandi alios contra S. R. M. ceu omnia media pacis „fubterfugientem.„ Poftilla, praeter Auftriacos, Danis quoque, Belgis, Anglis, in focietatem belli pertractis, pacis procuratorem Sueci Regem Galliae follicitabant tanto efficacius, quanto ipfe ad haec et talia promtior paratiorque erat. Qua de re audiamus *Francifc. Vuagnerum*, in Hift. Leopoldi Imp. T. I. p. 69. ita differentem. „Vi- „uo adhucdum Rege, (Carolo Guftauo,) Berenclouius Legatus abi- „erat, extremis rebus remedium a Ludouico, omni ope, petens. Si „vmquam, tum certe Suecis Galliae amicitiae fructus conftitit. Ver- „fus namque ad Berenclouium Lionnaeus, deducto a facris ritibus „ioco, ei adfirmabat: *Sex fe ei paces tradere.* Totidem hoftibus „luctabantur Suecici; cum Dano, Belgis, Polono, Mofcis, Caefare, „Brandeburgo. Quo iam tum Europaearum rerum arbitrium ver- „geret, ea vox oftendit.„

III.

** *Memoires de ce, qui s'eft paffé en Suede, et aux Provinces voifines, tirez de Depefches de M. Chanut, Ambaffadeur pour le Roi en Suede, par le* P. LINAGE DE VAUCIENNES, (Par. 1675. T. III. 8.)

III. Inter haec Poloni aliquamdiu, vt fit, fluctuantes animis, in vtramque partem rationes diligenter subducebant. „Vt aegri, inquit „*Kochouius* loc. comm. p. 167. morbo creante fastidium, se huc il-„lucve versant, ac ex loci mutatione imaginantur aliquod aegritudini „leuamentum: sic pressa aerumnis Polonia, ambigua respexit diuer-„sos, conciliandae pacis curam offerentes, ac incerta, quam manum „in medelam seligeret, sollicite expendit. Duo erant, qui res no-„stras in pacatum statum reponere volebant, et poterant, Caesar „nempe, et Rex Christianissimus: sed nescio, quo malo sidere factum, „vt, ob veteres vtriusque Monarchae simultates, haud liceret Polo-„niae ex lauris Imperialibus, simul et Gallicis liliis, aurea pacis mes-„se beari. In quam cum simul conuenire non possent, diuisim in „vtroque grandia conciliandae pacis commoda recognoscebamus, „aut ipsi suggerebant. Permouebat praecipue, etsi Suecum aucto-„ritate Galli Regis niti summopere constaret, eum tamen Primiceri-„um Christianitatis Monarcham ita aequanime sopiendi belli Polo-„nici arbitrium suscepturum, vt ouem integram, iuxta prouerbium, „et lupum satiatum praestare posset, Christiana aequitate partes di-„rimendo. Rursus, vt Austriacae Domus interuentu stabiliremus pa-„cem, summa ratio erat: quod, licet inter hanc et Coronam Sue-„ciae Pacta Monasteriensia omne discordiarum semen sustulissent, ast „in immensum prouecta nunc Suecorum Europam turbandi impoten-„tia adeo suspecta esset Imperio, vt Ferdinandus III. interim labo-„ranti Poloniae auxilia submittere decreuisset.„ Iam vero Galliae Rex, per Legatos, studium atque operam polliceri: Legati ipsi vigilando, agendo, suisque artibus aliis spem, de se, et fiduciam multo maximam excitare. Austriaci contra niti, amouendisque Gallis nihil omittere intentatum, opitulantibus tum Polonis quoque primoribus haud paucis. In quam rem non superuacaneum sit rursus *Kochouii* verba p. 258. hoc loco subiicere. „Dudum pullulanti nego-„tio adtendebat, operam insinuans, Regina multum hac in parte „satagente, Antonius de Lumbres, vir non minoris facundiae, quam „in agendo dexteritatis. Ast contra non defuere, suscepto negotio „renitentes nostri, quod, aspirante Suecorum rebus fortuna, frige-„sceret mediatio; vbi contra successus euenit, tum demum paciscen-„di

„di mentio flagrantius resumeretur. Maxime Austriacos Ministros „pupugit studium Pacis Sueco-Polonicae, in sui exclusionem a Gallis „tractandae: proin incusata aemulae gentis inuidia, vt quae occulte „tantum verbis, et clandestinis factionibus ageret, quum Hungariae „Rex praesenti auxilio, et nullo cuiusquam respectu, rem Polonam „armis iuuisset: volueruntque ab Aula seponi Gallos, firmiter obsi„stendo, ne iis auctoribus coalescerent ineundae pacis rationes.„ Atque haec eadem ferme repetit inferius, p. 387.

IV. Sed vero Ludouica Regina, pro suo tum amore in Galliam, tum aduersus Austriacos odio, (erat enim, teste *Pufendorfio*, Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 48. et natura, et ob varias offensas, contemtumque, Austriacis aduersissima, atque alias Galliae mancipata,) vnum Galliae Regem sic respiciebat, sic commendabat, vt absque eo pacem, praesertim Poloniae commodam, nullo modo componi posse iactaret. Facile in eam sententiam traxit et Regem maritum, cuius in animo valida omnino erat, et e proceribus maxime Lubomierscium, Lescinium, (Thesaurarium Regni,) Pacium, alios. Et Rex quidem Gallum sequestrum pacis, anno seculi superioris quinquagesimo octauo, solus adsciuit Posnaniae; deinde in Comitiis, quae Conuocationis dicuntur, Varsauiae celebratis, eum etiam Reipublicae adprobare est adnisus. Id quod copiose diligenterque *Rudauscius* p. 398 seq. commemorat, cuius verba, lectu cumprimis digna, ita habent: „Interim, dum Berlini Polonis rebus consulunt Austriaci, Polonus „Rex in diuersa raptus Posnaniae conciliationem pacis admittit Galli„cam, adnitente coniuge, *quae tum maritum regebat, vt paruus* „*Aethiops elephantem.* -- -- Admissam clandestine mediationem „Gallicam mox palam Ordinibus, Varsauiae ad vndecimam Februa„rii congregatis, declarat Casimirus Rex, contradicente Clero, qui „diu restitit mulieris imperio, donec ad extremum consentiret, ad„actus Pseudopoliticorum, ipsiusque adeo Regis, ad vltimum volun„tate. Dilemma tum a Regina Polonis proponebatur proceribus, „pax certa, vel certus omnium interitus. Pacem si vellent Poloni, „eam in sinu suo gestare Galliam scirent, modo eorumdem admitte„retur pacis conciliatio. Contra, certum exspectarent interitum, si,

„exclusa Gallica mediatione, Gallos, optime semper de se meritos, „ea tunc irritarent exclusione.„ Conf. *Diarium Europ.* T. VIII. App. p. 100. Posthaec, interiectis paucis, *Rudauscius* sic pergit: „Clerus pacis conciliationem Gallicam, vt infructuosam, reiicere, „Gallosque exsecrari, vt Suecorum socios, Anglorumque confoede-„ratos. Audita tunc Andreae de Leszno, Archiepiscopi Gnesnen-„sis, pleno Senatu decies repetita vox: Frustra, et non nisi per lu-„dibrium, Senatorum exquiri sententias de mediatione Gallica, quum „illa iam pridem acceptata fuerit Posnaniae, inconsultis Senatoribus, „ad nescio cuius mulierculae libitum, Vmbraeque pertinaciam.„ Haec, atque his aliquanto grauiora, magno animo, magno conatu dicta, et vero etiam scriptis ab intelligentibus rerum aestimatoribus agitata sunt, effectu quidem nullo. Ex illis idem, quem dixi, *Rudauscius* Trutinam mediationis Gallicae, memorabilem in primis, recenset p. 400 sq. Ceterum et Insulanus, (*de Lisola*,) Legatus Caesareus, mediationem eam vt saepe sermonibus, ita aliquando oratione composita, lacessebat: cuius summam *Kochouius* loc. comm. p. 428 seq. retulit. Poloni autem acriter proposito insistebant suo, adsentientibus etiam Suecis, atque, vt rursus ait *Kochouius* Hypomn. Regin. Poloniae P. III. p. 168. „Aquilonari Leone, intra Balticum „specum, non nisi ad huius Galli (Lumbrani) cantum, refugo.„

V. Sunt, qui tradant, praeter Galliae Regem, conciliatores pacis etiam tum Belgas atque Anglos fuisse adsumtos, eosque Oliuensia pacta studio et opera plurimum adiuuisse. Ita quidem *Vuagnerus* loc. comm. „Arbitri pacis, inquit, Belgarum et Anglorum Legati, „et Lumbranus, Galliae Regis Orator, delecti, qui et toto hoc bello, „vltro citroque concursando, multum egerat.„ Atque illius testimonio adductus *Struuius*, Corp. Hist. Germ. T. II. p. 1342. Pacem Oliuensem, arbitris Anglorum Belgarumque legatis, et Lumbrano Gallo, conclusam diserte scribit. Sed profecto hac in re falsus vterque. Quamuis enim visum antea Polonis Foederatisque fuerit, auctore *Rudauscio* p. 362. pacem cum Suecis non nisi eorum, qui olim procurassent, ope praesidioque contrahere: tamen postilla etiam Angli praesertim Foederatis suspecti erant, vtpote non tantum propensi in Suecos,

Suecos, ſed et Auſtriacis infeſti. Quapropter Fridericus Vuilhelmus, Octouir Imperii Brandeburgicus, Legatis ſuis praeter alia, quae ſunt a *Pufendorfio* l. c. §. 45. prodita, in mandatis haec dederat: „Quod „ſequeſtres ſpectet, quum Gallus et Angli, inter alia, id quaerant, vt „Suecus, hoc bello expeditus, Auſtriacis immittatur, metuendum „eſſe, ne eorum opera Foederatis parum proficua ſit. Haud tamen „palam reiiciendos, et caute procedendum, vt eorum offenſa vite- „tur.„ — Ac ſigillatim de Anglis: „Anglorum operam publice non „reiiciendam: noſtri tamen eorum non minus, atque Gallorum, con- „uerſatione circumſpecte vterentur.„ Ego vero Anglorum memoriam, in negotio Pacis Sueco-Polonicae, aliam omnino nullam reperio, niſi quod operam, ſi quando vti ea Poloni velint, iis in litteris ſpondent, quae, nomine Senatus Anglicani, ad Poloniae Regem, menſe Iunio An. MDCLIX. perſcriptae ſunt, de pace inter Sueciae ac Daniae Reges procuranda. Earum exemplum needum editarum praeſto mihi eſt, in egregio *Codice Zaluſciano*, ab me ſaepenumero ante laudato: vnde verba praecipua, (neque enim totam adferre epiſtolam adtinet,) depromam. „Dilectiſſimos Nobis et fideliſſimos, „Eduardum Montagy, claſſis Noſtrae Praefectum, Algernonem Sid- „ney, vnum e Parlamento et Concilio Status, auctoritate Parlamen- „ti, Robertum Honywood, Equitem, et e Concilio Status praedicto, „Thomam Boone, vnum e Parlamento, Commiſſarios et Plenipo- „tentiarios Noſtros, ad Reges praedictos miſimus cum poteſtate, cum „praedictis Regibus agendi et tranſigendi. — Cum quibus M. V. „conſilia, quoties videretur, in rem communem, et publicam pacem, „et de propriis M. V. rationibus, quas illis maiorem in modum com- „mendauimus, per Miniſtros Suos recte poſſit communicare.„ Poloniae Rex autem et ipſe Anglos noluerat huic negotio manum admouere, cauſſatus etiam per Pinoccium, ablegatum in Angliam, conciliandae pacis prouinciam iamiam ab Gallis Belgiſque occupatam eſſe. Et Belgas quidem a Polonis aduocatos ſatis conſtat: qui tamen nec ipſi rebus interuenere, abnuentibus Suecis. Sed de Belgis diligentius alibi dicemus: nunc de Hiſpaniae Rege lubet pauca differere.

VI. Etenim in Pyrenaeis pactionibus Philippus IV. Hispaniae Rex, sociam operam componendis, per Septentrionem, funestissimis bellis obtulerat, gratam atque acceptam praecipue Austriacis, qui commodis profuturam suis animo ac cogitatione praecipiebant. * Hi itaque Gallo aut omnino non committendam pacis procurationem, aut illi Hispanum iungendum, acerrimo studio postulabant. Quod quidem neutrum impetratum est. Sed de Hispano, praeter *Pufendorfium*, Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 74. *Pastorius* in Diario Pacific. p. 224 sqq. satis exposuit: et nos etiam ipsi ibidem, p. 227. et 239. addidimus nonnulla, quae hoc loco repetere supersedemus. Ceterum instituti ratio admonet, vt ad Gallum reuertamur.

VII. Rex Galliae igitur, Austriacis frustra repugnantibus, a Polonis Suecisque, sicuti supra memoraui, pararius pacis est delectus. Cuius expediendae curam pariter Lumbrano atque Terlono, prudentissimis viris, commisit. Fiduciariae litterae, (vulgo Credentiales vocant,) simul cum formula Pacis Oliuensis, euulgatae sunt Regiomonti, anno superioris seculi vno et sexagesimo. ** Sed enimuero Terloni, in ipsa Pacificatione, nulla est ratio habita, impatiente socii Lumbrano: quum e contrario Chanutus olim, in Lubecensi conuentu, sibi soli tantum oneris imponi haudquaquam sit passus. *** Et profecto magni res consilii, immensique laboris erat, tantos non solum motus animorum, sed bellorum fluctus, sed postulationum aestus, aequa lege componere. Id quemadmodum effectum sit, studio atque prudentia Lumbrani, luculenter a *Pastorio* est explanatum.

VII

* Vid. PASTORII Diarium Pacific. pag. 61.

** Vid. supra Obs. VI. p. 243.

*** VAUCENNAEVS Commentar. de rebus Suecic. T. III. p. 113. *Le Sieur Lessinski auroit bien voulu au lieu de s'arrester à ces Messieurs, qu'on eust traité entre luy, le Sieur de Rosenhan, et le Sieur Chanut l'affaire au fond, et il témoigna de vouloir prendre en l'Ambassadeur du Roi les dernieres consiances. Le Sieur de Rosenhan se tint un peu froid, bien qu'il ne refusast pas: mais le Sieur Chanut crut, qu'il hazarderoit trop avec des personnes si difficiles de se commettre seul à une negociation, qui rompoit aisément sur la teste, et dont on lui donneroit tout le reproche, les autres Mediateurs accusans sa*

VII
De
Monasterio Oliuensi.

In deligendo loco eo, quo pacificatum Legati conuenirent, aliquamdiu sententiae, vt fit, variabant, donec super monasterio Oliuensi coierunt. Nam primum Brandeburgicus Princeps Elector, auctore *Pufendorfio* Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 45. Lubecam, vrbem Imperii florentissimam, aut Francofurtum ad Viadrum designabat. Regi Sueciae satius videbatur congressum, in Prussia, celebrari, quo demum cumque loco collibuisset. Quippe, „circa locum aliquem „Prussiae, inquit idem *Pufendorfius*, Commentar. de rebus Caroli „Gustaui Lib. V. §. 84. tractatibus adhibendum, perinde Regi erat; „modo ipsius dignitati et Legatorum securitati caueatur, et locus „congressuum ita adaptetur, ne rixa aliqua et offensa in congressibus „exsurgat.„ Itaque aliae atque aliae ciuitates, velut ad talem celebritatem idoneae, modo a Suecis, modo a Polonis laudatae: quamquam Poloni pacem malebant non alibi expediri, quam vbi Mars atrocissimus fuisset, hoc est, intra Regni sui fines. Cuius consilii caussam aliam occultam subfuisse, rursus *Pufendorfius* Rer. Brandeb. l. c. §. 49. prodidit: nimirum, quod, qui a Polonis designati erant, septem Commissarii magnifico sese adparatu ostentare, simul munia, quae in aula gerebant, exercere vellent: id quod extra Regnum fieri commode non potuisset. Ita post diuturnam disceptationem, cuius monimenta plura in tabulariis exstant, quaedam supra ab nobis foras data sunt, * demum Oliuense monasterium paciferae, vt cum

 poeta

sa conduite pour la jalousie, qu'ils prendroient de cette entremise couverte: c'est, pourquoi il en destourna le dessein, et tascha de faire aggréer un autre expedient sur les pouvoirs, afin que si l'on traitoit, ce fust avec tous les Mediateurs, qui lui aideront à supporter la honte de n'avoir pas réüssi. Qua in re singularem Chanuti prudentiam merito laudat IOH. CHRISTOPHORVS L. B. a SCHLEINITZ Comment. de negotio Pacificationis inter gentes, cap. III. §. 18.

* In Actis Pacific. Publ. No. II-VII. Praeterea e tabulario Regni Poloniae innotuere nobis: *Resolutiones Suecorum Commissar. circa locum tractatuum: — Responsum ad propositionem Legatorum Suecic. respectu loci ad tractatus, d. 11. Nouembr. 1659.*

poeta loquar, ramum praetendit oliuae. Quem in locum Legati communibus suffragiis consensere: nec defuisse reperio, qui, ex ipso eius vocabulo bene nominato, felicis euentus auguria caperent. Vid. *Pufendorfius* Commentar. de rebus Caroli Gustaui Lib. VI. §. 77. *Kochouius* Annal. Climact. II. p. 416. *Rudauscius* Hist. Polon. p. 363. *Vuagnerus* Hist. Leopoldi Imp. T. I. p. 69.

II. Est autem Oliuense monasterium situm vno, ab Gedano, lapide ita, vt e tranquillo prospiciat mare, quod proxima littora adluit. Sunt, qui conditorem illius ferant fuisse Boleslaum, Pomeranorum Principem, cuius non obscura est, in rebus seculi duodecimi, propter studium religionis, fama. Alii Samborium, eius ex Sobislao filio nepotem, plures ipsum Sobislaum memorant, ab quo monasterium illud anno, supra millesimum centesimum, septuagesimo sit exstructum. Atque his lubentius credas, propterea quod cum hac sententia etiam monimenti, in Oliuensi aede conspicui, titulus congruit. Quem, licet ab *Casparo Schutzio* Chron. Prussiae Lib. I. p. 13. aliisque dudum prolatum, mihi haud praetereundum putem, litteris ipsis fundationis vano atque irrito studio inuestigatis. „Nouerint vniuersi filii domus huius, quod Illustris Dux Pomeranorum, „Sobislaus senior, primus monasterii in Oliua fundator extitit, anno „Domini MCLXX. Qui paucis superuiuens annis, in senectute bo„na moritur, et in ipsa, quam fundauerat, Oliua sepelitur.„ --- Conf. *Christoph. Hartknochii* Hist. Eccles. Prussiae, Lib. I. cap. 4. p. 183. Iam vero conditum, honori B. Virginis Mariae de Oliua, vnde et nomen accepit, * dedicatum est, ac Cistercensium familiae monachorum traditum. Postilla Samborius et Mestuinus, paternae virtutis

* Abbatia monasterii B. Virginis Mariae de Oliua Ord. Cisterciensis in Prussia.

** DLVGOSSVS Hist. Polon. T. I. p. 537. *Quindecimo Calend. Aprilis* (An. 1178.) *Samborius, Pomeraniae Dux, monasterium Ordinis Cisterciensis in villa sua Ducali Oliwa, Vladislauiensis dioecesis, fundat, et septem villas, videlicet Oliwam, Salkowice, Glambow, Sterczow, Stawowe, Grancowy et Synczynice, item decimam teloneorum, piscationum, praediorum et pecorum, illi pro dote assignat.* De Mestuino testatur monimentum eius Oliuense, apud SCHVTZIVM loc. comm. p. 14. et HARTKNOCHIVM l. c.

*** De eo ipse adeo Sigismundus Aug. Poloniae Rex, in litteris, quibus ius nobilita-

tis iuxta et Principatus heredes, amplissimis beneficiis adeo auxerunt atque ornarunt, vt multi deinceps hanc quasi nouam vitam pro ipso eiusdem ortu habuerint. °° Manet adhuc ex adfluentia opum, per tot temporum vicissitudines, pristina fortuna, quantumuis bellorum iniuriis, rapinis, incendiis, saepenumero vexata. Octies Oliuam non tantum misere concussam, sed excisam ferme fuisse, inter rerum auctores, *Dlugossum*, *Leonem*, *Schutzium*, *Hennebergerum*, *Hartknochium*, constat. Addit *Ogerius* Ephem. p. 419. nonam vastationem, quam, superiore bello, monasterii aedes maxime erat ab Suecis perpessa. „Est illa Ecclesia, inquit, longa atque angusta, „marmore atque picturis optimis decorata, itemque subselliis gran-„dibus ac recte fabricatis. — Nouies illa Ecclesia vastata ac dire-„pta: nouissime a Carolo, Caroli filio, Sueciae Admiralio, quem „nouimus.„ Nec intemerata illa ab Caroli Gustaui, Regis Sueciae, armis fuit. Quippe auspicio eius, a Steinboco, captam Oliuam anno illius seculi sexto et quinquagesimo, *Thuldenus* Hist. sui temporis T. II. p. 197. testatur.

III. Praefuere autem monasterio Oliuensi, inde ab antiquis temporibus, virtutis ac doctrinae fama praestantissimi viri, vt alios silentio praetermittam, Schlieffii, °°° Grabinscii, Kessouii, Konarscii, Hackii: quorum egregiam laudem is, qui nunc coetus illius magisterium sapientissime tenet, HYACINTHVS RYBINSCIVS, Vir Perillustris ac Reuerendissimus, non modo adsequutus est excellenti eruditione, ac praeclaris meritis, verum etiam longissime superauit. Sed mihi hoc loco inprimis commemorandus venit Alexander Kessouius, °°°° cuius aetas nobilitata est Oliuensi Pacificatione, vir magnus profecto, virtu-

bilitatis contulit: *Tanta est in Venerabili et Religioso Lamberto Schlieff, Abbate Oliuensi, ingenii vis ac praestantia, tanta eruditio et doctrina, rerumque variarum et pulcherrimarum cognitio, tanta virtus, probitas, integritas, vt eum merito, singulari quodam ornamento, ex benignitate nostra Regia dignum censeamus.* Conf. Vita Lamp. Schlieffii, in Collect. rerum Pruss. (*Preussische Sammlung*) P. I. p. 694 seq. Hunc qui proxime sequutus est Caspar. Getzschauius, doctrinae studia hausit in Academia Lipsica: id quod sibi ipse gloriae fertur duxisse. Vid. MVLLERI Hist. Liuon. p. 5.

°°°° Conf. Mnemosynon, quo Alex. Kessowsky, Abbatis, inaugurationem Conuentus Oliuensis recoluit. (Dant. 1641. f.)

virtutumque ornamentis multis et insignibus ita conspicuus, vt imago eius, tamquam ipsius Virtutis aliquod simulacrum, celebrata sit hoc subscripto non ineleganti epigrammate:

Quisquis Alexandri Kessoui ab imagine palles,
Virtutum cernis, non hominis faciem.

Inerat autem viro eximio, praeter ceteras animi dotes, singularis prudentia et humanitas, per eam Pacificationem multis clarissimis documentis testata, verissimeque etiam in Legatorum Commentariis collaudata. Habeo auctorem, qui et Collegii Oliuensis gratiarum actionem, ad S. Caes. Maiestatem, reliquosque Sereniss. Reges ac Principes Christianos, quorum Illustrissimi et Excellentissimi Legati d. III. Maii An. MDCLX. pacem Orbi restituerunt, eius auctoritate perscriptam, et publicatam commemoret. * Ego vero facile me adduci patiar, vt eam non diuersam a *Pastorii* Oliua Pacis, huic Operi nostro innexa, existimem. Adeo vtriusque tum inscriptio, ac veluti frons prima, tum editionis tempus, conuenit. Nam et *Pastorii* Oliua ipso anno pacifero, non insequenti demum, vt *Hoppio* videtur, Gedani in lucem conspectumque hominum prodiit. Sed de ea re alii talium haud incuriosi iudicent, quibus illam Oliuensis Collegii Oliuam Pacis contigit oculis vsurpare. Quod datum non fuit nec mihi, nec iis, quos consului, amicis, viris eruditissimis.

IV. At non deest Collegii illius aliud, idque certissimum monimentum, Kessouio Praesule, honori memoriaeque immortali Pacis Oliuensis dicatum, marmorea tabula, in peristylio, prope portam aedis suspensa. Cuius titulum haudquaquam omiserim hoc loco adponere, descriptum diligenter ab IOH. BENIAM. SCHMIDIO, Patricio Gedanense, aedis D. Barbarae in Vrbe patria Curatore, Doctissimo atque Humanissimo Viro.

A. M.

* Vid. HOPPII Schediasma, de scriptoribus Hist. Polon. §. 38. p. 99.

** S. Alexander Pontifex, An. CCCXIII martyrium passus perhibetur. Cuius memoria

A. M. D. G.

Pax. perpetim. duratura.
Inter. Reg. Polon. ac. Confoederatos
S. Cæfar.m Mtem. et. Ser.mum Elect.m brandenb.cū
ex. unâ.
tum. inter. Regnum. Sueciæ. ex. altera. parte.
mediante. Christi.mi Regis. Legato.
regente.
Ecclam. SSmam. Dno. Alexandro. VII.
Impe.um rom.m Leopoldo I.mo
Regnū. Pol.ae Casimiro. IV.to
conclusa. in. Oliva.
Sub. Rm̄o. Præsule. Alexandro. Kęsowski.
3. May. ipso. scilicet. die.
S. Alexandri. Pontificis. °°
anno. quo.
paX. MoDo. CLaret.

V. Per ea tempora vero Collegium Oliuense hac sua sede cesserat; relictis, praeter Praesulem, non nisi quatuor, monachis, qui diuinis rebus, de more, operarentur. Adeo Legati Galli hospitio fere cuncta permissa erant: mutatusque ille altus secessus in summorum virorum aliquod frequens concilium. Nam et sua cuique Legationi erant conclauia: erant areae, per quas accederent, peculiares. Quod quibus de caussis ita prouisum fuerit, consilio Reginae, prudentissimae feminae, alibi satis est enarratum. °°°

VIII

moria quotannis, die tertia Maii, sollemni ritu recolitur.

*** Vid. PASTORII Diar. p. 50. Conf. LENGNICHII Hist. Pruss. P. VII. p. 233.

VIII

Elogia Legatorum ad tractatus Oliuenses.

In viris magnis et praeclaris, quibus, iudice *Plinio*, aeternitas debetur, praecipua quadam laude celebrantur ii, quorum ope consilioque, bellis compositis, pax et tranquillitas est restituta. Neque in historiarum cognitione quidquam est vel ad comparandam augendamque prudentiam vtilius, vel ad animi delectationem iucundius, quam mores eorum, doctrinam, dexteritatem, ceterasque dotes, tamquam in aliqua tabula, propius inspicere et contemplari. Ac fuere, qui Pacificatorum, superiore aetate, non modo facta egregia monimentis litterarum mandarent, sed imagines quoque ad intuendum proponerent. Tales enim sunt icones Principum, Ducum, ac Legatorum, qui Monasterii atque Osnabrugae pacem Europae conciliarunt: (Roterod. 1697.) tales item icones Legatorum, qui in restitutione Pacis Nouiomagensis laborarunt. (Rom. 1680.) Sed procul dubio praestat nosse elogia tantorum virorum: qualia *Ioh. Godofr. a Meiern*, vir longe celeberrimus, Actis Pacis Osnabrugo-Monasteriensis, summa cura ab ipso congestis, adiecit. Cuius viri praeclarum institutum nos, etsi aemulari non potuimus, at imitari saltem voluimus, in celebranda Oliuensium Pacificatorum memoria, digna profecto et admiratione summa, et laudatione disertissima. Igitur, quae rudi Minerua conscripsimus Legatorum ad tractatus Oliuenses elogia, ea iam singula eodem, quo ipsi in formula pacis recensentur, ordine proponemus.

Anto-

* Comment. de rebus Caroli Gustaui, Lib. VI. §. 74.

** R. P. IOS. BARRIVS in litteris, ad me perhumaniter scriptis: *Mr. le Marechal de Fabert dans une lettre du mois d'Octobre 1659. à Mr. de Lomenie de Brienne dit de Mr. de Lombres, que c'étoit un homme d'honneur, un de plus habiles nego-*

Antonius de Lombres,
Legatus Gallus, Mediator.

Antonius Lumbranus, quem male *Pufendorfius* alicubi [c] Nicolaum nuncupat, non tam generis claritudine, quam praecellentia virtutis, ad magnos honores, magnamque nominis famam peruenit. In eo viro summa prudentiae vis, mira in rebus agendis dexteritas, iudicium plurimo vsu confirmatum, ingenii quoque et doctrinae elegantia cernebatur. His igitur dotibus, omni generis nobilitate et amplitudine praestantioribus, facile consequutus est id, quod sane pauci, vt grauissimis publicae rei negotiis, bene ac sollerter expediendis, in primis idoneus et esset, et haberetur. Vnde etiam Fabertus, Franciae quondam, vt vocant, Mareschalcus, disertis verbis illum vt egregium, id aetatis, publicorum negotiorum administratorem („un „de plus habiles negociateurs de son tems,„) laudat, in quadam epistola, An. MDCLIX. ad Lomenium Briennaeum, Regiae potestatis administrum, perscripta, cuius nondum euulgatae notitiam libenter, vt alia complura, gratus profiteor deberi ab me IOSEPHO BARRIO, Academiae Parisiensis Cancellario, qui de vita Faberti librum, lectu sane quam dignum, publicauit. Lumbranus igitur talis quum esset diu multumque cognitus, ab Regina matre delectus erat, qui in Hispaniam pacificatum mitteretur. Sed id quidem per Mazarinum Cardinalem non licuit: cuius consilio et voluntate ad Polonos ablegatus, post multa magnaque rerum discrimina tandem Oliuae pacem sapientissime procurauit. [oo] Qua in procuratione specimina luculenta dedit sollertiae, prudentiae, eloquentiae, et, quo hae laudes nituntur, ingenii, quod praeclaris artibus excultum, praeter alias eius virtutes, maximopere *Pastorius* Flor. Polon. Lib. VII. p. 639 et 646 admiratur. Sed dexteritatem, ciuiliumque rerum insignem peritiam, *Kochouius* quoque Ann. Polon. Clim. II. p. 425 collaudat. „Lum-

kk 2 „bresi-

negociateurs de son tems. — La Reine Regente de France avoit dessein de l'envoyer negocier la paix de Pyrenées. Mais le Cardinal de Mazarin fit eclorre ce dessein, en le proposant pour aller de la part du Roi assister au Traité d'Oliva, et le negocier.

„bresius,„ (sic eius nomen ex Gallico effingit: rectene, an secus, non multum refert,) „Lumbresius, inquit ille, magnarum rerum pra„xi imbutus, * gnarusque id demum in conciliandа pace, quod in „mercium licitatione, euenire, vt primum intendatur, dein instante „emtore remittat pretium, donec in condictos asses venditio defini„ta manet. Vnde aequabili vultu nec improbabat, quod Poloni of„ferrent, nec arguebat, quod Sueci postularent, ne praeiudicio of„fenderet.„ Itaque Polonis ac Suecis iuxta addictus, iniquior sociis amicisque Polonorum visus est. Quam studiosus fuerit auitae religionis, manifeste adparuit in illa, super sacris, per Liuoniam et Prussiam ordinandis, concertatione, quae diligenter a *Pastorio* est in Commentariis memorata. ** Ceterum gratus acceptusque foris, domi praemia virtutum suarum insignia tulit. Nam et inter Comites Consistorianos cooptatus est, et Regii Ordinis equestri dignitate cohonestatus. Celebratur adhuc apud exteras gentes, adeo ignotus suis, vt talis tantique viri, non dicam facta illustria, sed nomen paucissimi hodie teneant. Epistolae etiam, quas Legatus scripsit ad Mazarinum, dudum neglectae iacent: nonnullae a BARRIO, viro summo, inuestigatae sunt, earumque ad nos particulae quaedam benigniter transmissae. ***

Iohannes Comes a Leszno,
Legatus Polonicus.

Lesciniorum gens, ab antiquis temporibus, et generis nobilitate, et rerum gestarum magnitudine, et dignitatum atque opum splendore,

* Alio loco, quem supra descripsimus, p. 248. eumdem adpellat *virum non minoris facundiae, quam in agendo dexteritatis.*

** Conf. PVFENDORFIVS Comment. de rebus Caroli Gustaui Lib. VII. §. 10.

*** BARRIVS in Epist. alia, ad me perscripta: *Quant aux Lettres de Mr. de Lombres au Cardinal de Mazarin, je ne Vous ai parlé que des Manuscrittes, et sur le témoignage d'un ami, que j'ai prié de me les procurer. Il s'est excusé de la difficulté de les trouver. Du reste je suis convaincu, qu'elles sont les mêmes, ou peu differentes de celles, dont je Vous ai envoyé un extrait dans la lettre, ou je Vous ai remercié de Votre éloquent discours sur Melanthon.*

* De quo vid. SIM. STARAVOLSCII Monim. Sarmatica, p. 322.

** Vid. PASTORIVS Flor. Polon.

dore, inter Polonas omnes clarissime enituit. Ex ea patrem Andream, Comitem Palatinum Brestensem, [*] nactus est Iohannes Lescinius; matrem Sophiam ex illustri Opalinscia Domo, cuius ipsius quoque vetus gloria et celebritas est. Sed acceptum a maioribus decus ipse insigniter auxit praeclaris facinoribus: ad quae natus factusque, inflammabatur etiam exemplo fratris Venceslai, quem constat Primatum Regni, ingenti cum laude, tenuisse. Litterarum et ciuilis prudentiae praeceptis, ab ineunte aetate, imbutus, ad rempublicam mature admotus est, in eaque administranda egregiam operam praestitit. Nam in Colloquio, religionum dissidiis placide componendis, Thorunii habito, (Caritatiuum vulgo adpellant,) primum collega datus Georgio Ossalinscio, Cancellario Regni disertissimo, dein solus Regii dignitatem praesidii sustinuit, magna prudentiae dexteritatisque laude. [**] Sed praecipue inclaruit legationibus, ad ineundam cum Suecis pacem, in varia et diuersa loca susceptis, primum Lubecam, [***] deinde Holmiam, [****] denique Oliuam. Inter haec trepidis patriae rebus, (pace enim et Lubecae et Holmiae incassum tentata, Suecicum bellum exarserat,) Vindobonam quoque, ad Ferdinandum III Imperatorem, missus est, opem aduersus Suecos exoratum. [*****] Quae res sane multum valuit non modo ad sustinendum, contra grauissimos hostes, bellum, sed etiam ad pacem, in Oliuensi conuentu conficiendam. In eo Lescinius primas, inter Legatos Polonos, sapientissimos viros, tenuit, constantiaque ac grauitate consiliorum quam plurimum patriae profuit. Id quod factum ab eo est, etiam in Moscicae pacis procuratione. Domi functus est multis et splendidis muneribus. Nam, vt de aliis omittam hoc loco dicere, Regni Pro-

cancel-

lon. Lib. VI. p. 463. LENGNICHIVS Hist. Pruss. P. VI. pag. 233. Conf. Acta Conuentus Thoruniensis, celebrati An. 1645.

*** Vid. PASTORIVS loc. com. Lib. VII. p. 526. RVDAVSCIVS Hist. Polon. Lib. III. p. 70. PVFENDORFIVS Rer. Suecic. Lib. XXIII seqq. VAVCENNAEVS Comment. de rebus Suecicis T. II. et III passim.

**** Vid. PASTORIVS l. c. p. 532. cuius et Diarium Legationis, ab Illustriss. Ioanne C. de Leszno, Palatino Lenciciensi, in Sueciam susceptae, alibi memorauimus. Conf. RVDAVSCIVS l. c. Lib. V. p. 156 sqq. PVFENDORFIVS Comment. de rebus Caroli Gustaui, Lib. II. §. 13.

***** Vid RVDAVSCIVS Lib. VI. p. 206. et Lib. VII. p. 282. WAGNERVS Hist. Leopoldi Imp. T. I. p. 15.

cancellarius, deinde ſupremus Cancellarius conſtitutus, demum Cracouienſem Palatinatum obtinuit, vno anno ante, quam fatis concederet. Adeo ſemper, ad extremam vſque vitam, honoribus et auctoritate floruit. Diem obiit ſuum, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum octauo et ſeptuageſimo, relicta vnica filia: vir eximia prudentia, ſingulari dexteritate, rerumque gerendarum vſu conſpicuus, animi conſtantia tanta, vt nec adflictiſſimis patriae rebus frangeretur. Memoriae proditum eſt a *Paſtorio*, * quo familiariter vtebatur, ſaepenumero ſe, ex illo, audiſſe hanc vocem: „Obruere nunc hoſtis nos „poteſt; retinere, aut ſubiugare non poteſt.„ Litterarum amorem velut gentilitium, etiam grauiſſimis negotiis occupatus, conſtanter retinuit, homineſque, doctrinae fama praeſtantes, liberaliter fouit, atque ornauit.

Georgius Comes in Wiſnicz Lubomirsky, *Legatus Polonicus.*

Georgius Sebaſtianus Lubomierſcius, (quo pleno nomine adpellatus eſt,) neque auitis decoribus, neque ſuis ipſius praeclare factis, vlli aequalium vnquam cedit. Patrem habuit Stanislaum Lubomierſcium, Cracouienſem Palatinum, quem virum *Paſtorius* Hiſt. Polon. Plen. P. I. p. 38. vocat ſago togaque praeluſtrem, et rebus geſtis auctoritatem, in Polonia, ſummam adeptum. ** Quippe in Chocimenſi, aduerſus barbaros, bello, vſque adeo virtus eius eluxit, vt non modo imperator fortiſſimus, ſed patriae ſine dubio liberator et vindex, haberetur. Ad hoc conſummatiſſimum exemplar Georgius conformatus, cum pacis, tum belli multis ac veris decoribus effulſit. Nam in Muſarum contubernio melioribus ſtudiis perpolitus, aditiſque late cultioribus populis, vſu rerum et prudentia inſtructus, nemini ſiue docta facundia, ſiue ciuili ingenio ſecundus fuit. *** Militiae rudimenta ſub clariſſimis ducibus, in primis Koniecpolſcio, poſuit,

* Vid. PASTORII Flor. Polon. Lib. VII. pag. 554.

** Conf. STARAVOLSCIVS loc. comm. p. 653.

*** Vid. PASTORIVS Hiſt. Polon. Plen. P. I. p. 217.

**** Vid. KOCHOVIVS Annal. Clim. III. p. 147 et 153 ſqq. LENGNICHIVS

fuit, bellicaeque virtutis illustribus documentis mox ipse conspicuus, exercitui magna cum laude praefuit. Nam aduersus Cosacos, aliasque barbaras gentes, egregie pugnauit; Suecos, per Poloniam, haud leuiter adtriuit; Ragocium, Transiluaniae Principem, praelio fudit; Moscos compescuit. Sed talis tantusque bellator aeque idoneus paci componendae est visus. Quam de se eximiam opinionem validissime, in Oliuensi conuentu, confirmauit. Obierat ante etiam, ad Tatarorum Regulum, crebras legationes. Adeo nullum fuit tam graue onus, nullum tam arduum negotium, quod non ille, Reipublicae caussa, et maximo animo susciperet, et summa fide sustineret. Nihil enim, in omni sua vita, antiquius ac sanctius fide in patriam habuit: ab hac nullis se neque secundis neque aduersis rebus dimoueri, est passus: hanc se, posthabitis fortunis cunctis, sartam semper tectamque seruaturum, neque vnquam nisi cum anima ipsa amissurum, verissime solitus erat dictitare. Id quod profecto, vt alias saepe, ita tum luculentissime comprobauit, quum consilio Regis, successorem viuo et valenti sibi, contra ius moremque maiorum, deligere cupientis, validissime aduersatus, patriae adseruit libertatem, perdidit suam. Quippe instinctu Reginae, ab qua Regnum iam tum Condaeo Principi destinatum fuisse constat, multorum falsorum criminum postulatus, fortunisque ac capite damnatus, exsul Vratislauiam concessit. **** Qua fatorum iniquitate longe maior, innocentiam non tantum scripto sane quam graui, ***** sed etiam armis victricibus tuitus est. *Mortem obiit repentinam Vratislauiae*, anno seculi superioris sexagesimo septimo, haud multo ante conciliatus Regi, vir in vtraque fortuna vere magnus. Dignitates olim amplissimas gesserat, supremum Regni Campique, vt vocant, Mareschallatum, praefecturam copiarum minorem, alias. Quibus, praeter illam Principalem Imperii, exuto mansit ex virtute, rerumque gestarum praestantia decus, ad omnem posteritatis memoriam perennaturum.

Nico-

vs Hist. Pruss. P. VII. p. 301 sqq. Acta Publica, in caussa Lubomiersciana, exstant in DIARIO EVROP. P. XIII.

***** Publicae innocentiae Manifestum, Deo, mundo et patriae oblatum per Georgium Sebastianum Lubomirski. (1666.) Conf. LENGNICHII Biblioth. Polon. P. IV. p. 370 sqq.

Nicolaus in Prazmow Prazmowski,
Legatus Polonicus.

Ex illuſtri familia, quam *Georgius Petrus Schultzius* in Commentar. de Cancellariis Regni Poloniae, p. 81. Belinam vocat, natus eſt patre Andrea, Caſtellano Varſauienſe, Nicolaus Praſmouius. Hic quum, litterarum cauſſa, Romae ageret eodem tempore, quo ſe Iohannes Caſimirus, Poloniae tum Princeps, ſacra purpura exuebat, iam tum in notitiam eius peruenit, ab eoque poſtea Rege ad ſummos honores tanto lubentius ac citius euectus eſt, quod et in Reginae gratiam ſeſe inſinuaſſet. Poſt cancellorum recturam, (nam *Rudauſcius* loc. comm. Lib. IV. p. 121. diſerte illum Regentem Cancellariae Minoris adpellat,) anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſecundo, inter Regni Referendarios receptus, atque haud multo tempore poſt Maior Secretarius eſt conſtitutus. Quod quidem munus illi aditum, ad ſplendidiſſimam Cancellarii dignitatem, quam dudum praeceperat animo, patefecit. Igitur, anno eiuſdem ſeculi octauo et quinquageſimo primum Procancellarius dictus, mox in Coricinii, ſupremi Cancellarii, qui tum fato functus fuerat, locum ſucceſſit, non ſine magna multorum inuidia. In primis Boguſlao Leſcinio, ſummo viro, conſcientia inerat tam praeclarae virtutis, vt honorem illum ſibi potiſſimum deberi exiſtimaret. * Iam vero Praſmouius, et dignitatibus iſtis, et gratia Regis Reginaeque conſpicuus, grauiſſimis publicae rei negotiis domi ac foris admotus eſt. Nam ad Ragocium, de quo ante dixi, velut ad inſpiciendas res miſſus eſt, ** et in monaſterio Oliuenſi pacem, cum Suecis, compoſuit. In qua Pacificatione magna eius auctoritas, ſuffulta Ludouicae Reginae conſiliis, magnum-

* RVDAVSCIVS Lib. IX. p. 415.— *In cuius* (Coricinii) *locum ſuffectus erat Nicolaus Prazmowski, Secretarius Regni maior, fauore Reginae, ad tantam inopinato euectus dignitatem: cui eodem fere tempore Luceorienſis quoque adiecta fuit cathedra. — Minus quoque Regni ſigillum ceſſerat tunc Boguslao de Leſzno Leſczynski, Theſaurario Regni. — His in hunc modum diſpoſitis, Rex conuocata Ordinum ſoluit Comitia, altius offenſis multorum animis, in diſtributione dignitatum facta. Aegre enim ferebat Leſczynius praelatum ſibi, in munere maioris ſigilli, Prazmouium.*

magnumque ſtudium auitae religionis clariſſime adparuit. Exſtat loco eo, quem alicubi indicauimus, *** „Proteſtatio ſupremi Cancel„larii Regni Poloniae, et ad tractatum Oliuenſem Legati, circa con„cluſionem Pacis de Liuonia, ratione Eccleſiarum Ro. Cath. Religio„nis, bonorumque ad eaſdem Eccleſias pertinentium auulſionis.„ Inter haec Luceorienſis Praeſul conſtitutus, tandem anno illius ſeculi ſexto et ſexageſimo ad ipſum Archiepiſcopatum Gneſnenſem, Regnique Primatum, quae eſt a Regali faſtigio proxima dignitas, adſcendit. Ad extremum tamen, velut defeciſſet fortuna cum Iohanne Caſimiro Rege, magnis aduerſitatibus eſt conflictatus. Nam Michaele ad Regnum, quo ſe ille abdicauerat, euocato, tamquam diſſidii inteſtini incentor, priuatus muneris iſtius dignitate, moerorem animo tantum hauſit, vt, quamuis in priſtinum locum reſtitutus, haud diu poſt Viaſdouae, prope Varſauiam, ex vita diſceſſerit. In monimento, quod Louicii viſitur, ſuperadditum hoc inſigne elogium: Virum conſilio magnum, Eccleſiae immunitates et patrias leges fortiter tutatum eſſe; paratum contra tyrannum Orbis Chriſtiani impetum, in ſe a ciuibus conuerſum, ſuſtinuiſſe; demum de inuidia victorem deceſſiſſe. Viuus etiam ab *Ioh. Baptiſta Kuſſeuicio* celebratus fuit, carmine Latino, (Templum honoris **** inſcribitur,) quod, per tempora Oliuenſis Pacificationis, in manus hominum peruenit. Ipſe complures epiſtolas, ad Regni Proceres, perſcripſit, quas, nondum publici iuris factas, Bibliotheca Zaluſciana, doctrinae omnis, in primiſque Hiſtoriae Polonae locupletiſſimus theſaurus, adſeruat. ***** Orationes quaſdam eius, et antea editas, *Ioh. Chriſt. Lunigius* interſeruit Orationibus Procerum Europae, ****** diligenter ab ipſo collectis.

Chri-

** Vid. KOCHOVIVS Annal. Climact. II. p. 192.

*** Obſeru. V. pag. 240. Conf. PASTORII Diarium Pacific. p. 215.

**** Templum honoris, quod — Domino Nicolao in Prazmow Prazmowski, Epiſcopo Luceorienſi, Supremo R. P. Cancellario, ad tractatus cum Regno Sueciae ineundos, cum plena concludendi poteſtate Commiſſario Deputato, — erexit cliens IO. BAPTISTA KVSZEWICZ. — 1660. 4.

***** Vid. IO. DANIEL. ANDR. IANOSCII, V. C. Specimen Catalogi Codic. MS. Bibliothecae Zaluſcianae, p. 65.

****** Vid. T. II. p. 231. 246. 276. 307. 308

Christophorus Pac,
Legatus Polonicus.

In numero Pacificatorum Oliuensium maximopere concelebrandus nobis est Christophorus Pacius, Magni Ducatus Lithuaniae supremus Cancellarius, cuius laudato Diario istius Pacificationis, vt alia complura, ita tot Acta illa Publica debemus, quae ex *Codice MS. Zalusciano*, ad nos benignissime transmisso, supra exhibuimus. Atque illud sane ab hoc viro profectum esse, multis non obscuris indiciis, (nam nomen ipsum tacitum praetermissumque est,) satis adparet. Est autem Paciorum, in Lithuanis, genus et antiquitate, et rerum gestarum gloria nobilissimum, * perpetuaque serie viros, omnium virtutum ornamentis condecoratissimos, tulit. Hos inter Stephanus, Lithuaniae quondam Thesaurarius, pater Christophori, ac patre maior filius, ipse Christophorus, longissime eminent. Hic apud Italos earum litterarum atque artium doctrina, quae natos ad magnam fortunam inprimis decent, atque ornant, egregie institutus, ad Rempublicam mature accessit. Etenim iam illis Comitiis, quibus Vladislaus IV. Rex electus est, interfuit: ab quo dein Vexillifer Lithuaniae creatus, mox negotiis publicis magis magisque interuenit. Sub Iohanne Casimiro altiores ad dignitates prouectus est. Nam in magno summorum virorum prouentu is, praeter ceteros, habitus dignus fuit, qui in Sapiehae, Procancellarii apud Lithuanos, locum succederet,

* Vid. SIMON. OKOLSCII Orbis Polonus, T. II. p. 50 sq.

** HAVTEVILLIVS loc. comm. p. 255 sq. *Tous les Gentils-hommes Polonois sont naturellement honestes. — Les grand Seigneurs sont genereux et magnifiques. J'en ay connû, qui ont receu chés eux des Francois, des Italiens, et des Allemands, qu'ils ne connoissoient pas, à qui ils ont donné leur table jusques à ce qu'ils ayent eû de l'employ. Je sçay mesme, que le Chancelier Patz a donné des chevaux et de l'argent à des estrangers, sans qu'ils luy eussent rendu aucun service.*

*** HAVTEVILLIVS loc. comm. p. 111 sq. — *Ce Chancelier, qui vouloit faire élire le Prince Charles de Lorraine, que l'Empereur recommandoit fortement, répondit, qu'il ne vouloit que le seul Prince de Lorraine, et non le Prince de Neubourg. L'évenement luy fit bien voir, qu'il s'estoit trompé, et qu'il avoit mal pris ses mesures, et mal connu ses veritables interests. Car comme il avoit gouverné le Roy Michel, et qu'il gouvernoit encore cette Reine,* (Elenor) *il eut facilement aussi gouverné le Prince de Neubourg. — Le Chancelier Patz estoit si entier dans son*

ret, atque Alberto Radziuilio fatis functo, (id quod anno superioris seculi sexto et quinquagesimo accidit,) dignitate supremi Cancellarii ornaretur. Quo in munere sane grauissimo singularem prudentiam, ac fidem intaminatam omnino omnibus, sed multo maxime Regi probauit, cuius lateri, istis iniquissimis temporibus, fere indiuulsus comes adhaesit. Igitur et in Oliuensi Pacificatione consilium eius non modo vniuerse valuit plurimum, sed praecipue tum respiciebatur, quum magnis animorum motibus, super Liuonia, disceptaretur. Quae quidem caussa magis defendi ea tempestate non potuit, quam est ab hoc viro defensa, rationibus, quae huc facerent, omnibus diligenter expositis etiam scripto, de quo alibi dicemus. Fuit enim cum iuris, tum historiae patriae, multo scientissimus. Nec vero togatus tantum, sed bellica quoque virtute, publicae rei profuit, praesertim contra Moscos. Vnde et summa Lithuanici exercitus praefectura ei demandata est. In reliquis eius eximiis virtutibus liberalitas eluxit, non prouocata illa clientum officiis, sed quae obuiam se ipsa praeberet etiam ignotis. °° Fidem semel datam, nulla vel lenissima aura aliena mobilis, sic constanter seruauit, vt priuatis quoque commodis suis longe anteponeret. Quod post obitum Michaelis Regis, prensatus ab Neoburgi Duce, qui Regno contra Lotharingum imminebat, clarissimis documentis testatus est. °°° Diuitias autem, quas, vt ille ait, nemo sapiens concupiuit, in tanto viro haud referrem, nisi et eas virtuti adcommodasset. Nam in

son opinion, qu'il n'en revenoit que difficilement. Il estoit homme de parole, et quand une fois il l'avoit donnée à quelqu'un, il la luy gardoit inviolablement, sans aucun de ses interests le peut faire changer. La conference, qu'il eut avec l'Ambassadeur du Prince de Neubourg à Belveder, ou j'ai l'accompagné, fit bien connoître, que ses propres interests n'estoient pas seuls capables à le ramener. Car j'appris ensuite de luy, qu'on luy avoit fait des offres considerables, et representé l'avantage, que l'election du Prince de Neubourg apporteroit à toute sa famille. Mais cela ne le toucha point: et cette conference fut inutile, et pour luy, et pour le Prince de Neubourg. Sa femme mesme, quoy que Françoise de la maison de Mailly, ne voulut jamais revenir dans le parti François, quelque proposition avantageuse, qu'on luy peut faire. Elle estoit Dame d'honneur de la Reine Eleonor. Elle luy avoit donné sa parole de luy estre fidele: et elle la luy tint inviolablement. Cette fidelité constante en une Françoise Austrichienne, fut mesme estimée de tous les Francois, qui preferent toujours cette vertu à tous les avantages, qu'on leur proposa.

Monte Pacis, (*Pazaysk,*) haud procul Cauno, monasterium magno sumtu exstruxit, magnisque largitionibus ditauit, templaque alia quam plurima pulcerrimis donariis ornauit. Vita decessit admodum senex, anno millesimo sexcentesimo quarto et octogesimo, postquam, sub quatuor Regum Polonorum imperio, eximia auctoritate atque gloria floruit, vir summi ingenii, probitatis, prudentiae, virtutis denique omnis decoribus illustris. Ceterum hoc etiam felix censeri debet, quod, ipse prole carens, intra domum tamen suam haberet, qui filius et heres esse mereretur, Nicolaum Andream Pacium, sibi non minus necessitudine carum, quam indole virtutis probatum.

Ioh. Andreas de Raciborsko Morsztyn, *Legatus Polonicus.*

Hic quoque, licet non Senatorii Ordinis legatus ad Oliuensem conuentum, nobilissimo tamen loco prognatus est, patre Andrea Morstinio, Praefecto Bolnicense, laudatissimo viro. Genus illi, et nominis honos, et insignium species ab *Mondsterniis* Germanis, qui, amplissimis olim per tractum Rhenensem bonis conspicui, fortunarum sede in Poloniam translata, virtutum atque opum splendore ad insignes dignitates peruenerant. * Sed Iohannes Andreas, vt maiorum suorum velut vestigia relegeret, in Germaniam concessit, studiorum caussa: quibus iuxta et itineribus, per Galliam et Italiam obitis, egregie est perpolitus. Et praeter doctrinam, in eo, prudentia, comitas, vitae elegantia, inprimisque, quod bonum ab omnibus et intelligitur, et amatur, oris corporisque eximia species, enitebant. Quibus nominibus gratia Regis facile collecta, amplissimis dignitatibus insignitus fuit. Nam, vt Dapiferatum Cracouiensem, item praefecturas praeteream, Regni primum Referendarius, dein Magnus Thesaurarius constitutus est. Inter haec non modo Oliuensi Pacificationi adfuit, sed in Sueciam quoque, Germaniam, Galliam, Italiam, grauissimis de rebus, legationes suscepit. At in Gallica quidem legatione

* Vid. OKOLSCIVS loc. comm. T. II. pag. 62 sqq.

** Vid. ZALVSCII Epist. Famil. T. II. p. 288. PVFENDORFIVS Rer. Bran-

ne omnium ſplendidiſſima illud, vt ſic dicam, toxicum hauſit, quod cum ipſi, tum paene Reipublicae, exitio fuit. Quippe aulae Gallicae adeo ſe, ſua conſilia, ſuas fortunas addixit, vt turbarum neſcio quid inter Polonos machinari viſus, ** ad poſtremum muneribus exutus, ſeſe in Galliam proriperet, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum tertio et octogeſimo. Ita procul a patria, fatis defunctus eſt, praecipiti ſeculo ſuperiore: vir magnus profecto multis ſplendidiſque virtutibus, at longe maior in poſteris, quos ex filiabus nactus eſt, *Czartoryſciis*, *Bielinſciis*, Reipublicae Polonae iuxta et ſeculi noſtri fulgentiſſimis ornamentis.

Vladislaus de Naglowice Rey,
Legatus Polonicus.

Vladislaus Reyus, item ex Equeſtri Ordine ad Oliuenſem Pacificationem ablegatus, famam magis bonam, quam magnam, ad poſteritatem tranſmiſit. Patre genitus eſt Andrea, Libuſſienſe Praefecto, eximio viro, honeſtiſſimiſque legationibus ad Belgas, Britannos, Danos illuſtri. Huius auſpiciis liberaliter educatus, optimarum litterarum doctrinam cepit a praeſtantiſſimo magiſtro, Iohanne Laeto, Belga, monimentis ingenii compluribus ſatis claro: quo duce et comite, ad exteros quoque profectionem eſt ingreſſus. Poſthaec, vbi ad Rempublicam gerendam acceſſit, ſpem de ſe magnam atque inſignem prorſus impleuit. Etenim non domi tantum res multas praeclariſſime geſſit, verum etiam Oliuenſi Pacificationi non ſine laude interfuit; legatione ante Germanica functus, in qua eum Andreae Olſzouio, viro prudentiſſimo ſpectatiſſimoque, Regni poſtea Primati, ſuffectum *Rudauſcius* loc. comm. p. 412 ſcribit. In Libuſſienſi praefectura, (nam Neocorcinenſem ante obtinuerat,) patri datus ſucceſſor, dein Ludouicae Reginae Cancellarius, ac Curiae Regni Theſaurarius creatus eſt, poſtremo Palatinus Lublinenſis: quamquam habeo auctorem, qui, ſub Michaelis imperio, Eleonorae Reginae factum

Ll 3 Marc-

Brandeb. Lib. XVIII. §. 86. LENGNICHIVS Hiſt. Pruſſ. P. VIII. p. 249 ſq. COYERIVS Hiſt. Iohannis Sobieſcii, (*Hiſt. de Jean Sobieſki, Roi de Pologne,*) T. II. p. 127 ſq.

Mareſchalcum tradat. * Diem obiit circa annum milleſimum ſexcenteſimum ſextum et ſexageſimum, ſine ſobole, inprimis laudatus propter prudentiam, dexteritatem, fidem.

Iohannes in Gnin Gninski,
Legatus Polonicus.

Haud ignobili loco, in Polonia Maiore, ortus Iohannes Gninſcius, inde a prima aetate fortunam fautricem habuit. Nam puer, emiſſus paternae domus anguſtiis, et Stanislao Lubomierſcio, de quo ſupra commemoraui, patrono benigniſſimo, traditus, in ſpem ampliorem adoleuit, quae haudquaquam eum fruſtrata eſt. Ac primum, talis tantique viri commendatione, aditus ei ad gratiam Iohannis Caſimiri Regis patefactus eſt: quam dein plurima virtute ſua ita demeruit, vt et dignitatibus ornaretur variis atque ſplendidis, et publicae rei multis grauibuſque negotiis admoueretur. Poſt praefecturam Gneſnenſem, Pomeraniae Succamerarius, quem vocant, anno quinquageſimo nono ſupra milleſimum ſexcenteſimum creatus, hoc etiam nomine inter Legatos Pacificatores adſcitus eſt, inuitis quidem Pruſſis, qui, vt alieno, ius honoremque indigenae nobilitatis, demum confecta pace, conceſſere. ** Ex quo tempore praeclare de hac altera patria ſua meritus, neque eam ingratam expertus fuit, concredito ſibi Palatinatu Culmenſe. Et vniuerſae Reipublicae ornandae ardentiſſimum ſtudium, vt in ceteris negotiis omnibus, ita in legationibus pulcerrime enituit, quas adprime ad Danos, Moſcos, item ad Turcarum Imperatorem, ad Tatarorum Regulum, laudabiliter obiuit. In quo rerum ac gloriae curſu, ſacris ordinibus (quis crederet?) initiatus eſt, quaſi parentaturus cariſſimae coniugis Manibus; reipſa, vt nouo honori velificaret. Neque poſt multo Procancellarii munus illi, ab Iohanne Sobieſcio, Rege maximo, collatum. Exin adſiduus comes ei et in Vindobonenſi propugnatione adfuit, teſtis

* Vid. SCHVLTZIVS de Mareſchalcis Regni Poloniae, p. 70.

** Vid LENGNICHIVS Hiſt. Pruſſic. P. VII. p. 246. item Ius Publ. Pruſſiae Polonae, §. 101. p. 186.

*** Dexteritatem eius laudat PASTORIVS Flor. Polon. Lib. VII. pag. 626. vigorem agendi, et ſubactam, per Reipublicae negotia, experientiae vim KOCHOVIVS Annal. Clim. II. p. 382.

ſtis ſimul egregiorum facinorum, victoriaeque prorſus incomparabilis, qua Rex fortiſſimus ingentes barbarorum exercitus ad internecionem deleuit, Imperiumque Germanum ab turpiſſima ſeruitute, atque exitio, vindicauit. Fatis conceſſit, ſuperioris ſeculi quinto et octogeſimo anno: vir conſilio validus, experimentis fidei ac dexteritatis multis et illuſtribus ſpectatus, *** diſertus, **** comis, diuitiarum ſic potens, vt permagnam partem, (rarum virtutis et opulentiae exemplum!) redimendis Reipublicae bonis, impendere et poſſet, et vellet.

Franciſcus Car. Libſteinsky C. a Kollowrat,
Legatus Caeſareus.

Celebratiſſima in Bohemis, inde a priſcis temporibus, Colouratorum proſapia eſt, de qua illud praeclarum *Claudiani* dictum, in Stiliconem, nullo veritatis impendio, vſurpatum reperio: „Quae di„uiſa beatos efficiunt, collecta tenet.„ ***** Additur vetuſtati, quamquam talium haud indigae, fabula, iam olim eo ſanguine ſatos in Bohemiam immigraſſe cum Czecho Duce, ac nominis virtutumque pulcerrimarum late gloriam protendiſſe. Sed creuit profecto gens illa plures in ampliſſimas familias, ſuis quamque cognomentis diſtinctas. In his Liebſteiniorum Domus, (caſtrum eſt in Morauis Liebſteinium,) viris factiſque illuſtribus inde ab Hermanno, Comite Conſiſtoriano Iohannis, Regis Bohemiae, poſtea Epiſcopo Varmienſe, inclaruit. Ex ea prodiit Franciſcus Carolus, patre editus Alberto, Bohemiae Vice-Cancellario, acceptumque ab maioribus decus nouis luminibus ornauit, atque illuſtrauit. Nam Comitiuae honorem, quo ipſe a Leopoldo, recens electo Imperatore, inter ſollemnia inaugurationis circumdatus eſt, hoc laeto omine primus genti ſuae intulit. Is quum Leopoldi Legatus interfuiſſet electionis Comitiis, plura ſollertis ingenii eximiaeque prudentiae documenta dedit, ancipiti

**** Vid. Orationes eius aliquot, ad Proceres Reipublicae Polonae, apud LVNIGIVM, loc. comm. T. II. pag. 321 et 390.

***** Vid. IO. IVLII IGNATII RVCZKY de RVCZ Oratio, in anniuerſaria exſequiarum Franciſci Caroli S. R. I. Comitis a Kollovrath ſollemnitate, An. MDCCI habita.

cipiti tum Auſtriacorum, per alienas inſidias, fortuna. Poſthaec in Poloniam miſſus, pacificatum cum Suecis, quamuis per valetudinem ſere Dantiſci haereret, nihil tamen quidquam, quo rebus bene conſuleret, in ſe paſſus eſt deſiderari. Sed tali viro, tot tantiſque virtutibus ſpectato, neque alia inſignia meritorum praemia defuere. Collegio prouocationum, quod Pragae eſt, plures per annos magna auctoritate, magnaque laude iuſtitiae et integritatis, praeſedit. Ad poſtremum, ne de reliquis muneribus dicam, Morauiae praeſes (ſupremum Capitaneum vulgo adpellant,) conſtitutus. * In cuius prouinciae adminiſtratione, tamquam in maiore aliquo theatro, omnium in ſe oculos atque animos conuertit, non modo poteſtatis amplitudine, ſed etiam virtutum exemplis, quibus blandiſſime, vt ille ait, iubetur. Nam et pietate inſignis fuit, aedemque, SS. Trinitati dicatam, Richenouiae, (oppidulum eſt in Reginohradenſi regione,) magnifice exſtruxit: aequi nemo alius ſeruantior: in pauperes ſic liberalis, vt annua dona quam plurimis etiam teſtamento legaret. Ad multam ſenectutem progreſſus, obiit mortem anno milleſimo ſeptingenteſimo nondum adulto, ingentique omnium luctu elatus eſt Richenouiae: quo in loco, florentibus annis, ſepulcrum ſibi ſuiſque magno ſumtu parauerat.

Franciſcus L. B. de Liſola,
Legatus Caeſareus.

In praeſtantiſſimis ſuperioris ſeculi viris ſingulare nomen Franciſcus de Liſola, (Inſulanum quidam Latino vocabulo haud abſurde com-

* Vid. IOH. IAC. ab WEINGARTEN Speculum Principum, (*Fürſten-Spiegel, oder Monarchia des Hochlöbl. Erz-Hauſes Oeſterreich*; Pragae 1673.) p. 152. vbi et effigies illius, aere ducta, conſpicitur. Pictas tabulas complures, in Pragenſi arce ſuſpenſas, ſupereſſe comperi ex literis R. P. GELASII a S. CATHARINA, Viri Eruditiſſimi, ad me humaniter et eleganter ſcriptis.

** Vid. PASTORII Calendae Regiae, adiectae Floro Polon. p. 666. Verba ipſa dedimus nota ſequenti.

*** PASTORIVS loc. comm. *Altero non minus illuſtri beniſicio idem Imperator Rempublicam hanc deuinxit, quum, vt dicere coepi, miſſo experrectiſſimi ingenii, et edecumatae prudentiae legato, Barone de Liſola, Sereniſſimum Electorem et Regi noſtro, et ſibi, et toti huic cauſſae conciliauit.* Conf. Eiuſd. Florus Polon. Lib. VII. p. 605. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VI. §. 71 et 76. BASNAGIVS loc. comm. T. I. p. 466.

compellant,) obtinuit, in obeundis negotiis publicis sagacitate ingenii, prudentia, scriptis aeque clarus. Patre Hieronymo, nobili viro, genitus Salinis, Vesontinae dioecesis vico, indolem ciuilibus studiis artibusque et aptissimam habuit, et magnis in rebus penitus explicauit. Vix maturior aetate, (annum agebat sextum et vicesimum,) in Caesaream aulam concessit, atque exinde illi operam et sollertiam suam, per omnem vitam, constantissime addixit, ac multo maxime legationibus fungendis probauit. Missus primum in Britanniam, magnis tum ciuilium discordiarum velut procellis agitatam, partibus sibi iniunctis egregie satisfecit. Posthaec in Polonia, per complures annos, grauissimis rebus interfuit, tanta existimatione et fama, vt experrectissimi ingenii, et edecumatae prudentiae, legatum *Pastorius* adpellaret. °° Quippe, eo adiuuante, amicitia inter Poloniae Regem atque Imperii Octouirum Brandeburgicum reparata, ingenti Reipublicae, diris tempestatibus fessae, emolumento: °°° iunctum inter Austriacos, eumdemque Brandeburgi Principem, foedus: °°°° pacis consilia Oliuae expedita. Qua in pacificatione, mirum quantum! infestus lingua, animoque, sequestro Gallo fuit. Et in vniuersum alienior ab Gallis, etiam sancita pace, eorum consiliis super Regni Poloni successione, in Principem Gallum inclinanda, acerrime obstitit. °°°°° Sed vero animi istius longe illustriora documenta, in Hispanica legatione, atque item Belgica, dedit, inprimis libro illo, qui imperii et iustitiae Clypeus (Politico - Iuridicum barbare quis adpellauit,) inscribitur, °°°°°° ad cuius adspectum Galli, tamquam ad Palladis aegida, obriguere. Tanto doctrinae adparatu, tanta rationum vi atque

°°°° Vid. RVDAVSCIVS loc. comm. Lib. IX. p. 392 sq.

°°°°° Vid. VIQVEFORTIVS de Legato, T. II. p. 239. HAVTEVILLIVS loc. comm. p. 194.

°°°°°° *Bouclier d'Estat et de Iustice contre le dessein de la France* — s. l. 1667. Latine factus, hoc titulo: Clypeus Politico - Iuridicus, contra manifeste patefactam Monarchiam Vniuersalem, Bruxellis, e. a. De quo libro LIONNAEVS, in Commentariis, (*Memoires de Mr. de Lionne interceptez*,) p. 22 sq. iudicasse refert Beuningium, (*van Beuningen*) virum magnum, *que ce Livre-là a pleinement et convainquamment détruit toutes les prétentions du Roi, sur la Franche-Comté, Namur, Limbourg, Haynau, Artois etc. sans que l'on y puisse faire une bonne replique de nostre part.* Et sane exilis libellus est, qui repositus fuit, hoc titulo: *La Meduse, Bouclier de Pallas, ou Defense de la France contre le Bouclier d'Etat.*

atque copia, Gallicas Belgii Hispani vindicias retudit. Nec facile tali in caussa quidquam aut eruditius, aut grauius, aut ad memoriam posteritatis celebratius prodiit: quamuis nec ipsius Lisolae alia plura prudenter excogitata, perscriptaque diligenter, desint, vt Europa serua, * vt Guilielmi Principis Furstenbergii iusta detentio. ** Alia nomen eius mentita sunt, aspera, et abhorrentia, atque ab ipso vehementer reprehensa. Nam profecto inuidia, nominisque alieni obtrectatio semper ab hoc viro, qui nec ambitione mala, nec pecuniae studio vmquam teneretur, longissime abfuerunt. Itaque, quantumuis rebus praeclare gestis, neque ad illustrem dignitatis gradum, (Caesari ab consiliis Camerae Aulicae fuisse reperio,) peruenit, neque diuitiis clarus atque conspicuus euasit. *** Ad postremum honesti otii cupidior, quum sibi reliquam aetatem procul a republica habendam constituisset, haud diu post fato functus est Vindobonae, anno supra millesimum sexcentesimum quarto et septuagesimo. Praeter ceteras togae dotes, candidissima in Caesarem fide triginta amplius annos spectatus fuit; pacem saepius procurauit; prudentiae, ingeniique praestantia paucos pares, superiorem facile neminem habuit. Inuidiam quamuis conscientia virtutis omnino contemneret, tamen et scripto validissime repulit, **** ac nominis famam ab iniuria vindicauit, vir intaminatis honoribus, gloriaque immortali dignissimus.

Iohan-

* *L'Europe Esclave, si l'Angleterre ne rompe pas ses fers.*

** Guillielmi Principis Furstenbergii detentio — iusta, perutilis, necessaria, s. l. 1674. Conf. DECKHERVS de scriptis adespotis, pag. 160.

*** Le Denouement des intrigues du temps, pag. 9. *Au fond chacun sçait le peu d'application, que le Baron de l'Isola a pour sa fortune, et qu'il a tous les jours à essuyer des reproches de ses plus intimes amis, de l'extreme negligence, qu'il a fait paroistre dans ses propres interests. L'estat, ou il se trouve, après les belles occasions, qu'il a euës de s'enrichir, fait connoistre evidemment, qu'il a jusques icy plus travaillé pour le public, que pour soyméme: quelques Ministres de France pourroient rendre un tesmoignage authentique de la manière, dont il reçoit des offres de cette façon: toute la Cour Imperiale deposera en sa faveur, qu'il y a plus de trois ans, qu'il sollicite ardemment son Maistre, de luy accorder pour prix de tous ses services une petite retraite, où il puisse passer en repos le reste de ses jours, hors du tracas des affaires.*

**** Vid. Le Denouement des intrigues

Iohannes ab Hoverbecke,
Legatus Brandeburgicus.

E Brabantinis in Pruſſiam olim Houerbequii, genere et virtutibus nobiliſſimi, immigrarunt, ac poſtea multos eximios honores, etiam ipſum Hereditarii Dapiferi ſplendidiſſimum munus, in Marchia Brandeburgica, ſunt conſequuti. Enituit autem in iis Iohannes Houerbequius, Politicus, auctore *Nicolao Chualcouio*, Iur. Publ. Polon. Lib. IV. c. 6. ſeculi ſui conſummatiſſimus. Praeter prudentiae ciuilis artiumque bonarum omnium exquiſitam doctrinam, multarum exterarum linguarum non ſcientia tantum, ſed plane facundia, excelluit. * Namque Latine, Gallice, Polonice, et diſſerebat eleganter, et ſcribebat. Quae illi res magno vſui fuit in legationibus, quas frequentiſſimas grauiſſimaſque, in Polonia, obiuit. Ac primum opera eius in Stumdorſiano conuentu, cui comes Brandeburgicorum Legatorum intererat, luculentis ſpeciminibus adparuit. ** Ex eo tempore propius, apud Polonos, admotus publicis rebus, quarum iam tum erat induſtria atque vſu peritiſſimus, praeclarum ſtudium componendae, cum Suecis, altiſſimae paci adhibuit. Nam et Lubecenſibus tractatibus, anno milleſimo ſexcenteſimo quiuquageſimo ſecundo, Octouiri Brandeburgici princeps Legatus adſuit, *** et Oliuenſem Pacificationem ſollertiſſime adiuuit. In qua expedienda etſi multis ac magnis difficultatibus premeretur, Brandeburgicae rei ini-

mm 2 quis

gues du temps, par la réponſe au Livret intitulé: *Lettres et autres pieçes curieuſes ſur les affaires du temps.* (Brux. 1673. 4.) Conf. BAILIVS v. *Liſola.*

* CAR. OGERIVS Ephemer. pag. 376. *Eurebecquius, Sereniſſimi Electoris Secretarius ac Legatus, — quatuor linguarum, quas praeter ceteras perfectiſſime callet, machinis, Polonicae, Germanicae, Gallicae ac Latinae, honorem Principis ſui promouere niſus eſt.* Item alio loco, p. 416. *Inuiſi Dominum Eurebecquium, Electoris Brandeburgici Secretarium, virum in plurimis linguis facundum, in pluribus ſcientem.*

** Vid. OGERIVS l. c. p. 376.

*** LINAC. VAVCENNAEVS Comment. de rebus Suecic. T. III. p. 89. *Les Ambaſſadeurs* (de l'Electeur de Brandebourg) *venoient au nombre de trois, et entr'eux un nommé Ouverbeck, qui avoit long-tems ſervi ſon Maiſtre en la Cour de Pologne.* PVFENDORFIVS Rer. Suecic. Lib. XXV. §. 15. praeter Ioh. Ouerbequium, nominat Iohannem Erneſtum Vuallenrodium, et Reinholdum Dirſchouium.

quis non Suecis ſolum, ſed etiam Polonis: eam tamen, ingenii atque prudentiae praeſtantia eluctatus, egregie ſuſtinuit. Igitur Velauienſia pacta, magnum potentiae Pruſſicae Brandeburgicaeque incrementum, ſarta tecta ſeruata: ius in Elbingam ciuitatem ſtabilitum: auitis ſacris proſpectum. Auxit nominis gloriam aliis quam plurimis eximiae ſapientiae, fideique in patriam, documentis: quae, claris Annalibus commendata, nulla perimet dies, nulla aetas conticeſcet. Itaque, per illa tempora, ne ipſis quidem Polonis viri tanta virtus inhonorata fuit. Quippe, communi omnium ſuffragatione, in eum, nobilitatis indigenae ius, quod apud iſtos magno in honore ac pretio habetur, collatum. * Muneribus functus eſt ampliſſimis. Nam in ſanctius Principis Electoris conſilium adſcitus, praefecturam quoque Hohenſteinenſem tenuit, numeratuſque fuit inter eminentiſſima Aulae Brandeburgicae decora, quae *Balth. Mulnerus*, (vtinam comtiore Muſa!) celebrauit. ** Sed, vt nihil intemeratum liuor ſinit, haud defuere, qui talem tantumque virum, vt ſuperbum et vafrum, reprehenderent. ***

Laurentius Chriſtoph. a Somnitz,
Legatus Brandeburgicus.

Laurentius Chriſtophorus Somnitius, ſplendido genere in vlteriore Pomerania procreatus, natalium decus ingenti virtutum honorumque gloria praeclariſſime illuminauit. Nam is quoque in togae principibus, quos Friderici Vuilhelmi, cognomento Magni, Octouiri Brandeburgici, aetas bene multos habuit, merito collaudatus eſt, non

* Vid. *Conſtit. Regni*, de An. MDCLVIII. Art. *Indygenaty*. Conf. ANDR. SCHOTTI, Viri Ampliſſimi, Tr. de indigenatu Polonorum, §. 5.

** Vid. BALTH. MVLNERI ſuprema Marchiae maieſtas, in maxima prudentium Conſiliariorum multitudine, (Berol. 1661. 4.)

*** VAVCENNAEVS loc. comm. — *Ouverbeck, — homme, à ce qu'on diſoit, altier et intriguant.*

* FRANC. SIEFERTVS in Supremis fatorum Viri Ill. L. C. a Somnitz, (Berol. 1678. 4.) *Annum cum agebat fere decimum quintum, Gymnaſii Colbergenſis moderator, cuius tum fruebatur contubernio et menſa, Gregorius-Lagus, ita patri filium reuocanti reſcripſit:* „Filium ad patrios Lares adſpirantem dimiſi „vltro,

non tantum domi rebus egregie gestis, sed etiam legationibus variis et illustribus obitis. A pueritia omnis melioris doctrinae studia, velut plenae siti restinguendae, sic auidus hausit, vt nondum natum quindecim annos Gregorius Lagus, eius in ludo Colbergensi praeceptor, ***helluonem litterarum*** adpellitaret, et hoc verissimum testimonium ad parentem, (is erat Petrus Somnitius, Pomeraniae quondam Ducum Consiliarius, ac Neo-Sedinensis Praefectus,) perscriberet. * In Basileensi Academia, atque item in Vuitebergensi, quam propter Melanthonis memoriam inprimis amabat, tamquam in iucundissimo Musarum contubernio, ad omnia praeclara institutus, etiam hoc adsequutus est adsidua legendi scribendique exercitatione, vt mira Romani sermonis facundia polleret. ** Quae tum in principibus viris multo maxime spectabatur, quod, in magnis rebus publicis actitandis, Latina oratione, nunc ferme relicta scholasticae vmbrae, vterentur. Profectiones in Galliam, Britanniam, Belgium, Daniam suscepit, redditusque patrio caelo, primum a Principe vidua Pomeraniae, inter aulae ministeria est adsumtus. Ordinata prouincia, mox grauioribus negotiis ab Electore Brandeburgico adhibitus fuit. In Poloniam semel atque iterum secundis auibus missus, Velauiensia pacta sanciuit, atque Oliuensem Pacem, singularis prudentiae et dexteritatis laude, confecit, a Polonis iam ante indigenae nobilitatis iure cohonestatus. *** Ictum, illius fideli opera, cum Batauis foedus, fere oppressis improuiso bello, quo, tamquam fulmine, Galliarum Rex late prouinciam percusserat. Inter haec Cancellarii splendidissimam dignitatem, apud Pomeranos, adeptus, ius sanctissime dixit: Lauenburgo ac Butouiae, magna cum auctoritate, prae-

„vltro, quoniam in helluonem abierat, „sed, ne vereare, litterarum.„

** SIEFERTVS loc. comm. *Lectionis bonorum auctorum dulcedine ita erat captus, a primis intellectus sui vnguiculis, vt manu versaret diurna, versaret nocturna Liuium, Caesarem, Valerium Maximum, Aurelium, Plinium, Macrobium, Gellium, Quinctilianum, Phaedri fabulas, Tacitum.* — — *Inexhaustae autem vti fuit lectionis, et experimenti haud exigui: ita senilis plane erat prudentiae, et humanae sapientiae latifundium. Praeter enim legum et iurium, quorum erat dictator, amplissimam scientiam, acquisiuerat sibi numeris omnibus absolutam bonarum litterarum notitiam, sic vt scriberet, et loqueretur non nisi prisce, terse, Romane.*

*** Conf. SCHOTTVS loc. comm.

fuit. Neque alia eminentis fortunae virtutisque ornamenta deerant. Nam et Pomeraniae Principatusque Caminensis Hereditarius Camerarius constitutus, et in sacrum atque intimum Principis Electoris consilium lectus est. Nouiomagum ablegatus, ad celeberrima pacificatorum comitia, quum in itinere, vt ipse in Diario memoriae prodidit, [*] quasi diuinitus mortis propioris admonitus esset, haud multo post eadem in vrbe, quum nondum pax prouenisset, fatum impleuit, valde senex, a. d. XIV Kal. Martias, anno supra mille et sexcentos septuagesimo octauo: [**] vir pietate praecipuus, ingenio consilioque bonus, sui haudquaquam iactator, vtpote qui magnus esse potius, quam videri vellet. In senatu, in concilio Legatorum, magna cum pudoris significatione, sententiam dicebat: rursus, quum res et dignitas cogeret, sic vehemens oratione, vt tonare, fulgurare videretur. [***] Ad haec oris mixta cum comitate grauitas erat, corporis quidam senatorius decor. [****] Itaque ei cuncta ad laudem et reuerentiam abunde obtigerant.

Albertus ab Ostaw,
Legatus Brandeburgicus.

De hoc quoque viro plura lubenter promerem, si, quas res tum publicas, tum priuatas, praeclare gessit, litterarum monimentis diligentius mandatas reperissem. Adeo multa immortali laude dignissima,

* SIEFERTVS loc. comm. *Omine non vacabat, quod reliquum emetienti illuc cum suis itineris, in pago quodam Westphaliae, visio apparuerit, in Diario eius, atro ab ipso notata calculo. Verba sic fere habentur:* „Visus mihi est quidam, „cum mane expergiscerer, dicens: *Vlteriorem vitam tibi non promitto!* Per„sonam non aeque obseruare potui, sed „verba audiui articulate satis.„

** ST. DISDIER Hist. des Negotiations de Nimegue, p. 96. *Le 25 de Frvrier* (secundum fastos Gregorianos,) *Mr. de Somnitz, Ambassadeur et Plenipotentiaire de l'Electeur de Brandebourg, mourut à Nimegue, agé de soixante-six ans. C'estoit un gros homme de fort bon sens: il avoit bien servi son Maistre en plusieurs emplois.* Quae BASNAGIVS loc. comm. T. II. p. 913. ad verbum exscripsit. Conf. PVFENDORFIVS Rer. Brandenb. Lib. XVI. §. 7.

*** SIEFERTVS l. c. *Statim in primo quoque, vel Foederatorum priuato, vel omnium publico, habito colloquio, illud iure in ipsum quadrare posse dixisses, quod integerrimus, et ad solis ortum vel maximus de se aliquando Iobus.* —

Adeo

ſima, vel incuria ſcriptorum premit, vel deſerta vetuſtas obſcurat. *Pufendorfius* Andream Oſtauium nuncupat, * cui alioquin praenomen erat Alberto. Iam vero generis, vnde ortus fauſto ſidere fuit, magna in Pruſſis, ad hanc noſtram aetatem, claritas eſt. Sed quas parentes habuerit, quae ornamenta virtutum, quam fortunae formam, ne *Pufendorfio* quidem, in luculentiſſimis rerum Brandeburgicarum annalibus, eſt commemoratum. Legum autem ac iuris ſcientiſſimum fuiſſe, et inter ſupremi, in Pruſſia, prouocationum iudicii Conſiliarios adſumtum, ſatis conſtat. Praeterea prudentiam et dexteritatem ita probauerat, vt et publicis negotiis proſequendis idoneus haberetur. Itaque anno milleſimo ſexcenteſimo quinto et quadrageſimo, Holmiam miſſus fuit. ** At maius erat illuſtriuſque, Pacificationi Oliuenſi, tot inter ſapientiſſimos viros, adeſſe. Quorum imaginibus, hoc loco, vel nomen eius interſeruiſſe ſuffecerit.

Magnus Gabriel de la Gardie,
Legatus Suecicus.

In celebranda tanti viri memoria, magis defuerit nobis comtae et diſertae orationis, quam pulcerrimarum rerum copia. At ne factis dicta aequare rudi atque incondita voce contendam, et meus me pudor, et inſtituti ratio monet. Quippe, vt in parua tabella, pauciſſima exponenda ſunt. Igitur nec genus ampliſſimum, olim in Galliis

Adeo vt hoſtium non nemo Legatus cuipiam in aurem fateri haud ſit veritus: „Hunc nos Brandeburgenſem omnium iudicabamus noſtrûm ad hoc idoneum minime. Sed internum eius quis exhauriat! Eo fit aptior plurimis.„ *Alius aliud tale tulit de ipſo iudicium.* „Videtur hic in principio mutus, ſed, quod ſubmiſſius fari incipit, ille cum tonitru terminat ſemper.„

**** SIEFERTVS l. c. *Vultus ipſi erat a natura benignior, et placidus, adſpectuque decorus. Oculis quippe, quos habebat prominentes, igneos, aquilinos et patentes, conſcientiae claritudinis indices, nouerat ille flectere et occupare hominum ora molliter, ſed et terrificare ſimul. Caſtigatae collecta modeſtia frontis neminem, etiam quum iocaretur, ſiuiſſet confidentiorem paullo fieri, nedum effrontem. Dum ſubriſiſſet, nemo cachinnari auſus fuiſſet. Nemo in ipſum, niſi cum reuerentia, vibraſſet oculos: nemo audiiſſet ipſum, niſi cum admiratione: haerere in vultu eius diu, erat difficile.*

* Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 45.

** Vid. PVFENDORFIVS loc. comm. Lib. I. §. 46.

Galliis ortum, ſplendidioribus ornamentis in Succia illuſtratum, nec maiorum eximia nomina, quamuis in iis Pontus Gardius, pacis bellique artibus conſummatiſſimus vir, eniteat, * collaudabo. Huius ipſius Ponti nepos, ex Iacobo filio, et Ebba Brahea, fuit Magnus Gabriel Gardius. In eum caeli fauor, praeter natalium ſplendorem, praeclara omnia cumulatiſſime contulit. Nam eximia quaedam non tantum oris vultuſque ſpecies, et ſtaturae dignitas erat, fortunarumque eminentiſſimum decus; ſed animus multis egregiis dotibus excellens, ingenii doctrinaeque mira elegantia, ſuauitas ſermonis ſumma, comtiſſimi mores, tanta in vniuerſum praeſtantia, vt facile omnes in ſui amorem ſimul admirationemque conuerteret. Nec amore talis viri intactam fuiſſe Chriſtinam, Suecorum maximam Reginam, vulgo creditum eſt. ** Adeo is, apud ipſam, vnus aliquando omnia eſſe videbatur. Dignitatibus certe ampliſſimis condecoratus fuit: neque alia vlla ſplendidior legatio, quam qua ille, anno ſuperioris ſeculi quadrageſimo ſexto, ad Ludouicum quartumdecimum, Galliarum Regem, eſt magnificentiſſime functus. *** Enimuero ab hoc rerum faſtigio (quae inconſtantia magnae ac blandientis fortunae!) repente deiectus eſt, tanto acriore in ipſum, vt fit, odio Reginae, quanto illuſtrior ante gratia fuiſſet. **** Ac tum quidem adparuit, etiam hunc virum, quum ſecundam fortunam haud ſatis reuerenter habuiſſet, neque aduerſam potuiſſe ſatis fortiter tolerare. Inter haec Carolo Guſtauo rerum potito, mox quaſi expiatis fatis, reſtitutus priſtino ſplendori, etiam ad maiorem auctoritatem, maioremque nominis gloriam peruenit. Nam praeter ſacram theſauri Regni cuſtodiam, illi inprimis praefectura Liuoniae commiſſa eſt. In qua obeunda, praeclariſſimis tum aui, tum patris veſtigiis inſiſtens, adeo proſpera cuncta habuit, vt, pulſis Polonis, etiam Moſcos reprimeret, nutantemque

* Conf. Vita Ponti de la Gardie, exercituum Sueciae ſupremi Campi-Ducis, concinnata a CLAVDIO ARRHENIO, (Lipſ. 1690. 4.)

** Vid. ARCKENHOLZII, Viri Ampliſſimi, Commentar. de rebus Chriſtinae Reginae, T. I. p. 89.

*** Vid. PVFENDORFIVS Rer. Suecic. Lib. XVIII. §. 179. ARCKENHOLZIVS loc. comm. T. I. p. 88 ſq.

**** Vid. ARCKENHOLZIVS l. c. pag. 359 ſqq.

***** Vid. Hiſtoria Arcana Sueciae, (*les Anecdotes de Suede, à la Haye, 1716. 8.*) p. 91 ſqq. Conf. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. XII. §. 57.

que prouinciam, armis victricibus defensam, Pace Oliuensi penitus stabiliret. Tanta erat viri, per omnia admirandi, virtus, vt, eximius bello, etiam praestantissimae pacis opus conficeret, dexteritatis, fidei, prudentiae aeternum monimentum. Olim et Lubecensibus tractatibus, et item Holmensibus, adfuerat. Igitur tot tamque insignibus, in rempublicam, meritis illustris, tandem ad supremam Cancellarii Regni dignitatem, quam non multo ante Axelius Oxenstiernius pulcerrime ornauerat, euectus, et cum propter muneris grauitatem, tum quod praeclarius est, propter sapientiae opinionem, inter Caroli Regis, aetate immaturi, tutores est adscitus. Sed hunc quoque in isto felicitatis cursu fortuna velut lassata, ad extremum, destituit. Quippe infausti, cum Gallis, foederis culpa in eum inclinata, ***** (et erat Gallicarum partium paullo studiosior,) Regi inuisus, muneribusque exutus, reliquum vitae tantus vir intra priuatam sortem transegit. Fatis functus est, anno supra sexcentesimum et millesimum octogesimo sexto, relicta egregia sobole ex splendidissimo matrimonio, quo eum olim Christina, quia secum non posset, cum Maria Euphrosyna, consobrina sua, eademque Caroli Gustaui Regis sorore, iunxerat. * Supersunt ingenii quaedam praeclara monimenta, inprimis *Vindiciae veritatis*, quibus innocentiam et famam suam, ab iniuria obtrectatorum, adsereret. ** Adeo, quae florentibus rebus ornamento fuerant litterae, aduersis praesidium et solatium praebuere. Ad eas ipsas iuuandas ornandasque quum incredibile studium Arctous hic Hercules Musarum conferret, complures ornatissimos doctrina viros honoribus extulit, ingentique liberalitate et indulgentia fouit; in his etiam Mezeraeum, rerum Gallicarum nobilissimum auctorem, qui quum aliquando apud suos frigeret, annuis ab illo stipendiis, velut benigniore sidere, est refocillatus. *** Bibliothecam sibi

* LEIBNITIVS apud FELLERVM, in Otio Hannouer. §. 126. *Comitem Magnum de la Gardie Christina Regina mire amabat. Ad eius sponsam dixit:* „Eum tibi do, quo ipsa frui non „possum.„ Conf. ARCKENHOLZIVS loc. comm. T. I. p. 89.

** Vindiciae veritatis M. G. v. L. G. (1678.) Summa capita vid. in DIARIO EVROP. P. XXXVII. p. 407 sq. Conf. BASNAGIVS Annal. Belgic. T. II. pag. 166.

*** Vid. La vie de François Eudes de Mezeray, Historiographe de France; (Amst. 1626. 8.) p. 39.

ſibi magno ſumtu inſtructiſſimam collegit; neque ideo minus publicas, praeſertim Vpſalienſem, * veris ac rariſſimis theſauris auxit, atque colluſtrauit. Et ſane huic, (quippe Academiae Vpſalienſis Cancellarius, et ſummus patronus erat, recturamque aliquando geſſerat,) praeter alios, illum Vlphilaeum Codicem, toto orbe celebratiſſimum, graui aere, vncialium duobus millibus, ab ſe redemtum, liberaliter intulit. ** Scholas, aedes ſacras, pauperum non tabernas, ſed domos ampliſſimas, magnifice a fundamentis exſtruxit, benigniterque ditauit. *** Sed quid ſingulas virtutes referam? quum ne vni quidem digne commemorandae, nedum praedicandae, par ſit noſtra oratio.

Benedictus Oxenſtierna,
Legatus Suecicus.

Magno Gardio alterum iſtius aeui clariſſimum lumen, Benedictum Oxenſtiernium, hic quoque iungemus, non modo parem excelſis animi dotibus, et eiuſdem dignitatis faſtigio, ſed etiam felicitate ſuperiorem, quod, nihil in hunc auſa fortuna, intaminatis honoribus et auctoritate fulſit. Adeo ſuper inuidiam virtus erat. Genus illi ex Oxenſtierniis ſplendidiſſimum: quod, praeter vetuſtam clari-

* NIC. DALIVS in Spec. Biograph. de antiquariis Sueciae, (Holm. 1724. 4.) — *In Delagardii librorum adparatu, libertas Hadorphio data erat eos ſeorſim ponere Codices, qui lumen antiquitatibus promittere viderentur: illoſque Celſiſs. Comes Academiae Vpſalienſi, et Collegio Antiquitatum in perpetuum legare dignatus eſt, annis 1669 et 1670. Hadorphius tantum theſaurum ab omnibus cognoſci, et publice proponi debere exiſtimans, donationis apographum, adiectis notis et vberiori titulorum explicatione, typis vulgauit Stockh. 1675. Donatio prima de A. 1669. in Bibliotheca Academiae Vpſalienſis ſeruatur: ſed auctarium muneris de A. 1670. inter antiquitatum Archiui libros Stockholmiae habetur; vt etiam pretioſiſſimi libri Delagardiani alii, quos poſt Maecenatis deceſſum, A. 1686. Antiquitatum Collegio Hadorphius impetrauit.* Conf. OLAI CELSII Hiſt. Bibliothecae Vpſalienſis, p. 76 ſqq. item MAGNI CELSII Hiſt. Bibliothecae Regiae Stockholmenſis, p. 133 et 136.

** Vid. MAGNVS CELSIVS loc. comm. p. 116 ſeq. ARCKENHOLZIVS l. c. T. I. p. 308. Conf. GEORG. FRID. HEVPELII Diſs. de Vlphila.

*** IOH. SPARRMANNVS, de antiquis Collegiis Canonic. et Monaſter. p. 8. *Ad religionem noſtram conſeruandam, promouendam et fouendam, multum contulit his temporibus Regni Cancellarius*

claritudinem, etiam recentia merita Axelii, viri eminentissimi, (vnum hunc nominasse suffecerit,) pulcerrimum atque illustrissimum reddiderunt. Patrem nactus est Gabrielem, summum quondam aerarii, postea classium praefectum, spectatae virtutis dexteritatisque virum, quem in tutoribus suis Christina, Succiae Regina, haud illaudatum praetermisit. * Ingenio, vti ad omnia summa nato, sic litterarum inprimis adeo capaci fuit, vt octo annorum puer, (quis haec credat adfirmanti, praeterquam ipsi?) Aboae, magna cum auditorum admiratione, Latine declamaret. ** Certe, postquam aetas et exercitatio accessit, habitus est, teste *Laurentio Norrmano*, *** et ipso haud indiserto viro, Latine facundissimus. Praeterea Gallice, Italice, Belgice, Germanice, inprimis sciens fuit. In Academia Vpsaliensi imbutus disciplinarum doctrina, et peregrinationibus per omnem cultiorem Europam perpolitus, ad publicarum rerum administrationem secundis progressus auspiciis, ea sub Christinae ac trium Carolorum imperio, egregie perfunctus est. Iam primum in amplissimo Pacificatorum Orbis concilio Monasteriense, velut rudimentis positis, mox Noribergam ablegatus, eximiam operam ad Germanicae Pacis fructus maturandos nauauit. **** Ab eo tempore legationes alias quam plurimas, (ipse tredecim narrat,) dexterrime obiuit: in quibus et Oliuensis illa, et Nouiomagensis, propter confectae vtroque in loco

 pacis

us Illustris, Magnus Gabriel de la Gardie, Comes de Leckö et Arensburg. Templa, propriis sumtibus, ex ipsis fundamentis aedificauit, et pulcerrime exornauit in arce Leckö, aulis Hoyendorp, Iacobsdaal, Wennegarn et Carlberg. Templa monasterii Warnhemensis et Drottingholm collapsa magnis sumtibus restaurauit. Pauperum domicilia in Baronatu Eckholm, Comitatu Leckö, et iuxta templum Warnhemense, item scholas in Leckö et Eckholm exstruxit, et omnibus ibi viuentibus necessaria, victum et amictum subministrat. Duo praedia assignauit Diaconis Ecclesiae Weckholmensis, et vnum Diacono Sigtunensis Ecclesiae, ab omni exactione libera. Conf. ANDR. OLAI RHYZELII Monasteriologia Sueciae, Lib. IV. c. 4. p. 181.

* In Commentariis, de vita sua, apud Dn. ARCKENHOLZIVM loc. comm. T. III. p. 47.

** Vid. Benedicti Oxenstiernii Vita, ab ipso descripta, in CAR. CHRISTOPH. GIOERVELLI, Viri Litteratissimi, Bibliotheca Suecica, P. II. p. 189 sqq. et Germanice reddita in AVG. LVD. SCHLOEZERI Biographia Suecica, P. I. p. 481.

*** In laudatione funebri Benedicti Oxenstiernii, apud Ampliss. STIERNMANVM, loc. comm. p. 850.

**** Vid Dn. a MEIERN Acta Exsequ. Pacis Norib. T. I. p. 31 sqq.

pacis celebritatem, longiſſime eminent. Nam in his praecipue quae prudentia viri! quae in capiendis conſiliis ingenii vis, in explicandis ſollertia! quae animi grauitas, et oris facundia! qui patriae amor! quae fides! Inter haec et talia multis magniſque muneribus, vt Liuoniae praefectura, vt Iuſtitiae ſummo per Pomeraniam quaſi ſacerdotio cohoneſtatus, tandem ad Magni Cancellarii dignitatem, illum togae principatum, peruenit. Qua in dignitate virtus eius, mirum quantum! eluxit. Tanta prudentia, tanta dexteritas, ſtudium tantum fuit, vt et quae tum eſſent pacis halcyonia, et cum pace ipſam Reipublicae ſalutem, et ſuam incolumitatem, Carolus vndecimus, Suecorum Rex, illi vni acceptam, candidiſſima teſtificatione, referret. * Adeo Axelium Oxenſtiernium, ſicuti propinqua neceſſitudine adtingebat, ita meritorum magnitudine prorſus aequabat; vna re diſſimilis, quod ab Gallis alienior eſſet, patriae magis amore, quam vllo gentis praeclarae odio: quamuis non deſint, qui eum immortales inimicitias olim Nouiomagi, haud valde graui de cauſſa, imbibiſſe tradant. ** Poſt tot facta ingentia exemtus eſt rebus humanis, prope octogenarius, anno ſeculi, quod nunc viuimus, ſecundo, ipſa morte ſua beatus, quod cariſſimae patriae, funeſtris bellis adflictae, calamitatem non vidit. Praeter virtutes ſummas, forma corporis prorſus ſenatoria erat, vultu ſic ad grauitatem compoſito, vt fere tumidior ac difficilior, delicatulorum quorumdam iudicio, vir ad omnem humanitatem excultus, haberetur. *** Laudatus eſt magnifice non tantum publico et illuſtri monimento, apud Vpſalienſes; **** ſed etiam facunda oratione *Laurentii Norrmani*, doctiſſimi Praeſulis, edita ab *Andrea Antonio Stiernmano*, Viro Generoſo ac Celeberrimo, in

* Vid. Caroli XI. Regis, ad Bened. Oxenſtiernium, epiſtola, apud SCHLOEZERVM, loc. comm. pag. 504. item ex Suecico Latine facta, in NORRMANI Oratione, l. c. p. 863. vnde Dn. a MEIERN depromſit, in Praef. ad Actorum Norib. T. I. p. 52. Eadem Franco-Gallice exſtat, in ROVSSETI Collect. Actorum Publ. (*Recueil hiſtorique d'Actes et Negotiations,*) T. XVIII. P. II. p. 202.

** ANONYMVS in Hiſt. Arcana Sueciae, pag. 158. *Il avoit conçu une grande averſion contre la France, depuis qu'il avoit aſſiſté au Traité de Nimegue comme Ambaſſadeur, et cette haine luy avoit été inſpirée par ſa femme, la quelle avoit beaucoup de chagrin contre celle de Colbert Croiſſi, Ambaſſadeur de France, de ce qu'elle faiſoit plus d'amitiéz et de careſſes à la femme de l'Ambaſſadeur d'Eſpagne.* — Conf. ST. DISDIER Hiſt. des Negotiations de Nimegue, pag. 99 ſq. item L'Etat préſent de la Suede, pag. 87 ſq.

in praeſtanti Bibliothecae Suio-Gothicae Opere. Nos autem, quo minus ampliore tantum virum elogio proſequamur, illud deterret, quod ipſe Commentarios, de rebus ſuis, confecit, nudos quidem et inornatos, ſed profecto dignos, qui ab talium curioſis lectitentur. De reliquis eius ſcriptis curatius aliquando *Stiernmanus* exponet: quorum pars magna nondum emiſſa eſt ſcriniorum carceribus; quaedam, vt Conſilium, de foederibus, inter Sueciae et Galliae Regna, item aliud, ſuper bello Caroli XII. Polono, in manus hominum venerunt. [*]

Chriſtophorus Carolus Schlippenbach,
Legatus Suecicus.

Ab Oxenſtiernio, et ceteris, de quibus ante commemoraui, longe diuerſus fuit Chriſtophorus Carolus Schlippenbachius. Huius ingenium magis, quam animum laudaueris. Quippe varium illud, verſutum, omnibus temporibus aptum, omnes in opportunitates intentum: animus contra audax, ſubdolus, infidus, qui magna potius quam pulcra, vtilia quam recta cuperet, maximam fortunam in maxima licentia poneret, aequius duceret id, quod validius. Ad hunc modum dicta factaque eius haud pauca memorantur: velut, „Occaſionem prolatandi imperii, aut hoſtis opprimendi, tamquam caelo demiſſam vocem habendam: Regibus non eſſe fines lubidinis poſitos, eſſe priuatis: nullam tam certam fidem eſſe, quin aliquo modo incerta fieri poſſit.„ [**] Nolo plura referre, vtpote, qui magnorum virorum, ex praeclare factis, exiſtimationem potius, quam ex peccatis

*** ST. DISDIER loc. comm. p. 13. *Le Comte d' Oxenſtierne eſt un homme, dont la mine répond à ſa naiſſance. Il eſt magnifique; mais le trop de dépenſe, qu'il faiſoit, eſtoit cauſe, que ſa maiſon n'eſtoit pas toujours bien reglée. Son air froid, joint à une gravité naturelle, le faiſoient paſſer pour glorieux.* Idem p. 100. *Mr. d'Oxenſtiern — paroiſſoit en toutes choſes un air ſi grave, que ceux, qui ſont naturel plus libre, avoient peine de s'en accommoder.* Conf. BASNAGIVS Ann. Belgic. T. II. pag. 913.

**** Quod vid. in IOH. PERINGSKIOLDII Monimentis Vllekar. (Holm. 1710. f.) pag. 105. et apud ARCKENH. loc. comm. T. II. p. 196. not. *

* Exſtant in ROVSSETI Collectione, l. c. p. 217 - 300. Conf. LAMBERTI Commentarii, (*Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire du XVIII Siécle,*) T. II. p. 10 ſqq.

** Vid. PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 73.

contemtum, nostra opera velim augeri. Ex nobilissima, in Curonis, quondam familia genitus Schlippenbachius, et a patre Christophoro liberaliter educatus, in aulam Christinae Reginae deductus est. Apud eam, iam tum corruptam secundis rebus, sic gratus ingenii amoenitate fuit, ipsum vt Gardium, animo Reginae pulsum, audentius impugnaret,* ac, velut operae praemio, Comitiuae honoribus circumdaretur. Carolo Gustauo, necdum euecto ad Regnum, inprimis addictus, ** mox ab eo habitus dignus fuit, cui grauissimas legationes, praecipue ad Brandeburgicum Principem Electorem, committeret. Quocum saepe congressus, etiam Labiauiensia pacta expediuit. Iam vero, post Roschildianam pacem, noua in Daniam impressione facta, quum ad colloquium cum legatis Danis venisset, quae superbia eius! quanta contumelia verborum! Quasi conclamata Daniae fortuna, sic animus, sic oratio fuit. *** In Poloniam reuersus, Oliuensem Pacem, functo fatis Carolo Gustauo, maximopere maturauit, arcano etiam studio, quo se ad Poloniae Regem adplicabat, **** homo callidus, quasi suspectus suis esset. Quod quidem studium, (verum, an fictum, haud interpretor,) non inhonoratum ei apud Polonos fuit: ***** quamquam liberali dono frui per fatorum crudelitatem haud licuit. Quippe confecta pace, quum ex Suecia rursus in Poloniam ablegatus, sese incautius mari commisisset, subito coorta tempestate illisus scopulo, cum comitibus plerisque, miserabili morte interemtus est, a. d. IX. Kal. Decembres, anno illius seculi sexagesimo. ****** Corpus vndis ereptum, delatumque Holmiam, in D. Clarae sepultum fuit, exsequias euntibus ipsis Regni senatoribus haud paucis, quorum in amplissimum ordinem olim receptus, bellicarum quoque rerum Consilio praefuit: vir, qua vna re laudem a nobis meretur, ab mansuetioribus studiis haud alienus. Ceterum gentis nomen egregiis factis, domi militiaeque, posteri amplificarunt.

Andre-

* Vid. ARCKENHOLZIVS loc. comm. T. I. p. 364.

** Vid. PVFENDORFIVS Comment. de rebus Caroli Gustaui Lib. I. §. 6.

*** Vid. PVFENDORFIVS l. c. Lib. V. §. 95. Conf. L. B. ab HOLBERG Hist. Danic. (edit. Germ.) T. III. p. 308.

**** PVFENDORFIVS Rer. Brandeburg. l. c. *Ceterum post eius mortem Slippenbachius patrocinium Iohannis Casimiri ambire videbatur, quem et Lumbranus*

Andreas Güldenklaw,
Legatus Suecicus.

Andreas Guldenclouius, (quod ipse nomen, vt et nobilitatis insignia, primus familiae intulit,) patrem Magnum Petri, redituum per Ostro-Gothiam curatorem, nactus fuit. Ab ineunte pueritia, optimis artibus ac disciplinis deditus, earum doctrinam non tantum Vpsaliae sibi, tamquam in locupletissimo mercatu, comparauit, sed in Germaniae quoque nobilissimis Academiis, praesertim Lipsica, ac Vuitebergensi, magnis incrementis auxit. Praeter ciuilis prudentiae, atque iuris exquisitam cognitionem, omnis aeui, omnium populorum, ac patriae inprimis suae historias animo complexus, Musarum etiam sacra dextro Apolline tractauit, et ad ea profitenda Vpsaliam, ex Lincopiense gymnasio, est euocatus. Sed vero ad maiora factum, institutumque, primum Gustauus Adolphus, ingeniorum egregius ac liberalissimus aestimator, quem in Germaniam sequutus erat, deinde Christina in partem reipublicae gerendae arcessiuit; tandem Carolus Gustauus splendidis dignitatibus cohonestauit. Ab hoc enim Concilio supremo, Iustitiaeque Curiae, in Pomerania, praefectus, postquam complura negotia laudabiliter perfecisset, ad Oliuensem Pacificationem, inter summos viros ablegatus est. In qua Pacificatione, multa atque eximia non solum ex prudentiae, sed ex historiarum quoque, sine quibus esse illa non potest, instructissimo penu, ad communem patriae vtilitatem adtulit, atque etiam scriptis explanauit. Superest, in tabulario Regni Holmiense, eius de Liuonia, vt vocat, Demonstratio, si quid recte coniicio, non diuersa ab illa, cuius in *Diario Europaeo*, ac *Londorpii* Actis Publicis, promulgatae alio loco mentionem fecimus. [a] *Stiernmanus*, Vir Amplissimus, qui de vita Guldenclouii luculenter exposuit, in laudato Biblio-

branus huic, ad inuidiam vsque, commendabat: ac ipse Magno Cancellario, obtentu cognationis, se insinuabat: nostris contra monentibus, ne ei viro fiderent. Ei quippe solitum apud eos, quibuscum agat, queri, ob studium in hos suis suspectum se, atque exosum esse; eoque artificio nuper quoque vsum, quando cum Electore tractatus agitabat.

***** Vid. PVFENDORFIVS l. c. Lib. VIII. §. 79.

****** Conf. THEATRVM EVROP. T. IX. p. 91 sq.

a Vid. PASTORII Diarium p. 119.

Bibliothecae Suio-Gothicae Opere, p. 327 ſqq. etiam Animaduerſiones, „in Reſponſum Regis Poloniae, de renunciatione praetenſi in „Sueciam iuris; item, iuſtitiae Suecicorum, contra Polonos, armo„rum vindicias, nondum in lucem prolatas, commemorat. Scripſit olim, per Academicas occaſiones, multa alia, velut de prudentia legislatoria, iudiciaria, ciuili, doctiſſimas exercitationes. Et ſi licuiſſet ei diutius in iſtis Muſarum iucundiſſimis vmbraculis latitare, nec plura praeſtantis ingenii monimenta deeſſent. Poſt Oliuenſem Pacem, et ipſe quietis cupidior, ex Pomerania, cui optime conſuluit, ad Suecos ſuos reuerſus, reliquam vitam in dulci litterarum ac ſapientiae otio conſumſit. Fato functus eſt a. d. IV. Idus Ianuarias, anno ſuperioris ſeculi ſexageſimo quinto, quum ad annum aetatis tertium et ſexageſimum perueniſſet; vir ingenio, doctrina, conſilio aeque ſpectatus, ac de republica et litteris praeclare meritus.

Sit igitur tanti viri imago, in hoc velut ſacrario, extrema, quando non niſi Pacificatorum tabellas anguſtiae ſpatii capiunt. At profecto et inter ceteros Legatos digni eximia laude Parsbergius Danus, Rautenſteinius Neoburgicus, ac Felkerſamius, Iacobi, Ducis Curonici, Cancellarius. Hic quidem, etſi legationibus, iis praeſertim, quas ad ſopiendas Polonorum Suecorumque controuerſias obiit, nominis claritatem conſequutus eſt, non minorem tamen domi, ex egregia reipublicae adminiſtratione, gloriam reportauit. Legatus, pacem inter duo potentiſſima Regna compoſiturus, primum Lubecam, deinde Holmiam ſemel atque iterum miſſus eſt. Poſthaec Curonis quoque iſto communi exitialis belli incendio aduſtis, ac Iacobo Duce in captiuitatem abducto, quae fides viri! quae in Oliuenſi Pacificatorum conuentu ſollertia, prudentia, conſtantia! Quantum ei patria, quantum Polonia debuit! ad cuius vtriuſque vtilitatem, ex praeclara ipſius et rerum geſtarum, et publici priuatique iuris

* Vid. PASTORII Diarium Pacificationis, p. 139. n. *

** PVFENDORFIVS Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 47. *Locus tractatuum Brunsberga deſignabatur; tempus auſpicandae negotiationi Kalendae Maii. Circa quae Caeſarei monebant, antequam dies tradendis hinc inde diplomatibus dicatur,*

iuris peritia, maximus fructus redundauit. Verum haec et talia, ex Commentariis non ipsius tantum, sed etiam *Pastorii*, satis perspiciuntur. De Parsbergio autem, et Rautensteinio, atque item de Honarto Belga, mox quaedam dicemus.

IX
De Legatione Danica.

Qui socia arma huc vsque, aduersus Suecos, tulerat Fridericus id nominis tertius, Danorum Rex fortissimus, magno Poloniae emolumento, sed maiore ipsius Daniae detrimento: idem et pacem sociam vehementer concupiscebat. Igitur ad Pacificatorum concilia primum ab eo Ianus Iulius, deîn Christophorus Parsbergius, ablegatus, insigni vterque prudentia ac dexteritate conspicuus. De qua legatione, consentaneum videtur, nonnulla diligentius hoc loco exponere.

II. Iam primum Iulius, cuius alibi meminimus, [*] mense Martio, anno superioris seculi nono et quinquagesimo, sese Thorunium contulit, vt pacis consilia quaedam, cum Polonis, Caesareis, Brandeburgicis Legatis, iniret. De eo *Pufendorfius* Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 47. „Porro, inquit, qui Thorunii erat Legatus Danicus, „Ianus Iulus, negabat sibi mandatum, in Polonia, super Danica pace „agere; sed tantum, vt cum Foederatis decerneret, an et quo mo„do cum Sueco tractandum, idemque per arma, ad aequas leges, sit „compellendus.„ Praeter haec quaesitum etiam de loco pacifero: quem quum Danus iuxta et Brandeburgicus Lubecam maluissent, non tantum situ opportunam, sed iam olim pace Danica praelustrem, Poloni tum quidem Brunsbergam, claram in Prussis ciuitatem, designauerant. [**] Verum, age, responsi formulam, cuius mihi copia per

catar, constare debere, num Suecica quoque rite formata adsint. Noster, (Brandeburgicus) *ne moras belli quaerere videretur, sese istis exhibendis paratum ferebat. Sed praeter priora — addebatur, — Tractatibus magis sibi congruere videri Francofurtum ad Oderam, aut Lubecam, quam et Danus cupiat; quamuis super iis praefracte contendere nolit.* Conf. supra Obs. VII. p. 253.

per indulgentiam summorum virorum facta est, ex tabulario Reipublicae Polonae Varsauiensi, huic loco inseramus.

Responsum ad Puncta, ab Illustrissimo Dno Deputato Extraordinario Serenissimi Daniae et Noruegiae Regis, proposita Excellentissimis Dnis Commissariis Polonicis, datum Thorunii, d. 5 Aprilis 1659.

„Cum in praesenti Congressu Illustriss. Dnus Deputatus Extraordinarius Danicus, viua voce ac scripto desiderauit a nobis super nonnullis punctis Declarationem, eam nunc Suae Mtti beneuole exhibemus. Imprimis, quoad locum futuri cum Suecis Tractatus censemus, non esse ex temporis praesentis ratione, neque commodo Partium, aliquid hac in parte immutare. Iam enim in loci istius determinatione a Partibus vtrinque conuentum est. Quodsi iterum id immutari deberet, nihil hac in parte securum et integrum foret: hoc enim ipsum Pars aduersa in sequiorem partem interpretatum vellet. Et cum praecipua ratio vertatur in his Tractatibus Regni Poloniae, cui, ex ipsa Suecorum appromissione, vsurpata hoc bello loca restituenda sunt: conueniens est, vt is ipse Tractatuum locus a Polonia determinetur. Quid enim praestat alibi pacem quaerere, cum domi praesto esse possit? Nec in contrarium oppositum facit ad rem hanc, quod Suetici Plenipotentiarii propius Regi suo sunt affuturi, ab eoque in rebus dubiis et perplexis frequentius informari poterunt: cum Rex ipse Sueciae propriae huic renunciauit commoditati, ipseque, in eum locum, assensum praebuerit. Quoad Saluos Conductus pro Commissariis Serenissimi Daniae Regis, eos, quantum in nobis erit, per Excellentiss. Dnum Legatum Gallicum procurare adnitemur, sedulamque operam eiusdem, ad procurandos eiusmodi Saluos Conductus a Rege Sueciae, qua meliore via et ratione poterimus, incitabimus. Interea tamen, ne remora hac iniecta, (quae nobis vel maxime omnium nociua est,) hoc negotium Tractatuum impediatur, ad quos inchoandos, ex utraque parte, fide publica interposita, non solum Partium ipsarummet, sed etiam Christianissimi Regis, vti Mediatoris, interuentione condescensum est, Saluique Conductus literae et instrumenta Plenipotentiarum, ab utrinque producta,

ducta, abunde testantur; Proinde Ill. Dno Deputato eam nunc quoque damus declarationem, in his Tractatibus Serenissimi Daniae et Noruegiae Regis congruam et condignam, ea qua pars est, * habendam fore rationem. Quandoquidem et alias S. R. Mstas Poloniae et Succiae, Dnus Noster Clementissimus, propensam suam exhibuit et contestata est voluntatem, semperque adnisa est, ne Serenissimus Daniae Rex totam belli molem ipse solus portaret. Quodsi vota S. R. Mttis suum potuissent sortiri effectum, non eo necessitatis deuenisset Serenis. Daniae Rex, necessarios magis, quam opportunos pacis Tractatus instituendi. In reliquis ad Responsa, data Excellentiss. Dnis Commissariis tam S. C. Mttis, quam Serenis. Electoris Brandeburgici, nos referimus, omniaque in bonam partem Ill. D. Deputatum Extraordinarium accipere postulamus.„

Hactenus Polonorum, ad Legatum Danicum, responsum. Iam vero in illo quoque, ad Brandeburgicum, quod et ipsum nondum euulgatum in nostras manus peruenit, propensae voluntatis adfectusque, erga Daniae Regem, prorsus eadem significatio. Nimirum, „Serenissimum Daniae et Noruegiae Regem ita curae esse S. R. M. „foreque, ut nihil penitus officii intermittat, quin addictissimum animum suum rebus, fortunaeque Amici et Vicini Regis commodare „velit. Et sicut exemplo hactenus suis Serenissimis Foederatis incitamentoque fuerit, hunc ipsum iniquiore sorte pressum Principem „subleuandi, ita non passuram sese a quopiam vinci. Procul enim „ab hac necessitate, (qua in praesens versatur,) Amicum Regem fuisse, si quid pro eo, apud Foederatos, tot tantaeque persuasiones „S. R. M. ante annum profecissent: nunc quoque ullo officio eidem „Serenissimo Regi Daniae minime defuturum.„ Et profecto in conditionibus, Gallo pacis sequestro tum quidem exhibitis, magna in speciem contentione postulatum, vt Regis Daniae, istis in pactionibus, vel inprimis ratio haberetur. Vid. Postulata Commissariorum Polonicorum, porrecta Christianissimi Regis Legato, Thorunii, in *Actis Pacific.* No. I. p. 1.

III. Ita haec atque talia palam acta a Polonis, quamquam de pace separatim ineunda iam tum cogitantibus. Igitur, „quum Houerbe-

Oo 2

* Ita habet exemplum, ad nos perlatum: dubito, an satis recte.

„uerbequius, auctore *Pufendorfio*, loc. comm. de Danica pace, „cum Polonica combinanda ageret, Poloni primum tergiuersari, at- „que caussari; absque Belgis se, reliquosve socios haud sufficere Da- „niae, in priorem statum reponendae. Atqui istos, foedere suo per „Pinoccium oblato, valde frigidos se ostendisse. Ac circa Danum „metuendum, vt prius pacem inire velit, quoad non solum sua re- „cuperarit, sed et vindictam de Suecis sumserit. Eo vsque autem „bellum producere, supra vires Poloniae esse.„ Pergit *Pufendor-fius:* „Sed quum Houerbequius de masculis Belgarum consiliis con- „firmaret, ac Iulus declararet, Daniae Regem in omnibus aequa se- „ctaturum, ac postulata sua ad armorum successus adtemperaturum, „(quod et noster declarabat,) Poloni huc demum deuoluebantur, „vt Dano iuxta ac sibi integrum sit futurum, tractatus seorsim insti- „tuere, vt tamen inuicem acta diligenter communicentur, et non „nisi coniunctim concludatur: Houerbequio frustra ingerente, sepa- „rationem inde Foederatorum sequuturam, a Sueco in vsus suos ver- „tendam.„ — — At vero Thorunii neque hac in re quidquam cer- ti expeditum est. In Varsauiensibus Comitiis, quae paullo post ce- lebrabantur, repetitae a Polonis promissiones, additaeque aliae, siqui- dem Dani tuta ac moderata magnis et periculosis, hoc est, aequam atque communem pacem siue pactis peculiaribus, siue aleae belli, anteponerent. Ait *Pufendorfius* loc. comm. „Circa Danum, ad „tractatus admittendum, Poloni promittebant, se per Lumbranum, „apud Suecos, pro istius Legatis diplomata postulaturos. — — Si „autem nihil obtineri queat, negotium huc vsque prouentum per „noua postulata retardari non debere; eoque tractationem, salua cum „isto amicitia, non exspectatis illis diplomatibus incipiendam; cuius „tamen commoda, ob insignem Poloniae operam nauatam, magnae „sibi curae futura sint. Quodsi tamen Danus peculiarem, cum Sue- „co,

* Vid. VIGVL. HVNDII Geneal. Bauar. (*Bayerisch Stammen-Buch*) P. I. p. 201 seqq. Conf. L. B. ab HOLBERG Hist. Danic. T. I. p. 123.

** ANONYMVS in Commentar. de rebus Christiani V. Regis, (*Mem. de Dannemark, contenant la vie de Christierne V.*) p. 47. *Le Roi Frederick ayant observé, que ce jeune Prince* (Christierne, Prince héréditaire,) *avoit les inclinations toutes guerrieres, au dernier siége de Copenhague, — — ne voulut pas s'opposer au*

„eo, pacem conſtanter repudiaturus ſit, Belgis quoque per foedus in „ſocietatem belli deſcenſuris, ac non niſi communem cum Suecis „pacem inituris; nec Danus, per iniquas conditiones, pacem diffi-„ciliorem redditurus ſit; hunc ad tractatus ſollenniter inuitatum iri, „vbi cum Suecis, ſuper loco et tempore, conuenerit.„ Cuius declarationis, quam vocant, ipſas tabulas, numquam ante editas, ſupra protulimus, in *Actis Pacific.* No. XLV. p. 90 ſq. vna cum Legati Danici poſtulatis. His quum Poloni ne tum quidem mouerentur, Iulius haud paullo poſt, obtentu rei ſuae priuatae, Varſauia in Daniam eſt reuerſus.

IV. Succeſſit Chriſtophorus Parsbergius, (quidam, vt *Paſtorius*, ac *Pufendorfius*, Pasbergium adpellant; *Aitzema* loc. comm. T. IV. p. 512. Raisbergium, perperam omnino, niſi operarum vitio corruptum nomen eſt,) Iernitii dynaſta, Regis Daniae adminiſter. De quo viro, res ipſa admonet, vt pauca tradam. Iam primum Parsbergii, vetus ac nobiliſſimum genus, in Bauaria orti: ° vnde quondam cum Chriſtophoro Duce, ad Regnum euocato, in Daniam progreſſi, late propaginem ac nominis gloriam diffuderunt, et ad illuſtres dignitates, ipſam Regni ſenatoriam, ſunt euecti. Sed praeter ceteros Olai inprimis, et Chriſtophori, virtus multis magniſque in rebus conſpicua fuit. Quippe Chriſtophorus, (nam de Olao non vacat hoc loco dicere,) prudentiae vſu, dexteritatiſque documentis praecipuus, ingenii quoque ac litterarum laude emicuit, ceteriſque animi praeclaris dotibus excellens, a Friderico III. delectus eſt, qui, Regii Principis adoleſcentiae praefectus, late eum per exteros populos, viſendis moribus inſtitutiſque, perduceret, ac comitaretur. In qua ſplendidiſſima profectione, Belgas, Britannos, Gallos, Germanos inuiſit. Reducto incolumi Principe, auctus eſt Procancellarii ampliſſimo munere, Comitiuae inſignibus iam ante cohoneſtatus. °°

 V. Hic

au noble deſſein, qu'il avoit formé de ſe perfectionner dans les voyages, et le fit voyager en l'an 1662. ſous la conduite de Chriſtofle Parsberg, qui s'étoit rendu recommandable par la grande experience, qu'il avoit acquiſe dans le maniement des plus grandes affaires, et dont le Roi le recompença enſuite, en lui donnant le titre de Comte, et le faiſant Vice-Chancelier du Royaume de Dannemark. Conf. HOLBERGII Hiſt. Danic. T. III. pag. 716.

V. Hic igitur, talis tantusque vir, praecipiti anno supra millesimum sexcentesimum quinquagesimo nono, Legatus ad Oliuensem Pacificationem missus fuit. Fiduciarias litteras, simul cum secretioribus mandatis, ex tabulario Regio Hafniense depromtas, primus edidi, inter *Acta Pacific.* No. XXXIX et XL. p. 80 sq. Neque id genus alia nonnulla desunt, benignissime nobiscum communicata: quae quidem consilium est altero Volumine, si eas ad curas vitam produxero, in conspectum proferre. Atque illi Ephemeridas quoque, hac in legatione, diligenter a Parsbergio perscriptas seposui. Igitur de negotio Danico, magnis animorum motibus disceptato, in conuentu Oliuensi, pluribus nunc commemorare supersederim. Et exposuerunt hanc rem diligenter cum *Pufendorfius*, Rer. Brandeb. Lib. VIII. §§. 52. 54 sqq. tum *Pastorius*, in Commentariis suis: quorum posterior eamdem in Floro Polonico, Lib. VII. pag. 645. strictim adtingens, „Aderat quoque, inquit, a Rege Daniae Parsbergius: sed impetra„re non potuit, vt res Danicae, in hoc tractatu, agerentur, Galliae „Ministris ea in re manifeste repugnantibus Daniae, quam alioquin „plerique Proceres Poloni nolebant deseri.„

VI. Sed de Gallo Legato iuuat inprimis *Pufendorfium* audire, cuius verba loc. comm. §. 49. haec sunt: „Nec Lumbrano placebat „caussam Danicam simul cum Polonica componi, aperto in Suecos „studio, ac Polonis metum incutiens, si Dani caussam amplectantur, „non ita bonis conditionibus a Sueco potituros. Vnde adparebat, „etsi Gallus in praesens Sueci opera non amplius indigeret, compo„sito iam bello Hispanico: tamen hunc sibi obnoxium cupere, ad „peruincenda Reginae Poloniae cupita, Gallicum successorem Iohan„ni Casimiro destinantis, ac ne accessione Poloniae Austriaca poten„tia glisceret.„ Nec Regina ipsa, vtpote auidissima pacis, desistebat apud Regem maritum, apud Proceres Polonos, Danicae caussae aduersari, Legato Dano, si distineret bonum euentum, iratos Deos iterum atque iterum imprecata. Vid. *Diarium Danicum* ad d. X Ianuarii; *Pufendorfius* loc. comm. §. 52.

VII. Contra Legati Caesarei, Brandeburgici, atque item Belga, pactionibus non modo admoueri Danum, sed Daniae rem simul componi, tanto acrius cupiebant, quanto magis communi saluti, ac singulo-

gulorum securitati, pax communis expediret. Igitur, auctore *Pufendorfio*, loc. comm. §. 52. „Electoris praecipuum in eo studium „vertebatur, vt ab omnibus belli sociis pax communis, cum Suecis, „concluderetur, ne hi, per separatam transactionem, vnum et alterum amoliti, reliquis eo maiori mole ingruerent: praesertim quum „a Gallis id agi adpareret, vt Suecus, Danico Polonicoque negotio „exsolutus, Austriacis immitteretur; ex quo non poterant non Electoris ditiones, bellantibus interiectae, molestiis inuolui. -- Igitur „a nostris id enixe agebatur, vt Daniae quoque Rex his tractatibus „accederet: quo deinceps, communi omnium Foederatorum sponsione, Suecus ita constringeretur, vt ne in vnum mouere quid posset, quin vniuersos in se pertraheret.„ Conf. *Pastorii* Diarium Pacific. p. 140 sq. et quae nos ad eum locum adnotauimus. Ac Brandeburgici inprimis, agendo, dissertando, sollicitando, fere effecerant, vt in partem pacificationis Danus adsciseeretur. „Quia Poloni, inquit *Pufendorfius* l. c. §. 72. iuxta ac Foederati, in propositione Dani admissionem desiderarant, si non tamquam foederati, „ac armorum socii, tamen velut amici ac vicini, ad quod Danus „iam praecipue prouocet, Sueci etiam, certis conditionibus eum se „admissuros, declararint: placebat, vt Danus, oblato scripto, eam „admissionem requireret.„ Conf. *Pastorius* l. c. p. 156. et n.^ccc

VIII. At Parsbergius, secretis mandatis rem, quoad posset, extrahere iussus, Dantisci non solum alias ex aliis moras nectebat, verum etiam prae se ferre, aeque ac Honartus Belga, visus est, id maximopere agendum, „ne quid in Polonia concludatur, ni Sueco Hafniae cum Danis conuenerit. Id si obtineri nequeat, vt Daniae pax „praecedat.„ Vid. *Pufendorfius* loc. comm. §. 67. Quod omnino Foederati incongruum, Poloni sic abhorrens censuerunt esse, vt etiam compositis rebus Lescinius, Posnaniensis Palatinus, inique postulatum dictitaret: „Quasi sani hominis esset, suae patriae salutem „post alienam rempublicam habere.„ His itaque et talibus vltro citroque disceptatis, re infecta, Parsbergius in Daniam discessit, inita iam tum Hafniae cum Suecis pace adeo laetam, vt, quemadmodum ille ait, alia terra, caelum ipsum mitius molliusque solito videretur.

X. De

X
De Legatione Belgica.

In componendis, Suecos inter atque Polonos, diuturnis controuerſiis etiam Belgae ſociam operam huc vſque praeſtiterant. Ab his aeque, ac Gallis, et Britannis, quondam Stumdorfianae induciae conciliatae: tentata, in Lubecenſi conuentu, ſemel iterumque pacis conſilia: ad Oliuenſem quoque tractationem legatus Belga miſſus. Et ſunt, qui praeter alios hunc quoque pacis arbitrum adſumtum tradant. Nam, vt *Franc. Vuagnerum*, atque *Struuium*, de quibus alibi (Obſ. VI. p. 250.) commemoraui, nunc praeteream, ne *Baſnagii* quidem Ann. Belgic. T. I. p. 596. alia videtur fuiſſe opinio. Id quomodo ſe habeat, age, intentiore cura inueſtigemus.

II. Inter atrociſſima arma, quum primum animi ad pangendam pacem erigerentur, aduocatos a Poloniae Rege etiam Belgas ad arbitrium fuiſſe ſatis conſtat. Ab his igitur ea tempeſtate Iohannes Iſbrantius, Reipublicae Senator, [*] vir prudentiſſimus, delectus, cuius fidei dexteritatique, iam dudum clariſſimis documentis ſpectatae, talis tantaque res committeretur. Eſt in manibus meis, ex *Codice MS. Zaluſciano*, exemplum litterarum, tum ad Iohannem Caſimirum, Regem Poloniae, ab illo perſcriptarum: quae quum lucem rebus adfundant, haud dubitauerim, quin gratiam ſim aliquam apud intelligentes iudices initurus, ſi needum vulgatas hoc loco ſubiiciam.

Memoriale Ioh. Isbrandts, Celſorum ac Praepotentium DD. Ordd. Generalium Foed. Belg. Legati Extraordinarii, circa mediationem.

„Vetus ea neceſſitudo, ac bona correſpondentia, quae inter Reg. Maieſtatem Veſtram, eiuſque praedeceſſores Reges, Regnumque Poloniae, atque Celſos ac Praepotentes Dnos Ordines Generales Foederati Belgii, dudum intercedit, eos ſemper, quotieſcunque florentiſſimum

[*] Ioh. Isbrants, Hoveling in Ruyewaert, Deputatus ad Conſilium DD. Ordinum Gene-

tissimum hoc Regnum belli calamitatibus inuolutum fuit, in consiliis Dominorum meorum produxit effectus, qui ab optimis amicis proficisci atque desiderari poterant, ut nimirum Celsi ac Praepotentes Domini mei et Principis Christiani et boni praesertim amici officia exigere iudicarent, omni ope atque studio allaborare, quo exortum incendium in ipsa natiuitate extingueretur, atque pristina pax et tranquillitas reduceretur. Idem animus, eademque consilia Dominorum meorum fuere circa praesens, quod inter inclyta Poloniae ac Sueciae Regna exarsit, bellum, eademque media et bona officia, eidem assopiendo, nomine ac iussu Dominorum meorum adhibita. Quamuis autem Diuinae Maiestati anno praeterito non placuerit, et uniuersi Orbis Christiani votis, et piis praesertim Celsorum ac Praepotentium Dominorum meorum officiis atque conatibus clementer annuere, iam vero ex litteris R. M. V. de 3.ª mensis praeteriti, certissima reducendae pacis spes iis affulgere videatur, atque ut officio Mediatorum fungerentur Domini mei, humanissime a R. M. V. inuitati sint, neque iusto R. M. V. desiderio, neque suo officio ullatenus deesse voluerunt; quin e vestigio mihi in mandatis dederunt, ut me confestim operi tam salutari promouendo conferrem Braunsbergam, locum utrinque placitum, ac Vtriusque Partis Dominorum Commissariorum congressui designatum. Quo cum pergere festinarem, noua subinde dubia, et quidem circa ea, de quibus iam ante utrinque conuenerat, suboriri praeter spem et opinionem meam intellexi. Quorum expediendorum desiderium, atque coram R. M. V. obsequia mea deferendi studium, iter versus aulam hanc suasere. Itaque est, quod mihi hodie gratuler, quod tam beneuole ad R. M. V. admissus, de constantissimo Celsorum ac Praepotentium Dominorum meorum affectu, pro florentissimi huius Regni bono atque prosperitate procuranda, et pro honesta atque secura pace, inter Poloniae et Sueciae Regna, eorumque amicos et foederatos restituenda, R. M. V. persuasissimam reddere, adeoque instantissime rogare possim, ut modo dicta dubia, omniaque ea, quae desideratissimo pacis negotio obesse, vel remoram aliquam iniicere posse videntur, leuiora forte,

te, quam pro tantae rei grauitate, Regia Sua magnanimitate
prudentia amouere, quaeque promouendo Vtriusque Partis Co
sariorum congressui necessaria, quantocyus expedienda mandar
Eo ipsa R. M. V. opus nomini Suo gloriosum perficiet, ac u
Orbi testatum reddet, per se non stare, quo minus tam prodig
stiani sanguinis profusio, ac tot innocentium subuersio matur
tur. Posnaniae, d. 25 Aprilis, 1658. „ —

III. Enimuero pacis tentamenta, rebus nondum maturis,
quaquam proueniebant; quamuis nec Isbrantius quidquam,
rando operi proficuum, desiderari in se pateretur.* Quippe
garum vehementer intererat, positis inter potentissimas gentes
late commercia per mare tutum restitui. Qua de re Auctor
diciarum, pro Domo Austriaca,* „Hollandi, inquit, id v
„difficultatis in animo suo fouebant, vt, pace inter Suecos et
„nos inita, mercaturae suae liberum exercitium, per mare Balth
„tanto securius obtinere possent. Nam, quod hicce comm
„rum in mari Balthico vsus, ad conseruandam Hollandiae Co
„deratorum potentiam, summopere necessarius sit, nemo es
„ignoret.„ Igitur, insequuto anno, (is erat supra millesimu
centesimum quinquagesimus nonus,) quum ad expedienda paci
silia rursus essent humanissimis verbis, ab Rege Poloniae, Thor
inuitati; nulla mora, Legatum designauerunt Iohannem Hona
Dordracenae vrbis Senatorem, rati velut pensum nominis famili
ipsius, pacem ab eo in Polonia confectum iri. Nam fuit Iohann
tre genitus Rocho Honarto, quondam primario in suprema Holla
Zelandiae, Vuestfrisiae Curia Consiliario, viro sane quam magn
tore, poeta insigni: ** quem, summa cum prudentiae fama,
fuisse pactionibus Stumdorfianis constat. De eo, quoniam
hortatur, non praetermittam verba repetere *Basnagii*, loc. c

* Breuis Informatio et Demonstratio pro Domo Austriaca, contra Memoriale Suedicum: adiecta LONDORPII Act. Publ. T. VIII. p. 290.

** OGERIVS, in Epist. ad Nic. Borbonium, adiecta eiusdem Ephem. pag. 494. — *Ordinum Belgii — hic (*
dorfii) adsunt legati, quorum seni
nerdius non oratorem se modo, sed
poetam censeri vult.

*** *Instructie van de Ho. Mog.*
Staten Generael der Vereenighde

T. I. p. 326. „Cet habile homme ſortoit d'une ancienne Nobleſſe „de Brabant, où ſa famille portoit le nom de van Weſel, mais aiant „quitté ſa patrie pour s'établir en Hollande, dès le quatorzième ſiè- „cle, elle y aquit une Terre, dont elle a pris le nom de *van Ho- „nert.* — La Reine Chriſtine le créa Chevalier de l'Ordre Equi- „tis Aurati, qui l'égaloit aux Barons, et aux Comtes de ce Royau- „me.„ Ab hoc tali patre Iohannes ad praeclara omnia educatus, dein ipſe adminiſtrandis publicae rei negotiis domi ac foris eſt praefectus. Iam vero ea, quae in Poloniam abituro commiſſa ac concredita fuere, penitius intelligi poſſunt ex ſecretis mandatis, quorum exemplum Belgice perſcriptum, [ccc] apud *Aitzemam*, loc. comm. T. IV. p. 484 ſq. ac Theodiſce verſum, in *Londorpii* Actis Publicis, T. VIII. p. 528 ſq. exſtat.

IV. Is quum Thorunio ſe Varſauiam contuliſſet, primum haudquaquam exceptus eſt condignis honoribus, quod ab ſuis eſſet non Legati nomine, ſed Extraordinarii tantum Deputati titulo, inſignitus. *Vuiqueſortium* enim, qui neſcio qua ipſius culpa id factum eſſe ſcribit, (Hiſt. Foederati Belgii Lib. XII.) haud immerito notat *Baſnagius*, fidem *Aitzemae* ſequutus. Ait autem loc. comm. p. 567. „Le titre de Député Extraordinaire, qu'on lui donna, fut cauſe, „qu'on ne le reçut pas d'abord avec les civilités, qu'on devoit avoir „pour un Médiateur. On le logea mal à Varſovie; le Roi ſe con- „tenta de lui envoïer un Clerc de la Chancélerie, pour le conduire „à l'Audience; Sa Majeſté ſe tint debout, la tête nuë, afin que M. „van den Honart fût obligé d'obſerver le même Cérémonial; et la „Reine ne le reçut pas beaucoup mieux. Il ſe plaignit à la Cour „et à ſes Maîtres, qui lui ordonnérent d'attendre, que cette incivi- „lité fût reparée, avant que de rendre viſite aux Miniſtres d'Etat. „Ils tachérent de ſe juſtifier, en diſant, que la Qualité de Député

pp 2 „Extra-

landen, voor de Heer ende Meſter Iohan van den Honard, *uyt den Oudtraedt der Stadt Dordrecht, Gecommitteerter de Raedt van de Ed. Gr. Mog. Heeren van Hollandt ende Weſt-Vrieslandt, om in qualiteyt, als Extraordinaris Gedeputeerde van wegen haer Ho. Mog. by te woarren, ende den beſten de hilpen dirigeren de aengeſtelde onderhandelingh van Vrede tuſchen de ſtrydende Potentaten in het Noorden, ende hare Geallieerden.*

„Extraordinaire leur étoit inconnuë, n'en aïant jamais vû c
„seul exemple dans un Envoïé du Roi de Dannemarc. On lu
„en méme tems, de le recevoir comme Ambassadeur sur les m
„Lettres de Créance, s'il vouloit en prendre le titre. Le Chan
„lui rendit visite, le Roi voulut l'entretenir en particulier, et l'e
„prendre chez lui dans un de ses Carosses, par les Gentilshor
„de sa Chambre. Ainsi l'outrage fut réparé.„ Conf. *Aitzem*
p. 486 sq. Ita ergo composita caussa, habitus ei, vt Legato, h
fuit, conueniendique Regis, etiam priuato colloquio, copia
Sed de tali colloquio nihil amplius, apud rerum auctores, rep
publicae salutationis formula iterum atque iterum, ab *Aitzema*
487. *Londorpio* p. 558. item in *Diario Europ.* P. VIII. App
et in *Lunigii* Orationibus Procerum Europae, T. II. p. 215 edita

V. His ita comparatis, Honartus e Regia Dantiscum difce
vt Oliuensi concilio arbiter pacis interesset. In quam spem no
lum a Polonis, (quamquam ab his praecipue,) adductus erat; v
etiam quod Suecorum Rex, teste *Pufendorfio*, Comment. de
Caroli Gustaui, Lib. V. §. 84. Legatos suos iam ante monuerat,
„diationi obeundae adhibendam potissimum Lumbrani opera
„Belgarum, si eam decenter ipsi offerant.„ Igitur Legatus
haud dubitabat, eo in conuentu, Suecis pariter ac Polonis fi
rias litteras exhibere. * Earum exemplum quoniam ab viris
nondum in medium prolatum est, equidem ipse e *Codice MS*
luſciano nunc depromam.

Litterae Ordinum Foederati Belgii ad Commissarios Pl tentiarios.

„Vt primum de funesti et moesti belli incendio intellex
quod annis aliquot retro inter inclyta Poloniae et Sueciae Regn
grauit, totis viribus eo annixi sumus, ut media exquirerentur
bus dissensionum causae tollerentur, et sic cruenti belli flamma
tinguerentur: in quem finem tum temporis solennem Legatio

* AITZEMA loc. comm. pag. 512. eas Suecis ipso ab Honarto traditas refert, mense Ianuario, nulla die c dicata, An. MDCLX. Polonis, te

quae sinceram animi nostri intentionem testaretur, causam ex mandato ad optatum Pacis scopum perduceret, animosque ab exacerbationis tramite ad pristinae tranquillitatis sedem reduceret. Cum autem illud institutum minus (proh dolor!) e voto successerit, et animaduerterimus exortos motus magis ac magis incruduisse, animum nostrum summe perculit, quod nos inanis spes tanto tempore fouerit. Ex aduerso autem laetamur, quod Regiae Maiestati Poloniae non inuisum fuerit locum decernere, in quem belligerantium partium Legati et Plenipotentiarii conueniant, ut animos discrepantes reconcilient, ansam bellandi ac dissensionum amputent, et sic almam pacem Diuino adspirante Numine reducant. Quapropter pro eo, quo erga vicina illa, nobisque tam amica Regna trahimur, affectu, proque communi omnium salute atque interesse, nostri muneris esse duximus, pio huic ac laudabili instituto subuenire, atque in id unice incumbere, quod totius Christianitatis bono et commodo cedere videbitur. Proinde ad id delegauimus Praenobilem, Magnificum et Amplissimum Virum, Dominum *Ioannem Honerdum*, Vrbis Dordracenae Senatorem, Hollandiae Westfrisiaeque Consiliarium, Consessus nostri Collegam, extraque ordinem Deputatum, sufficienti potestate instructum, ut Thorunium, aut aliorsum, ubi tractandi locus habetur, quantocyus sese conferat, opera sua et studio negocia pacis una cum Excell.is V.ris eo dirigere studeat, ut salus, pax, et tranquillitas publica inde nascatur. Cui hasce literas, tanquam fidei tesseras, ad Excell.as V.ras dare voluimus, amice rogantes, ut eundem ad instituendos Tractatus cum caeteris Legatis et Plenipotentiariis admittere, eique plenam fidem, tanquam ipsis nobis, tribuere dignentur. Qua spe freti, Illustr.mi ac Excellentissimi Domini, Excell.as V.ras Deo Opt: Max: ex animo commendatas cupimus. Dabantur Hagae Comit: die 5 Aprilis, 1659.„ —

V. Ex eo tempore spes Honartum egregie fefellit. Etenim Sueci, (vt primum de his dicam,) tametsi litteras istas, atque ipsum Honartum, auctore *Aitzema*, loc. comm. p. 512 sq. suscepissent, insigni

ctore Diarii Poloni. die XIII huius mensis, per epistolarum scriptorem, exhibuerat: indignantibus iis, quod non ipse tradidisset.

gni cum beneuolentiae significatione: tamen negabant perr
sibi, vt eo pacis conciliatore vterentur. Interea haud se adm
dubitare de voluntate Regis sui, cuius mandata iam dudum p
larentur. At vero haec et talia, quibus Belgae honeste reiicer
erant diu ante meditata. Quippe, in epistola, a. d. XVII Sep
anno supra millesimum sexcentesimum nono et quinquagesim
bingae, ad Carolum Gustauum Regem perscripta, cuius exen
apud me est, e Theotisco Latine factum, inter alia se ab Lum
accepisse memorant, „Legatum Hollandicum Honaert aduenis
„danum, qui se offerat pro mediatore. Ad ea nihil se respo
„memores mandati M.^tis S.^ae, quod iam alias ea de re ema
„Quodsi autem ullam eo nomine ab ipsis poposcerit resoluti
„excepturos se oretenus, nihil se in commissis habere de adn
„da hac Honaerti mediatione, cum ipsius Principales, hostiles
„contra M.^tem S.^am exercuerint, et de reconciliatione nondum
„quam ipsis constet.„ Id quod item alia in epistola, ad eu
haud multo post missa, repetunt. Et sane Belgae, iis tempo
arma aduersus Suecos sumserant, opitulaturi Danis. Sed ho
Suecorum consilium Lumbranus quoque, pro suo ingenio, ma
pere confirmabat, motus inter ceteras hac maxime caussa, ne
alius in societatem gloriae, quaesitae ex reparata pace, veniret.
eo is pulcerrimi beneficii decus omne vni Galliae vindicatum
Vid. *Aitzema* l. c. *Pufendorfius* Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 68.

VI. Iam vero, praeter Suecos, a Belgica mediatione animu
iam Poloni auerterant: quamuis illa, si *Basnagium* audias, iis
modo non displicuerit, verum etiam vehementer adriserit. Ai
tem, loc. comm. p. 596. „On traitoit la paix de Pologne en n
„tems, que celle de Dannemarc, et *Mr. van den Honart*, Am
„deur des Etats Généraux, se rendit de Varsovie à l'Abbaïe d'O
„où se tenoient les Conférences, pour y aller faire les fonctio
„Mediateur. Il reçut à l'Audience du Congrès des honneurs
„réparerent le défaut de sa prémiére reception: le Roi, qui cr
„avoir besoin, lui donna le fauteuil, et le fit couvrir.„ In qu
eo haud deesset, quod reprehenderem: si, quae est quorumdan
maleuolentia, aut male sedula opera, nostri quoque ingenii inst

que esset, in corporibus formosis paucas maculas notare potius, quam pulcritudinem ipsam laude et admiratione prosequi. Neutrum enim verum est, quod *Basnagius* tradit, Honartum et Oliuam concessisse, et a Poloniae Rege exceptum in sollemni congressu fuisse. Poloni autem, vt, vnde abii, eo reuertar, primum super Honarto questi sunt, quod fiduciarias litteras de more ipse non tradidisset; deinde has easdem nec satis honorifice sibi inscriptas, et verbis ambiguas atque obscuras esse dictitarunt; postremo studium illius, quo Sueci non vterentur, sibi quoque haud amplectendum esse contenderunt. Cuius rei varias caussas nunc strictim carptimque narrabo.

VII. Poloni, vt *Pufendorfius* auctor est, loc. comm. „neque „Belgarum officium, nec commoda curabant, exprobrantes, quod „Elbingense cum Suecis pactum ruinis Poloniae superstruxissent, dum „a Suecis immunitatem a vectigalibus, non solum in adquisitis, sed „et in adquirendis portubus, stipulati essent: quodque nunc Daniae „duntaxat negotium hic agerent, Poloniae incuriosi.„ Sed de Elbingensi pacto quum ab claris scriptoribus, *Aitzema*, *Pufendorfio*, *Basnagio*, *Lengnichio*, aliis, luculenter expositum sit, equidem actum praesertim alieno loco non agam. Etiam de Danica caussa satis constat: cuius iuuandae tantum studium incesserat Belgas, vt pacem Danicam ante omnia expediendam censerent, ac, nisi ea expedita, Polonicae sese sponsores adfuturos negarent. „Hoenartus censebat, „inquit *Pufendorfius*, §. 67. pacem Danicam vtique priore loco ex„pediendam, ob Hagense pactum, quo decretum sit, vt Danica pax „citra respectum, ad Poloniam, quam primum promoueatur. Eo „pacto abolito, Daniae duriorem conditionem fore, quod Belgis de„inceps haud integrum sit futurum, eo, quo hactenus, modo Danis „adsistere. -- -- Denique nec Belgas, pro Polonica pace, sponsio„nem interpositurос, ni Danica eam praecesserit.„ Quam sententiam, sermonibus ante agitatam, Legatus Belga etiam scripto explanauit, quod, cum Responso Polonorum, relatum in *Diario Europaeo* P. VIII. App. p. 69 sqq. atque item in *Londorpii* Actis Publ. T. VIII. p. 662. legi potest. Sed a Polonis, vt cetera non sine querimonia reiecta, sic facile minae consutatae; praeposterum esse dicentibus, Belgas

Belgas negatum sibi aliquid arguere, quod needum postulassent
Aitzema loc. comm. p. 513. *Pufendorfius* §. 63.

VIII. Praeter istas autem, quas nunc explicauimus, causs
leuior alia Polonos ab Honarto absterrebat. Etenim Belgae
Euangelica, vehementer huc vsque adflicta, in pristinum ius
tatemque restitui, futuroque aeuo intemerata conseruari, sum
re cupiebant, inflammati quoque a Brandeburgico Electore.
„eo nomine, inquit *Pufendorfius* l. c. ad Hoenartum scribel
„hanc caussam serio suscipiat, quod Euangelicorum Ecclesiae
„lonia, occasione belli Suecici, valde oppressae iaceant, quibus
„nisi per hos tractatus, resurgendi spes sit.„ Et sane res er
vsque magna animorum contentione disceptata. Itaque in
huic conficiendae ad extremum ipsi Sueci Honartum ad Paci
rum partes arcessendum rati, eum iussu Regni curatorum, (fat
tum functo Carolo Gustauo,) humanissimis verbis inuitarunt.
inuitationem ille nunc vicissim est adspernatus. Id quod a *I*
gio, ipsoque *Aitzema*, prorsus praetermissum, a *Pufendorfio*
Comment. de rebus Caroli Gustaui, Lib. VII. §. 8. nimis breuit
ratum, plenius ex *Diario Suecico*, ad d. XII st. n. Aprilis, c
sci poterit: vnde nos supra, ad *Pastorii* Diarium, p. 230. p
pua adtulimus.

IX. Igitur Honartus, diu multumque neglectus, ne tun
dem velut postliminio adduci se passus est, probabili excusa
quod, pacis negotio paene confecto, opera ipsius vana ac sup
cua esse videretur. Ceterum, vt a Legatis secum communic
tur acta, facile adnuit. Atque ita post sancitam pacem, Dan
die duodecimo Maii, An. M D C L X discessit.

XI

XI
De Legatione et caussa Neoburgica, in Pacificatione Oliuensi.

In comitiis Pacificationis Oliuensibus, inter alios complures, a Philippo Vuilhelmo, Neoburgi Duce, ablegatus comparuerat Iohannes Ernestus a Rautenstein. Hunc non tam nominis familiaeque nobilitas, quam ipsius eximia virtus, prudentiaeque ac doctrinae praestantia, et propter eam demandatae honestissimae legationes, clarum ad posteritatis memoriam fecerunt. In quibus illa, in Poloniam, dictu adprime digna: cuius de caussis quaedam altius repetere consilium est, vt locum faciam Publicis Actis, ex *Codice MS. Zalusciano* depromtis, quibus illae, ceteroquin satis apertae, luculentius illustrantur. Iuuabit autem, per hanc occasionem, simul arcanas explorare.

II. Iam primum Neoburgicus Dux, vt ne ipso neglecto pacem Poloni conficerent, apud Iohannem Casimirum Regem magno, in speciem, studio instabat. Quippe orta inter ipsum et Imperii Octouirum Brandeburgicum, super Iuliacensibus rebus, (vt fit in sociis regnis,) graui controuersia, [a] maximopere metuendum sibi dictitabat, ne, pace cum Suecis sancita, Brandeburgicus omnem irarum vim molemque belli, in ipsum, conuerteret. Haec Rautensteinius quoque sermonibus, haec scriptis praeferebat. Et erat sane Elector infensus illi, multis ab ipso acerbis modis, per ea tempora, lacessitus. Nam, vt Rhenanum foedus, de quo supra ad *Pastorii* Diarium p. 295. satis exposui, nunc silentio praetermittam, Neoburgicus Cliuensem prouinciam adgredi armis iam ante tentauerat. Quam rem fuse enarratam, in *Censura Censurae candidatorum Sceptri Polonici*, (s. l. 1669. 12.) p. 31 sq. equidem hoc loco, quia rarior libellus est, paucissimisque visus, omnino repetam. „Quin si euinco, inquit Au„ctor, Neoburgicum arma intentasse Brandeburgico, quo facilius „cum

[a] Conf. PVFENDORFIVS Rer. Hist. de la succession de Cleves, Berg et Brandeb. Lib. IV. §. 24 sq. ROVSSET Juliers, T. I. p. 177 sqq.

„eum a Sueci partibus auelleret? Rem narro Cenfori ignotam
„tamen fummorum Procerum auctoritas indubiam facit, dum
„deburgicus, grande Suecici nominis fulcrum, et fere fortis
„fuis maxime fubfidiis grauem nobis faceret Suecum, Seren
„Philippus, Dux Neoburgicus, mifit fecretos codicillos, fua m
„lingua Italica fcriptos ad quemdam fibi olim notum, e prin
„lonici Senatus Capitibus, virum, vel liuore iudice, priuati
„tium negligentiffimum, et vnice Patriae bonis intentum, in
„medium efficaciffimum retrahendi a Sueco Brandeburgicun
„pollicetur, ferro et auro fuo tranfigendum, inuafionem fcilic
„uiae Electoralis. Ad quam afferendam deferere fuiffet c
„Suecum Brandeburgicus. Vnicam folam propofuerat Nec
„cus conditionem, ne poftmodo, fe neglecto, pax cum Suec
„geretur. Recitauit ille Senator integerrimus hafce literas S
„fimo Regi, Iohanni Cafimiro, praefente Cancellario et Proca
„rio Regni, nec non Georgio Lubomirsky, fupremo Mare
„Regni, ac Comite Ioh. de Lefne, tum Palatino Lancicienfi,
„Cancellario Regni: quorum confilio quum res adhuc ad vlte
„deliberationem dilata fuiffet, tandem poft depulfam noftram
„a Sueco, ad Pragam Warfauiae, miffifque, ad Inuictiffimun
„ftriacum, Viennam -- -- Oratoribus, fuppetias contra Suec
„Caefarea Maieftate petituris, eodem ipfo tempore Sereniffim
„cis Neoburgici Legati, Greffas et Lerfch, Viennam accurrere,
„medium a Sueco Brandeburgicum auellendi, et coniunctione
„morum offerentes. Quae quidem res vtcunque exitum no
„buerit, intercedentibus, nefcio cur, Camerae Caefareae Mi
„confequentiffime tamen hinc elicitur propenfiffima in nos N
„gici Ducis ab antiquo beneuolentia, tantopere vltro fe effund
„emolumentum noftrum, et efficaciter profutura, fi acceptaffen

III. Sed profecto his atque talibus fuberat item alia fec
cauffa, quam dudum vafto animo Neoburgicus agitabat. Ete
quum Poloniae Regno iamtum immineret, non ignotus genti,
que Regis Iohannis Cafimiri adfinis, (quippe Conftantiam, fo
illius, olim in matrimonium duxerat,) nulli operae ftudioque
cit, nullum confilium omifit intentatum, quo in fe animos Po

rum conuerteret, ac magis magisque sibi deuinciret. In hanc rem et Rautensteinius primum Varsauiam, atque inde ad Pacificatorum Oliuense concilium missus. Quod quum praeter *Pufendorfium*, Rer. Brandeb. Lib. VIII. §. 51. nemo alius, quod sciam, diligentius explicauerit, illum ipsum, age, audiamus. „Austriacorum quoque in Po-„lonia destinatis repugnabat Neoburgicus Palatinus, misso Iohanne „Ernesto Rautensteinio, vt, futuro interregno, ipsius ratio habeatur. „Qua de re is apud Gnesnensem Archiepiscopum palam, apud Re-„gem non nisi per ambages insinuabat. Sed dicis caussa propone-„bat, vt Rex eius Principis commoda sibi commendata habeat; et, „quia metuat, ne Elector, facta pace, copiis suis aduersus ipsum vta-„tur, Rex ei periculo auertendo futurae paci eumdem includat. Ad-„debatur excusatio foederis Rhenani.„ Posthaec interiectis paucis, vana Neoburgici consilia sine exitu fuisse, tradit. „Ceterum, in-„quit, ne circa successionem iste operae pretium faceret, nostri (Bran-„deburgici) renitebantur, quod Elector nunc ab eo Principe nil ami-„ci exspectaret. Quo in negotio Reginam facile sibi adstipulantem „habebat, quae Gallo cuipiam successionem quaerebat. Senatori-„bus insinuabatur, eum Principem elato ac peruicaci ingenio esse, „et qui haud limitatum imperium saepe cum oppressione ciuium ex-„ercere gaudeat, sic vt libertas Ordinum Poloniae, sub eiusmodi Re-„ge, valde periclitatura sit: ac potius indigenam eligendum, decli-„nandae inuidiae tot competitorum, et vicinorum.* Ceterum Neo-„burgici inanem metum esse, quum Elector pacto, per legem com-„missariam sancito, cauerit, se per vim nihil tentaturum: vnde su-„peruacuum, hoc tractatu istum comprehendi.„

IV. Quae quum ita essent, Neoburgici Ducis neque arcanum consilium, neque publicum negotium, ex animi sententia procedebat, adeo obnitentibus Brandeburgicis Legatis, vt ne nomen quidem illius consignari tabulis pacis vellent. Conf. *Pastorii* Diarium Pacific. Oliuensis, p. 276. 293 sqq. ac *Diarium Suecicum*, praecipue ad d. XXIX Aprilis. Itaque nec Pace Oliuensi est comprehensus. Ceterum Poloniae Rex, ne hac in parte defuisse adfini videretur, operam ei suam in posterum pollicitus est in epistola, cuius exem-

 plum

* Conf. A. O. (*Andr. Olszouii*) Censura Canditatorum Sceptri Polonici.

plum infra adlatum ſub lit. *D*. Sed vero res tandem ab Lu
quartodecimo, Rege Galliarum, compoſita pactionibus, inte
ac Principem Electorem Brandeburgicum initis, anno ſeculi
ris ſexageſimo quarto. De quibus omnino videndus eſt *Pu*
fius, loc. comm. Lib. IX. §§. 58 et 63. Nos, quum ad Oliuen
cificationem haud pertineant, verba nequaquam ſubiicimus.
ro tabulas iſtas, de quibus ante dictum eſt, en tibi!

A

Memoriale Ablegati Neoburgici, ad Sacr. Regiam Ma
Poloniae, datum An. 1659.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Ea eſt erga S. R. M. Veſtram et Inclytam hanc Poloniae R
Sereniſs. Principis Dom. mei Clementiſs. conſtans et im
lis devotio atque obſervantia, ut nullas non occaſiones ſibi
quaerendas Sua Serenitas, quibus ſinceram iſtam animi ſui
ſionem magis magiſque indies poſſit demonſtrare. Vtque
huius ſtudii ſui tam S. R. M. Veſtram, quam Illuſtriſs. Sen
Rempublicam denuo redderet ſecuriorem, ſimulque eandem
forte aemulorum ſuggeſtionibus, ut nunc ſint tempora, min
informatam, de candida intentionum ſuarum ſinceritate c
clariuſque edoceret, et ſic arctiſſimum ſanguinis ac neceſſituc
xum, cum Maieſtate Veſtra intercedentem ſibi, eo magis a
que conſeruaret, viſum fuit tenuitatem meam huc amandar
dubitans, quin Maieſtas Veſtra ſatis adhuc recordetur, aliquo
hactenus una cum Illuſtriſs. Regni Senatu, datis ad Serenita
am literis, eandem fuiſſe adhortatam, ne cum Maieſtatis Veſ
gnive huius adverſariis, praecipue vero cum Suecis in ull
dus, etiamſi illud fuerit defenſivum tantum, vel etiam contr
Sereniſs. Dom. Electorem Brandeburgicum eſſet directum, co
adductis eam in rem aliquot argumentis; quorum cum S. R.
tem Veſtram per ſe iam ſatis meminiſſe putem, ſupervacan
ne recapitulationem eorundem cenſeo.

Quibus quidem literis maximum ſane, ut decet, pondus atque auctoritatem apud animum ſuum ſemper habituris, ea ſubinde repoſuit Serenitas Sua, unde cum Maieſtatem Veſtram, tum totum Regni Senatum ſatis evidenter perſpexiſſe, eadem ſperat, veram totius rei faciem ac conſtitutionem, puramque in primis intentionem ſuam, utpote quae eo omnia ſua direxit conſilia, dirigetque porro, Divina adſpirante Gratia, ut ſua praeſertim ſibi, concreditiſque a Deo curae ſuae ſubditis ac ditionibus conſtet ſecuritas, et ne quid eadem maxime turbulentis hiſce temporibus detrimenti capiat; tum quoque, ut non minus cum exteris, quam vicinis, bona ſemper continuetur intelligentia, nec quicquam committatur, quod iuſtam cuique anſam conquerendi praebere valeat. Cum vero gratiſſima recordatione indeſinenter ſibi revocet in memoriam Serenitas Sua, quot ſeſe ac Domum Suam beneficiis ac propenſi affectus demonſtrationibus, tam S. R. Maieſtas Veſtra, quam divi eiuſdem Praedeceſſores, totumque adeo Regnum hocce inclytum devinxerint hactenus atque obligaverint ſibi; vereatur autem, ne relationibus de iis factis quicquam defuerit eorum, quae ad ſolidas rerum circumſtantias et exprimendam clarius actionum ſuarum ſinceritatem facere queant; nihil vero moleſtius accidere poſſet Serenitati Suae, quam ſi penes S. R. Maieſtatem Veſtram, aut ſplendidiſſimum eiuſdem Senatum, vel minimum ſiniſtrae informationis aut ſuſpicionis reſideat: incumbere ſibi omnino atque opportunum non minus, quam neceſſarium fore exiſtimavit, inviolabilem devotionem et reſpectum, quo erga S. R. Maieſt. Veſtram fertur, peculiari miſſione facere teſtatiorem, ſimulque fuſius deducere, qua ratione Sereniſs. Dom. Elector Brandeburgicus, procul habita tranſactione et pactis, quae iam 29 huius ſeculi anno, de poſſeſſione Iuliaci Cliviaeque Ducatuum, et eo pertinentium ditionum facta, nec non ab aliquot Potentatibus atque Rebuspublicis fuere confirmata, nec attento, quod hoc ipſo admiſſus fuerit in poſſeſſionem Ducatus Cliviae, totius Comitatus Marcae, mediique Comitatus Ravensbergae, (utpote quas ditiones Sereniſſimi Principis mei Dom. Parens inclytae recordationis, tunc temporis univerſas, Sereniſs. autem Dom. Elector praeter Embricam et Reeſam oppida, nihil tum plane inibi poſſedit,) vertente anno quadrageſimo ſeptimo,

 hoſti-

hostilia arma in alte memoratam Serenitatem Suam, sine omn
sa, ex improviso strinxerit, eandemque isthac violentia oblig
ac coegerit, ut ad evitanda maiora damna, et ulteriorem diti
suarum devastationem atque ruinam, altera quoque praedicti C
tatus Ravensbergensis medietate Princeps pacis amans ceder
possessionem eius in Serenis. Dom. Electorem conferret.

Quanquam vero haec omnia nova tum transactione f
composita atque firmata, nec dubitaverit amplius, sed speraverit
no alte laudata Serenitas Sua, fore, ut eadem ac reliqua Iuliace
ditionum possessione, quanta quidem tum sibi fuit relicta, pa
in posterum et quiete uti frui sineretur: re ipsa tamen plane c
rium paulo post experiri fuit coacta: cum Serenis. Dom. El
spretis et procul habitis omnibus pactis et transactionibus, sine
via clarigatione aut ullius hostilitatis denuntiatione, insequenti
quiquagesimo primo Serenitatem Suam denuo hostiliter invaser
tum in Ducatu Bergensi oppidum Ratingen, una cum munita
Angermunden, armata violentaque manu occupaverit, ac pra
suo oneraverit: ita ut procul dubio ulteriores quoque inten
suas, publicis adeo typoque vulgatis patentibus non obscure o
sas, in invadenda Serenissimi residentia, Dusseldorpio, imo om
da eiusdem de possessione iuste acquisita deiectione, in actum
deducturus, nisi Divina tandem bonitas, aliunde liberationis n
clementer adducens, conatus istos tam periculosos intervertisse
que ipsa veluti herba oppressisset. Vt igitur Serenitas Sua neuti
dubitat, quin Maiestas Vestra pro eximia Regiaque prudentia f
cile sit diiudicatura, quod Serenitas Sua, rebus sese ita haber
atque constitutis, ulteriorum eiusmodi insultuum et inuasionum,
la amplius ratione, secura esse potuerit, praesertim cum Ser
Dom. Elector ab aliquo iam tempore non temnendas militum
as collegerit, pergatque adeo indies iustos quasi exercitus co
bere, ut nihil dicatur de variis eiusdem confoederationibus,
non situ earum ditionum, quas Serenitas Sua Elect. ad Rhenum
visionaliter adhuc possidet, Serenissimi sane Principis mei Duca
Iuliacensi et Montensi ea vicinitate iunctis et velut imminent
ut Serenitati Suae Elect. facile videatur ac proclive, intra pauca

ras, imo quandocunque libuerit, Serenifs. Principe meo praefidio defenfionis deftituto, ante ipfas refidentiae Duffeldorpienfis portas, in armis comparere: Ita fieret, * non minus S. R. Maieftati Veftrae non femel fuiffe relatum, eandemque gratiofiffime adhuc recordari, quanto olim et quam laudabili zelo gloriofiffimae memoriae Dom. Frater et Praedeceffor fuus, Rex quondam maximus, Vladislaus IV. cuius fancta femper ac venerabilis erit Serenitati Suae memoria, in id incubuerit, atque allaboraverit, ut omnes iftae diffenfiones penitus fopirentur, e medioque tollerentur, adeo ut S. R. Maieftas Sua expreffum quoque Ablegatum ad Serenifs. Electorem Brandeburgicum miferit, qui noxia illa et feralia diffidia anniteretur placide componere, firmamque amicitiam ac concordiam inter Domus hafce Sereniffimas ftabilire, imo aeternam etiam, fi fieri iftud ulla ratione poffet, tranfactionem promovere et concludere: quae tamen omnia apud animum Serenifs. Dom. Electoris nihil plane tum temporis obtinere atque efficere potuerunt.

Imo ipfam Reg. Maieft. Veftram optime adhuc meminiffe non ambigit Sua Serenitas, cum ante biennium circiter coalitae tunc inter Maieftatem Veftram, et Serenifs. Electorem, paci et tranfactioni Serenitatem Suam libenter vidiffet inclufam Veftra Maieftas, quod nec ipfa tamen illud obtinere a Dom. Electore quiuerit, fed incaffum plane in negotio illo laboraverit.

Quibus omnibus, ut et aliis circumftantiis rite confideratis, firmiter confidit Serenitas Sua fore, ut S. R. *Maieftas Veftra* non folum in deteriorem partem neutiquam interpretetur, aut ulla ratione improbet, fed potius confultum omnino, et conferuando Statui fuo conveniens, imo neceffarium cenfeat, quod Serenitas Sua tali rerum pofitu, cum infuper illae ipfae ditiones tam Hifpanicis, quam Gallicis inibi provinciis ita vicinae fint ac velut innexae, ut ab iis quoque partibus, bello praefertim exiftente, facili negotio fi non invadi, faltem ftationibus, hofpitiis militaribus, excurfionibus, atque exactionibus gravari atque infeftari queant, quo fefe porro una cum fubditis a Deo fibi commiffis ab eiufmodi moleftiis eo melius defendere, fimulque ab omnibus improvifis invafionibus et periculis eo fanior effe

* Sic eft in Codice Zalufciano. Fortaffe, *ita fideret*, aut rectius, *ita fidit*, —

esse possit, cum nonnullis S. R. I. Electoribus et Principibus, nec
exteris Potentatibus, Pacis Germanicae consortibus, certum ali
foedus inierit, praesertim cum id ipsum in neminis plane offe
nem, sed ad praedictae pacis manutenentiam, et ut nullus Co
deratorum contra eandem, in ditionibus, foederi isti inclusis, a
piam gravetur, unice tendat ac dirigatur, praetereaque quilibe
perii Status hoc ipsum, quod vigore foederis istius praestandun
etiamnum sine eodem, secundum publicas Imperii Constitution
Ordinationes, tam Executionis, quam alias, ipsamque adeo Gu
tiae legem, praestare teneatur, maneatque obligatus.

Et quanquam negari non possit, eodem foedere etiam
Maiestatem Sueciae, uti Ducem Bremensem ac Verdensem, conti
demonstrat tamen clarus eiusdem tenor, quod DD. Foederati
eidem alia ferre auxilia teneantur, quam si forte in terris illis
mensibus aut Verdensibus, contra Instrumentum Pacis supradict
quopiam invadatur, ac laedatur. Tam vero non existimat Sere
Sua, S. R. Maiestatem Vestram et Inclytam Rempublicam, etiam
hoc foedus ea ratione ictum non foret, copias suas in tam ren
Imperii oras missuram, et hoc ipso omnes vicinos eiusdem St
quorum ditionibus terrae istae Sueticae undiquaque cinctae sun
eo excitaturam, ut ad necessariam sui defensionem sese obligato
putare possent: quum coniecturare facile sit, eos tale aliquid
culter concessuros, eoque casu quietos futuros, quandoquidem
menses pariter ac Verdenses ditiones, vicinorum aliquot Electo
et Principum ditionibus ita sunt combinatae atque immixtae,
quis istas invadere velit, necessario illorum quoque terras attin
cogatur.

Et hanc ipsam ob causam nunquam aliter censuit Serenitas
imo adhuc aliud quidpiam sibi persuadere nequit, quam S. R. M
statem Vestram speratam ex hoc foedere securitatem, et conserv
nem sui, eo Sibi minus invisuram, quo minus invadi possint
nominatae ditiones, absque evidenti periculo sese tandem in be
cum S. R. I. Statibus, aliisque Pacis Westphalicae consortibus in
candi, cum vice versa Serenitas Sua ab hostilibus incursionibus
aliis belli molestiis, novarumque invasionum periculis, hoc ipso t

r

reddi queat; imo cum ſpes affulgeat non exigua, lapſu temporis hanc eandem rem etiam ſervire poſſe, ut Sua Serenitas nanciſcatur occaſiones eo rerum poſitu Maieſtati Veſtrae et Nobiliſſimo huic Regno, pro conſtantiſſimo devotionis et affectus ſui zelo, utilia quaeque officia praeſtandi, ſiquidem Maieſtati Veſtrae id fore gratum acceptumque intellexerit.

Nihil ſane aliud in votis habet, aut magis deſiderat Serenitas Sua, quin imo quam promptiſſimam ſeſe ac paratiſſimam offert, ſi forte placeat S. R. Maieſtati Veſtrae, hoc fine mandatis ſuis, vel commiſſionibus ſeſe honorare; praecipue vero inſtantibus iam brevi in Boruſſia, vt communis fert fama, de pace tractatibus, quorum promotioni eo caſu manum quoque admovebit quam lubentiſſime Serenitas Sua, et nihil unquam diligentiae operaeve in ſe deſiderari patietur, praeſertim cum conſtet, Sereniſs. quoque Succiae Regi pacifica eiuſmodi officia atque ſtudia Serenitatis Suae haud fore ingrata.

Quodſi ſalutare iſtud pacis negotium feliciter ſuccedat, uti Serenitas Sua ex intimo corde vovet atque auguratur; rogatam vult S. R. Maieſtatem Veſtram, et inclytam hanc Rempubl. quam diligentiſſime, ut non ſolum ſeſe, una cum ditionibus viribuſque ſuis, iiſdem tractatibus dignentur includere; verum etiam Serenitati Suae atque commodis, quibuſcunque id fieri poteſt, modis optimis, pro cognito ſingulari favore et benevolentia, queis complectuntur eandem, commoda iſthac occaſione proſpicere et velificare.

Eo fine pergratum accidet Serenitati Suae, ſi placeat S. R. Maieſtati Veſtrae, mihi clementiſſime indulgere, ut in Regia hac Aula Sua, vel in locis tractatuum tantiſper commorari, et intereſſis Suae Serenitatis coram invigilare poſſim; quae proinde Maieſtati Veſtrae iterum iterumque, quantum poſſum, commendans, ut ſolitam Serenitati Suae gratiam ac ſavorem benigne conſervare dignetur, vehementer rogo, certa ſemper nullius rei maiori deſiderio teneri Serenitatem Suam, quam ut S. R. Maieſtati Veſtrae non minus, quam inclyto huic Poloniarum Regno, debitam animi ſui devotionem, ob-

ſervantiam et gratitudinem re ipſa quam creberrime poſſit demonſtrare, Regiae de caetero clementiae gratiaeque et meam tenuitatem quam humillime devovens. Varſaviae, die XXVII Iulii, MDCLIX.

Sac. Regiae Maieſtati

devotiſſimus ac humillimus
ſervus

Ioannes Erneſt. a Rautenſtein.

B

Reſponſum Generoſiſs. Io. Ern. a Rautenſtein, Sereniſs. Princ. Vilhelmi, Palatini Rheni, Ducis Neoburg. Conſiliario, ad ſcriptum S. R. M. Poloniae et Sueciae nuper exhibitum.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

In primis grato et tenaci huiuſmodi obligationum affectu amplectitur S. R. Maieſtas conteſtationem Generoſiſs. Exhibitoris, qua de conſtanti, nec haece viciſſitudine rerum immutata, aut imminuta benevolentia, et affectu, erga S. R. M. Sereniſs. Principis Sui aſſeverat. Eam ſiquidem requirunt, et ſuo quodam iure vindicant tot mutuae viciſſitudinis vincula, quibus ſibi ad invicem S. R. M. cum Sereniſs. Principe copulata exiſtit. Et licet minus expectata acciderit S. R. Maieſtati ac Statibus Regni huius, ſemper de Sua Serenitate optime mereri ſtudentibus, haec cum hoſte Sueco nupera confoederatio, utpote maxime S. R. M. et praeſenti rerum conſtitutioni praeiudicioſa, dum Status Imperii defenſionem et ſecuritatem Sueco proſpiciunt, quam ab illo ipſo cavere aliis aequum fuiſſet, ſi aequi publicae tranquillitatis aſſertores eſſe voluiſſent. Si enim Foederati prouinciis Imperii, earumque tranquillitati et paci proſpicere voluerant; praecavere quoque par erat, ne ab illis ipſis provinciis in alios quoque pericula emanarent. Quod in confeſſo eſt, dum Suecus ex provinciis potiſſimum iis,

iis, quae iuris Imperii ſunt, Pomerania nimirum ac Ducatu Bremenſi, cuncta belli inſtrumenta, quibus hactenus Poloniam vexant, ſumat, inde militem colligat, auctoret atque armet, inde potiſſimum invaſionem Poloniae fecit, ibidem omnes actas praedas deponit et recondit; imo, quicquid hoſtilitatum in ditiones S. R. M. hactenus a Suecis attentatum eſt, ex Imperio, tanquam ſcaturigine, emanavit. Nullo proinde iure prohibetur S. R. M. (quicquid in contrarium vetent quaevis foedera,) ibi vindictas ſumere, unde ſe maxime laeſam ſentit. Nec ita eſſe diſſitas a ſe novit iſtas provincias, ut eo non attingat manus Poloniae. Proinde magis ex amicitia, qua S. R. Maieſtati, totique Regno ſe Ipſa Serenitas obſtrictam agnovit, factum fuiſſet, ſi iſto foedere cum hoſtibus ſuis Sua Serenitas abſtinuiſſet, hac praeſertim de re, a S. R. M. et Senatoribus Regni, rogata atque poſtulata. Sed poſteaquam res in effectum deducta eſt, ſperat S. R. M. nova iſta foedera antiquis obligationibus haut fore potiora, et quicquid private hac in parte conceſſum eſt ſecuritati, veteribus amicis nulla creatura pericula.

Iam vero quae Suae Serenitati cum Sereniſs. Electore Brandeb. ratione Iuliacenſis et aliorum eo pertinentium intercedunt, diſſidia, pro communi ſtudio pacis, privatoque affectu, quo S. R. M. in utramque partem fertur, plus quam lubens ad ea componenda ſe arbitrum exhibitura eſt; prout id ipſum divae memoriae Frater et Praedeceſſor ſuus deſideratiſſimus libens ſuſceperat. Non exiſtimat tamen, ita diſſitum negocium hoc futuro tractatu, (quem cum Corona Succiae inſtituere pridem in animum ſuum induxit S. R. Maieſtas,) poſſe copulari, ad quod tot Principes intereſſati vocandi eſſent, nec forſitan volentes.

Non ſubtrahet attamen facultatem S. R. M. (ſi qua hac in parte pollere dignoſcitur a Sua Serenitate,) officiaque ſua libens interponet, et praehabita Sereniſs. Electoris, tum et aliorum Principum, qui ad hanc cauſam communem cum ſuis praetenſionibus concurrunt, voluntatum declaratione, ut, conſtitutis loco et tempore, peculiaris tractatus inſtituatur, utpote qui tot difficultatibus diviſiſque ſtudiis partium repletus, ſpecialem neceſſe habeat mereaturque conſiderationem. Nihil in votis habens S. R. M. quam ut ipſa paci et tran-

quillitati reddita, alios quoque impendio operae suae eiusdem faciat participes. Vbi igitur Suae Serenitatis magis explicatam mentem habuerit, de hoc negotio, transactionis instituendae, ex nunc serio in eam incubitura est curam, ut, quantum ex se erit, morem voluntati ac desiderio Suae Serenitatis gerat.

Interim gratiam habet S. R. Maiestas, quod studio et promotione sua negotio huius pacificationis, cum Regno Succiae, velificari percupiat; protestaturque, nulla esse sibi gratiora amicorum officia, quam ea, quae ad pacem, postliminio dominiis suis restituendam, faciunt.

Caeterum gratam ministri Suae Serenitatis esse foreque ad latus suum praesentiam, utpote charissimi cognati, quod ipsum luculentis indies contestatura est S. R. M. argumentis et demonstrationibus, erga personam eiusdem.

C

Memoriale S. R. M. Poloniae, a Legato Principis Neoburgensis, exhibitum.

Ex Codice MS. Zaluſciano.

Serenissime et Potentissime Rex Domine, Domine Clementissime,

Ab Illustriss. S. R. M. Vestrae Regnique Poloniae Cancellario Supremo consignatum mihi fuit non ita pridem scriptum, quo Maiestas Vestra mentem suam ad propositionem, nomine Sereniss. Principis, Domini mei Clementissimi, a me factam, explicare dignata est; ex eoque, nec non ex adiuncta eiusdem Dom. Supremi Cancellarii ad me epistola, percipere longe gratissimum fuit constantem Vestrae Maiestatis, erga Suam Serenitatem, eiusque commoda et quietem, affectum Regium, quem Sibi Suisque perpetuo continuari, uti inter vota Serenitatis Suae primum est atque ultimum, ita vicissim Maiestatem Vestram, totumque hoc inclytum Poloniae Regnum securum

esse

esse cupit, nulla rerum vicissitudine aut qualibet demum ratione eandem se ab eo devotionis et obsequiorum sincero affectu diverti passuram, quem tot arcta necessitudinum vincula, ipsa V. M. benevolentia, et prona Illustris. Procerum studia a Serenitate Sua exposcunt. Idem hactenus re ipsa contestari non omisit, eiusdemque rei et a M. V. et Regni Proceribus sufficiens sibi datum iri sperat testimonium, si meminisse placeat, quae initio suorum motuum, quamque prompto animo oblationes sint factae, quae signa devotionis edita: prout etiam Maiestatis Vestrae ministri, qui tum in aula Caesarea, tum Ratisbonae, et alibi, Serenitati Suae eiusve ministris adfuere, retulerint, ac hodieque confirmabunt.

Quod vero oblationes illae non fuerint acceptatae, quodque Serenis. Elector Brandeb. etiam a Maiestate Vestra requisitus, Serenitatis Suae securitati speciali pacto providere recusaverit, id equidem sibi neutiquam imputari, multo minus vero vitio verti potest, quod ipsa sibi quibusvis modis mediisque licitis prospexerit, ne pro cuiusque libitu indefensa, uti saepius iam tentatum fuit, invadi et superobrui queat. Vnde Serenitati Suae inopinatum accidit, ex eodem scripto intelligere, Maiestatem Vestram praesentesque DD. Senatores in eam sese cogitationem adduci passos fuisse, ac si per foedus, cum aliquot vicinis Electoribus et Principibus, ac demum Galliae Sueciaeque Regibus, pro conservanda pace Imperii initum, Maiestatis Vestrae Regnique commodis et securitati contrarii quidpiam pepigisset, quo proinde, maxime ab ipsa Regnique Senatu rogata, melius abstinuisset. Nam, etsi in priori mea propositione causae ipsae sint explicatae, et quomodo, hac quoque in re, Serenitatis Suae actiones et intentiones, prout semper, procul ab omni M. V. Regnique incommodo, aut iustae commotionis causae fuerint, ac, Deo volente, semper futurae sint: attamen cum videat, sincerum suum affectum hac in re non satis recte apprehensum iri, operae pretium duxit Maiestati Vestrae revocare in animum, quo in statu et periculo ditiones suae Iuliacenses, aliorumque vicinorum Electorum et Principum fuerint, flagrante inter utramque Coronam versus occidentem tam funesto bello, qui proinde ratione et natura iubente, iam tum A. 1654. in mutuae defensionis pacta convenere, quibus quidem

accedere Serenitati Suae eo magis necessum fuit, quod ipsa non solum utriusque Coronae illius armis sese cinctam, ac quotidianis excursionibus annuisque hibernis fatigatam sentiret, sed et ab aliis partibus indies atque indies arma Brandeburgica parari videret, a quibus post ruptos tot tractatus, nec R. M. V. interventu atque autoritate, sufficiens quidem cautio potuit impetrari. Proindeque sibi aliter non potest imaginari Serenitas Sua, quam ipsam Maiestatem Vestram rebus illo in cardine vertentibus, atque ubi Serenitati Suae toties quaesitae et debitae securitati nullibi prospiciebatur, ad foederis istius accessionem Serenitatem Suam incitaturam et animaturam fuisse, utpote quo ipso securitati illi, quam eadem percuperet, provideretur.

Accessit successu temporis, eodem se suosque defendendi et pacis in Imperio tuendae studio, Eminentiss. Elector Moguntinus; Sereniss. vero Brandeburgicus per Legatos suos iisdem tractatibus interfuit, imo admissionem Regis Sueciae, Serenitatis vero Suae exclusionem ursit. Accessere postea et Duces Brunsuicenses, et Hassi, ac tandem in vim pacis Monasterianae, Reges Galliae et Sueciae.

Quo fine, ipsae foederis tabulae, iam dudum typis publice prostantes, et ideo Maiestati Vestrae ac Illustriss. Regni Senatoribus non incognitae, satis edocent, purae scilicet defensionis intuitu, quam omnibus animantibus natura, omnibus gentibus ratio dictavit, tam procul ab eo, quod sancti istius atque irreprehensibilis foederis ac foederatorum aemuli Maiestati Vestrae persuasum cuperent, ut hac ratione Sueco provisum sit, e suis in Imperio provinciis Poloniae arma inferre, in eisve praedas recondere, ut cum Maiestatis Vestrae Illustriss. Dom. Ablegatus hac de re deputatis Imperii Statibus Francofurti conquereretur, Pomerania, de qua haec intelligi poterant, nominatim foederi exempta remanserit atque excepta, modisque insuper omnibus pacem reconciliare hactenus fuerit quaesitum. Quod autem ad ditiones Bremensem et Verdensem attinet, eae et bellis praeteritis ita erant exhaustae, ut ulteriori bello impares viderentur, et quamvis easdem arma Maiestatis Vestrae, prout ipsa ait, contingere potuissent, credere merito potuerunt Foederati Principes, cum id sine commotione vicinorum Electorum Principum et Statuum, in primis utriusque Circuli Saxonici ac Westphalici, fieri nequivisset, Maiestatem

ſtatem Veſtram excelſo et vere Regio animo, plus tributuram fuiſſe publicae Imperii et tot vicinorum quieti, quam cum tanto damno et periculo arma ſua provinciis admoturam, quae iam antea exhauſtae, nec uni praedam, nec alteri ſubſidium praeſtare ulterius potuiſſent; vile nimis pretium excitandi novi in Imperio belli, quod Foederati modis omnibus viribuſque merito praecaverent. Prout et nunc Serenitati Suae conſtanti relatione innotuit, Maieſtatem Veſtram una cum Foederatis ſuis non eſſe alienam, belli, quod in iſtis partibus flagrat, theatrum ulteriori Albis ripa concludere et coercere. Ex quibus omnibus, pro ſumma ſua prudentia, facile iudicabit Maieſtas Veſtra, ac Illuſtriſs. Regni Proceres, quam ſincera hac in re, quamque pacifica Foederatorum fuerit intentio, et quam illius, quod ibidem ardet, belli ſe ſuoſque expertes ſervare ſtuduerint. Aeſtimabit non minus quivis prudens facili negotio, cum Serenitas Sua inter foederis huius conſortes non prima ſit, nec ultima, Ei ſoli clavum iſtius non credi, ſed eo iure merito ſequendum eſſe, quo pro conſervanda communi quiete communia vota ferunt; neque etiam ſine evidenti Status Sui periculo Eandem ab iis diſcedere poſſe nec debuiſſe, quamdiu maxime in terminis defenſionis conſiſtunt, neque ad cuiuſque offenſam diriguntur.

Nec vero quicquam egit Sua Serenitas, acceptis ante annum Maieſtatis Veſtrae et Illuſtriſs. Procerum literis, cum defenſivum hoc foedus iam diu ante concluſum fuiſſet, quo conſtans ipſius erga Maieſtatem Veſtram devotio, et ſincerus erga Regnum Regnique Proceres affectus, carpi ulla ratione merito poſſit: multo minus, quod literae iſtae innuebant, ſpeciale quodpiam contra Poloniam foedus cum Suecia panxit, uti etiam tum temporis reſpondit, viciſſimque tam Maieſtatis Veſtrae affectum, quam ipſorum benevolentiam, ſibi eſſe conſervatam plane confidit.

Caeterum periucundum accidit Serenitati Suae, non ingratum fuiſſe Maieſtati Veſtrae intelligere, quod et ipſa pacificationis, cum Regno Sueciae, negocio velificari percupiat. Longe vero gratiſſimum fuit Maieſtatis Veſtrae ſtudium reſtituendae poſtliminio regnis ac dominiis ſuis pacis. Quae, ut Principum Chriſtianorum officia ſunt et vota, ita ſperat, eadem, Divini Numinis bonitate, feliciter ſucceſſura,

ra, eoque fine mihi denuo in mandatis dedit, tam in Aula Regia, quam in ipſo tractatuum loco atque progreſſu, omnibus viribus incumbere et inniti, ut Maieſtati Veſtrae, Regnoque et Provinciis ſuis pax aequa et ſecura reſtituatur ac refloreſcat, quo Serenitas Sua Regis cognati affectum et patrocinium, Procerumque tam bene affectorum ſtudia, eo certius atque melius poſſet experiri.

De quibus plane confidit, ſimulque maximas V. M. gratias agit, quod per Illuſtriſs. Dom. Cancellarium Regni Supremum declarare voluerit, ſe non modo comprehenſionem Serenitatis Suae in tractatu futuro non impedituram, ſed, quantum in ſe erit, adiuturam, et apud alios ſuos Confoederatos procuraturam, permittendo mihi, ut in eodem tractatu adſim, inibique negocia a Serenitate Sua mihi commiſſa procurem: quo magis Eadem ſperat, illo tractatu proviſum iri, ut, communi paciſcentium placito, incluſa adverſus omnem vim factique viam, contra quoſcunque, ſecura reddatur, aut praeter opinionem invaſa, communibus viribus defendatur.

Neque etiam perſuadere ſibi ullo modo potuit Serenitas Sua, hac in re Maieſtatem Veſtram ullam facturam difficultatem, utpote quae hoc ipſum ſolum petit, quod rationi, iuri et pacis univerſalis legibus, totieſque iteratis Sereniſs. Elect. Brandeb. pactis conſonum eſt, quodque nec ab ipſo, nec a quopiam alio prudenter improbari, aut inſtanti huic pacificationi ullas iniicere moras poteſt, ſcilicet, ut Serenitas Sua facti via in poſterum non infeſtetur, ſed iuſtitiae aut amicabilis compoſitionis via curſuque, ab omni armorum ſtrepitu procul ac attentatu permittatur. Nec vero minus de Maieſtate Veſtra, inclytoque Poloniae Regno, ſeſe meritam confidit Serenitas Sua, quam ut commoda hac occaſione, qua id quidem levi enorgio fieri poteſt, ſecuritati ſuae provideatur.

Quod demum S. R. Maieſtas Veſtra componendae cum Sereniſs. Electore Brandeburg. Iuliacenſis controverſiae, dummodo ad compoſitionem eiuſmodi aliorum praetendentium Principum voluntas acceſſerit, arbitrium ſuſcipere non detrectet; etſi ſimile officium Sereniſs. Regis Vladislai apud Electorem tam parum profecerit, ut potius paulo poſt arma in Serenitatem Suam converterit, adeoque hac in re authoritatem Maieſtatis Veſtrae iterum periclitari nollet; Ipſa equidem facile

facile iudicabit, Serenitatem Suam id vel maxime optare, atque cauſae ipſius iam dudum notam iuſtitiam cognati Regis patrocinio et arbitrio ſtabiliri velle. At quoniam, prout recte aeſtimat Maieſtas Veſtra, res iſthaec, pro diverſis ac diviſis partium ſtudiis, in longinquo eſt, Regiae eiuſdem magnitudinis et affectus opus erit glorioſum, Serenitatem Suam illa, quae iam ſperatur, pace incluſam reddere ſecuram, ut tandem aemulorum incurſionibus libera, ipſius cauſae principalis exitum, iuſtitia aut compoſitione mediante, poſſit expectare. Quae Maieſtati Veſtrae humillime exponere debui, Regiae eiuſdem gratiae me quam devotiſſime commendans, tanquam

Sacrae Regiae Maieſtatis Veſtrae

devotus et humillimus ſervus
Ioannes Erneſtus a Rautenſtein.

D

Reſponſoriae a S. R. M. Poloniae Principi Palatino Rheni, in negotio ipſius.

Ex Actis *Metrices* Canc. Min. R. Poloniae.

Ioannes Caſimirus, Dei Gratia Rex Poloniae, — Sereniſſimo Principi, Dno Philippo Vilhelmo, Comiti Palatino Rheni, Neoburgi, Iuliae, Cliviae, Montium Duci, Comiti Marchiae et Ravensbergi, Domino in Ravenſtein, Affini et Cognato Noſtro Chariſſimo, ſalutem et omnis felicitatis incrementum. Quantum, deducto iam ad metam Pacis tractatu, in negotio Serenitatis Veſtrae ſit laboratum, referet Generoſus Ioannes Erneſtus a Rautenſtein, Stis Veſtrae Conſiliarius et Ablegatus. Nihil tamen, obnitentibus S. Stis Electoris Brandeburgici Commiſſariis, effici potuit, licet ſuam in hoc diligentiam operamque omnem Generoſus Stis Veſtrae Ablegatus adhiberet. Quodſi

eo ventum aliquando fuerit, ut Noſtra in his interpoſitio depoſcatur, rem totam Noſtro interuentu fidimus componendam. Interim Sti Veſtrae bonam valetudinem proſperoſque ſucceſſus ex animo optamus. Datae in Regia Noſtra Gedanenſi, die 10 Maii, Anno Dni 1660. Regnorum Noſtrorum Poloniae et Sueciae XII.

Eiuſdem Stis Veſtrae

bonus cognatus et frater

Ioannes Caſimirus Rex.

XII

De Etceterationibus, inter Poloniae ac Sueciae Reges, quondam controuerſis.

Quod de Polyphemo antiquus poeta, id non dubitauerim, quin de etceterationibus filii Grammaticorum, ſi hoc ſacrum et horribile nomen audiant, tamquam adtoniti re infauſta, exclament:

Monſtrum horrendum, informe, ingens.

Itaque prius mihi, quam rem ediſſeram, venia apud iſtos rudis et inconditi vocabuli exoranda eſt, ne, velut temeratis ſacris, capiti noſtro male precentur. Nam apud aequos aeſtimatores facile ſuis ſe auctoribus tuebitur: quippe in ipſa Oliuenſis Pacis formula vſurpatum, vt Regum Poloniae atque Sueciae ceteri tituli hoc inuolucro taciti obtegerentur. Ac ſi olim *Sam. Stryckio,* clariſſimo Iuriſconſulto, licuit illa adeo peruulgata Etcetera peculiari libello * proſequi: equidem et ipſe veniam haud deſperem, vbi ſuper etceterationi-

* Vid. SAM. STRYCKII Diſſ. de Etcetera. Libellus Franco-Gallicus, *Les Etcetera de Du Pleſſis*, (ſ. l. 1600.) huc non pertinet: ceterum adeo ignotus viris doctis, vt nec MAGNO CRVSIO, in Singularibus Pleſſiacis, commemoretur.

tionibus, quondam inter Polonos ac Succos armis belloque disceptatis, breuiter exposuero. Adeo verum est, ex paruis caussis saepe ingentium rerum nasci euenta. *

II. Orta autem ista feralis controuersia primum ex Regio Sueciae titulo, quem Sigismundus III. Poloniae Rex, amisso Suecano Regno, retinuerat sibi, vanum atque inane nomen, ad posterosque velut hereditate transmiserat. Sed vero Sueci ne illum quidem, alio in vllo, nisi qui simul Regni habenas teneret, ferendum existimabant. Tandem in Stumdorfiano conuentu, post graues concertationes, ita res composita fuit, amicis colloquiis, vt tituli vtrimque non nisi praecipui perscriberentur, reliqui tribus istis sollemnibus notis, (vulgo Etcetera vocant,) inuoluerentur. Id quod idoneis auctoribus memoratum iuuat *Pastorii* verbis, rem planissime describentis, hoc loco exponere. „Quum anno millesimo sexcentesimo tricesimo quin„to, inquit ille Flor. Polon. Lib. VII. p. 529. „inter Vladislaum Po„loniae Regem, et Christinam Sueciae Reginam, induciae annorum „viginti sex fuissent initae, aliquamdiu illic circa titulos, pactorum „instrumentis praefigendos, disceptatum est, quia Sueci nolebant, „in illis pactis, Vladislaum vocari Regem hereditarium Suecorum, „quo alioquin titulo Rex ille vti solebat. Litem istam finire tandem „placuit, facta vtrimque titulorum Regalium abbreuiatione, ita vt, „postquam Vladislao Regi datum esset nomen Regis Poloniae, Magni „Ducis Lithuaniae, reliqua, quae addi ceteroquin moris erat, non „nisi triplici etceteratione, (vt vulgo dici solet,) adposita innueren„tur. Similiter triplex etceteratio addebatur Christinae, postquam „Regina Sueciae, Magna Dux Finlandiae, nuncupata esset. Tales „tituli pactis inscripti, & typis editi sunt.„ ** Conf. *Ogerii* Ephemerides, p. 335 et 347. *Pufendorfii* Commentar. de rebus Caroli Gustaui, Lib. V. §. 84.

III. Sed Poloni, vt huc descenderent, necessitate magis, quam voluntate adducti fuerant. Nam abhorrebat ea res ab ipsorum consilio, postulationes suas minime obuelandas, sed in aprico ponendas

* Conf. *Essai sur les grands événemens par les petites causes*, (Amst. 1760. 12.)

** Apud OGERIVM, loc. comm. p. 385 seq. et DUMONTIVM Corp. Dipl. T. VI. P. I. pag. 115 sq.

das esse indicantium. Itaque ipsis in auspiciis Lubecensis conuentus, anno superioris seculi primo et quinquagesimo, grauiter cum Legatis Suecis, super istis etceterationibus, est disceptatum. Nam in fiduciariis litteris Iohannes Casimirus, Poloniae Rex, sibi cuncta ab maioribus tradita titulorum nomina adscripserat; Christinae autem Reginae tacita praetermiserat, addito non nisi vno tali sollemni signo. Igitur Sueci, auctore *Pufendorfio*, Rer. Suecic. Lib. XXIII. §. 29. inter alia conquesti sunt etiam hoc: „Titulum Reginae vno tantum ab„breuiationis signo abruptum esse, Polonico titulo integro; quum „tamen in Borussia conuentum esset, vt vtrimque post vocabula, *Ma„gnus Dux*, et *Magna Princeps*, tria abrupti sermonis signa poneren„tur.„ Ex cuius conuentionis lege, quum in procuratoriis Suecicis tituli incisi essent illa tergemina etceteratione; Polonos Legatos hoc ipsum velut recens, neque consentaneum priscae consuetudini, reprehendisse, idem *Pufendorfius* loc. comm. §. 27 tradit. „Dese„rebantur, inquit, procuratoria vtrimque ad Chanutum, qui partibus „eorumdem copiam faciebat. Vbi Poloni quidem, in Suecorum „procuratorio, ista notabant: Quod titulus Regis Poloniae trunca„tus esset, qui hactenus ad ista vsque verba, *Nec non Suecorum*, to„tus expressus sit. Adiuncta quidem esse abbreuiationis, quae vo„cant, signa: sed quia noua sint, et insolita, iure reprobari debere, „antequam per Suecos declaretur, derogatoria, an conseruatoria „sint.„ — Inprimis Poloni super Liuonia, vtrum huiusmodi notis contineatur, per Georgium Fischerum, Mitauiensem Praefectum, (is erat adscitus inter ipsos,) quaeritabant. Ceterum titulos Regis hoc quasi velo obducendos, id se scire iuxta cum ignarissimis. Enimuero si Sueci profiterentur, his notis omnes Regis titulos comprehendi, se iis liberaliter concessuros esse. Vid. *Pufendorfius* §§. 28 et 30. Has inter atque tales disputationes quum sat longum temporis spatium consumsissent, ac se mutuo, tamquam graui in opere, fatigassent, ad postremum de conuentu est, re infecta, discessum. Conf. *Vaucennaeus*, Comment. de rebus Suecic. T. II. p. 221 sqq. In altero conuentu, ibidem haud multo post habito, acta primum eadem, vt sic dicam, fabula: deinde exhibita a Polonis procuratoria, qualia esse ea Sueci cuperent, ternis duntaxat etceterationum signis conspicua.

cua. De qua re videor pretium operae facturus, si *Pufendorfii* verba hoc loco repetam. „Polonis,„ inquit ille Rer. Suecic. Lib. XXIV. §. 31. „duplici erant instructi procuratorio, quorum vno integer Re„gis titulus, altero truncatus exprimebatur. Igitur inter ipsos deli„berabatur, vtro vtendum esset. Goraiskius censebat, integrum pri„ore loco offerendum, ne de alto velut fastigio praecipites ruisse, non „per gradus descendisse, viderentur: post disceptationem demum al„terum proferendum. Contrarium sentiebat Lessinskius, et Fische„rus, ne ruptura tractatuum inde proueniret, et quia Chanuto iam „emendata procuratoria promissa fuerant. Praeualebat tamen Gora„iskius, testatus, se periculum rupturae praestiturum: ac ipse ad Me„diatores accedens, plenipotentiam integro cum titulo exhibebat, „ostendens, se non posse non in Praeliminaribus Regis sui ius inte„grum seruare: ac sufficere, si ex procuratorio perspiciatur, plena „facultate ad tractandum se instructos: disputationem, super titulo, „ad ipsam tractatuum substantiam pertinere. — — In eo instrumen„to titulus Regis a contextu disiunctus erat, et Io. Casimirus Re„gem se Suecorum hereditarium expresserat; vtut Christinae quoque „titulus Reginae Suecorum, Gothorum, Vandalorumque datus esset, „additis, post Ducatum Magnum Finlandiae, mutilationis notis. Sed „quum Chanutus per litteras Polonos rogaret, vt alia procuratoria „exhiberent, quod Sueci isthaec in contumeliae vicem accepturi, ac „statim abituri sint, praesertim quum et praeterito anno eadem caus„sa tractatus abruperit: Poloni aliud procuratorium exhibere con„stituunt, interposita protestatione, id Regis sui iuri innoxium fore, „ac per ternas abbreuiationis notas omnes Regis titulos intelligi.„— Conf. *Vaucennaeus*, loc. comm. T. III. p. 84 seqq. *Lengnichius* Hist. Pruss. P. VII. p. 101 seq.

IV. Haec Christina imperante acta. Sed nondum satis etceterationibus datum: quamquam Carolus Gustauus, ad gubernacula Regni admotus, nolle videbatur isto quasi in simpulo fluctus excitare. Itaque in litteris, tum ad Iohannem Casimirum scriptis, ternas sollemnes notas adiecerat: * quod itidem ab Rege Poloniae, in

* Exemplum harum litterarum exstat apud RVDAVSCIVM, Hist. Polon. Lib. V. p. 144. item in LONDORPII Actis Publicis, T. VII. p. 912.

responsoriis, factum esse, *Pastorius* loc. comm. pag. 530 perhibet. Sed tamen in ipsa inscriptione erat, quod Kochium, Suecum Legatum, male haberet. Nam „inscriptio litterarum,„ auctore *Pufendorfio*, Comment. de rebus Caroli Gustaui Lib. I. §. 46. „quae Ko„chio tradebantur, non exprimebat verba pactis constituta, *Sueco„rum, Gothorum, Vandalorumque Regi, Magno Duci Finlandiae etc. „etc. etc.* sed tantum positum erat, *Succiae Regi etc. etc. etc.* De „quo Kochius statim apud Cancellarium querebatur, negans, talem „epistolam a se acceptari posse, praesertim cuius argumentum igno„ret.„ Qua querimonia ipsius, etiam apud Procancellarium repetita, effectum est, vt, quidquid in inscriptione cum pactionibus dissentiret, id emendaretur. Scribarum duntaxat inscitiam atque errorem fuisse. Nam Regem, e consilio Senatus, in tituli inscriptionem, consentaneam pactis, et ipsum consensisse Procancellarius adfirmabat.

V. Vix conquieuerat hic quasi leuior motus, quum longe atrocissimus, vnde minime videbatur, tanta vi exortus est, vt Poloniam omnem vehementer concuteret. Quippe in litteris fidei, quas Iohannes Andreas Morstinius, Legatus in Succiam missus, * Carolo Gustauo exhibiturus erat, Polonico quidem titulo tergemina etceterationum signa adposita, in Suecico autem (quantum facinus!) vnum omissum erat. „Venerat, inquit *Pufendorfius* l. c. Lib. II. §. 1. sub „exitum superioris anni,„ (is erat illius seculi quartus et quinquagesimus,) „ab isto missus in Succiam Andreas Morsteinius; sed qui „nulla agendi facultate instructus, praeter veteres insultationes, no„uasque morarum ambages, nihil adferebat. Sane litterae, quas ex„hibebat, legationi fidem facientes, non vno modo vitiosae reper„tae. Cautum erat pactis induciarum, vt Reges, sibi inuicem scri„bentes, titulos suos ternis abrupti sermonis signis truncarent. Sed „hisce litteris Polonico quidem titulo tria eiusmodi signa, Suecico „non

* Conf. RVDAVSCIVS loc. comm. pag. 143 sqq.

** RVDAVSCIVS l. c. Lib. V. p. 140. *Caussa belli prope erubescenda, syllabae error, quem Mosci pro contemtu habuere.* BASNAGIVS Ann. Belgic. T. I. p. 379. *Alexis déclara la guerre au Roi de Pologne, sur des prêtextes assez legers. Il se plaignoit de ce que les Polonois ne lui donnoient pas les titres, qui lui*

„non nisi duo, adposita erant.„ Conf. *Pastorius* loc. comm. *Lengnichius* l. c. pag. 124. Quae res, parua omnino, et, vt argute *Kochouius* Climact. II. p. 435. ait, Serenissimum nihil, quum in ignominiam esset accepta, (solent enim inter amicos parum fidos cuncta suspecta esse,) dici non potest, quantum non Regis modo, verum totius Senatus Regni, animos exulcerauerit. Ac Senatores quidem in litteris, ad Regni Poloni Senatum perscriptis, quae in *Londorpii* Actis Publ. T. VII. p. 981. et apud *Rudauscium* Hist. Polon. Lib. V. p. 148 sq. exstant, inter alia id genus plura: „Contigit, inquiunt, „multo magis praeter exspectationem, quod eodem momento, quo „calentes maxime Regis Vestri affectus nobis persuadendi essent, ex „copia litterarum credentialium, quas ille (Morstinius) secum apportauerat, deprehenderetur, praeiudicio et Dignitatis Regiae et „Status Nostri esse refertissimas. Ita incipiunt, vt paritati Regum No„strorum non nihil detrahant: ita finiunt, vt sub Regnorum plurali„tate, etiam in nullius momenti minutiis, intolerandae Regis Vestri „aduersus Statum Nostrum praetensioni faueant.„ Ipse autem Rex, Carolus Gustauus, iniuriam tantam, nisi armis expiari non posse ratus, omissam vnam etceterationem (quis crederet?) in caussam belli delegit. Vid. Breuis ac praeliminaris expositio caussarum, — apud *Londorpium* loc. comm. p. 1003. et *Rudauscium*, p. 169. Conf. *Cyriaci Trasymachi* Epist. de iustitia armorum Suecic. p. 12. Circa idem tempus, quasi fata in Poloniae calamitatem conspirassent, Moscos quoque haud dissimilis caussa, syllabae error, pro contemtu ab iis habitus, in Polonum nomen armauit. [oo] Sed apud Carolum Gustauum, Senatumque Suecani Regni, excusauerunt Poloni et litteris, et per Legatos in Sueciam missos, errorem scribae, nescio quod deprauatum Stumdorfiani pacti exemplum sequuti. Vid. Senatorum R. Poloniae, ad R. Sueciae Senatorum litteras, Responsoriae, in *Londorpii* Actis, T. VII. p. 1098. Conf. Eliminatio caussarum suscepti a Carolo

lui étoient dûs, et il avoit recuelli plus de cent Lettres diférentes, qui lui servoient de preuves. Il en avoit fait ses plaintes: mais on n'avoit pas puni les coupables, parcequ' on auroit eu de la peine à décerner un suplice proportionné au crime, d'avoir changé une lettre, dans le nom de Micchalovitz, *ou de l'avoir écrit d'une manière diférente.*

rolo Gustauo, contra Ioh. Casimirum, belli, apud *Rudauscium*, l. c. p. 313. Et sane „id scienter, studiove offendendi, fuisse commissum, vt verbis vtar *Pastorii*, l. c. „nemo credere possit, qui nouerit, mi„nime tum e re fuisse Poloniae, bello Moscouitico et Cosacico impli„citae, plures sibi inimicitias quocumque modo adtrahere.„ At Suecorum Rex, cui constitutum fixumque erat in Poloniam impetum facere, nihil his similibusque motus, ipsa inter excusationum delinimenta atrocissimum bellum suscepit. In quo quot mortalium sanguine vni voculae litatum est! quanta vrbium prouinciarumque strage vani tituli redemti sunt!

VI. Iam quae belli nefanda caussa fuerat etceteratio, ea pacis quoque negotium aliquamdiu distinuit. Ac primum postulabat Carolus Gustauus, vt istae ternae notae, quamuis ab ipso titulis suis in sigillo non additae, * in fiduciariis litteris ac diplomatibus Polonis adhiberentur. „Legatis," inquit *Pufendorfius*, Comment. de rebus Caroli Gustaui Lib. V. §. 84. „vtique peruincendum erat, postre„mum temperamentum etceterationum in procuratoriis obseruandum; „prorsus vti procuratoria, cum titulis et sigillis, adornata fuerant, „quae Lessinius et Narusseuicius a Rege, et Republica Poloniae, anno „MDCLV. Holmiam adtulerant. Praesertim quia, flagrante iam bel„lo, ipse Iohannes Casimirus mutilato titulo vsus erat, ac Carolo Gu„stauo legitimum titulum, sed itidem truncatum, tribuerat, tam in „litteris, quas Prziemscius apud oppidum Colam adferebat, quam in „pacto deditionis Vuarsauiensis.„ Itaque super iisdem, in ipso pacis conficiendae opere, vehementer etiam atque etiam est disceptatum. *Pastorius* in Diario, ad extremum Ianuarii, p. 83. mentionem facit peculiaris scripti, *de Etceterationibus:* quod si peruenisset in manus meas, lubens illud volensque adferrem. Ita obstinate autem Poloni Suecis restiterunt, vt, postquam fatis functo Suecorum Rege quasi spiritum resumsissent, iam non amplius etceterationes, sed ipsum Sueciae Regium titulum atque insignia, vindicatum Iohanni Casimiro irent. Nec defuisse reperio ex Suecis Legatis binos, (Gardium et Guldenclauium supra suspectatus sum; ** dextrone Apolline, haud conten-

* Vid. PASTORII Diarium Pacific. pag. 55. not. *

** Vid. ad PASTORII Diarium, p. 189. not. ****

contenderim.) adeo tum animis fractos, adeo rebus diffisos suis, vt hanc potissimum rem Polonis adnuere haud recusarent. Quod quum alibi strictim memorarem, huic loco seruaui verba *Benedicti Oxenstiernii*, itidem Legati Sueci, ex Narratione, super foederibus, inter Sueciae ac Galliae Reges: quae nunc promissi memor adiungam. --- „Sitôt que la nouvelle de la mort prématurée du Roi Charles Gustave --- fut apportée en Prusse, où on traitoit de la paix entre la Suede et la Pologne, il se trouva deux de nos Plenipotentiaires, qui à la persuasion de la Cour de Pologne me pressérent, de „donner mon consentement, comme ils avoient déja donné leur, „à ce que le Roi Jean Casimir porta le titre de *Roi de Suede*, et se „servit des armes de ce Roiaume, sa vie durant. Comme ce point „avoit été non seulement contesté de part et d'autre, pendant l'espace „de 60 ans, mais qu'il avoit été aussi la cause de la guerre entre les „deux Etats, (car le Roi de Pologne avoit fait faire une protestation „solemnelle par son Ambassadeur Morstein, à l'avénement de feüe Sa „Majesté à la Couronne de Suede, en reservant les Droits, qu'il prétendoit d'y avoir, comme aussi au titre et aux armes des Rois de „Suede, dont il vouloit se servir,) je fus d'avis, que l'on devoit d'„autant moins préter l'oreille à une pareille proposition, que l'on ne „devoit pas même la prendre ad referendum, puisque je n'etois „que trop informé, jusqu' à quel point ce grand Roi auroit été sensible à cet Article, et que personne n'auroit osé lui en faire la „moindre mention, pendant qu'il vivoit. Néanmoins nos deux Ambassadeurs aiant fait espérer à ceux de la Republique de Pologne, „qu'ils termineroient cette affaire, comme ils le desiroient malgré „moi; mais n'en pouvant venir à bout, ils ont jetté sur moi leur „haine, et ils m'ont fait essuier dans la suite toute sorte de persecutions.„

VII. Itaque Oxenstiernii studio atque constantia factum est, vt ea res minus ex Polonorum sententia flueret. Succi enim, confirmatioribus paullo post animis, vrgebant non sine speciosis rationibus, vt Poloniae Rex, postquam se abdicasset iure suo in Regnum Suecanum, neque titulos Sueciae regios, neque istas etceterationes in po-

 sterum

sterum vsurparet. In hos velut scopulos negotium pacis denuo illisum, ne penitus rumperetur, formula Renunciationis, quam vocant, iterum ac saepius est mutata. De quibus mutationibus videndum inprimis est *Diarium Suecicum*, ad d. IX Aprilis: vnde nos quaedam supra, ad *Pastorii* Diarium, p. 223. not. ** delibauimus. Tandem, post tot et tantas decertationum tempestates, illa, quae tabulis Pacis Oliuensis Art. III. inserta legitur, hanc caussam omnem lenissime consopiuit.

XIII

De Hieronymo Pinoccio, et legatione eius, ad Belgas et Britannos suscepta.

De Hieronymo Pinoccio, quamquam nec generis amplitudine, nec rerum gestarum fama valde conspicuo, at cuius inter Acta Oliuensis Pacificationis memoria exstat, haud abs re fuerit hoc loco exponere: partim, vt nomen viri ab *Rudauscii* cauillationibus vindicetur; partim, vt *Pastorii* narrationi paullulum obscurae, in Diario Pacific. p. 98 et 139. ipsique adeo legationi, qua de commemorat, qualecumque opera nostra lumen addatur. Sed de eo, praesertim in hac festinatione, paucis absoluam.

II. Fuit Pinoccius natione Italus, haud ignobili apud suos loco procreatus. *Pastorius* Flor. Polon. Lib. VII. p. 607. disertis verbis nobilem Italum adpellat. Litterarum non omnino fuisse rudem, certe prudentiae ciuilis praeceptis innutritum, facile credas, etiam more gentis, in qua his et talibus ingenia hominum innascuntur potius, quam instituuntur. Mercatorem *Rudauscius* semel atque iterum, tamquam per contemtum et ignominiam, nuncupat; vt fere solet non tantum suis infensus esse, nominis et togae immemor, sed etiam externos, in Polonica aula euectos, saepius sugillare, vnis Austriacis velut nexu et mancipio obstrictus. Astutiam tamen, et rerum agendarum acre studium, non defuisse isti ingenio, ipse fassus est, insigni

insigni documento iam olim comprobatum, quum Ioh. Lescinio, Comiti, ab epistolis esset, in Vindobonensi legatione. Rem omnem, dictu sane quam dignam, iuuat ex *Rudauscio*, Hist. Polon. Lib. VI. p. 206 cognoscere: nec me taedet locum, quamquam longiorem, huc transferre. „Consilium, inquit ille, ab omnibus datum est, of„ferre vicino Caesari Regnum non iam electiuum, sed hereditarium, „quo magis Austriacorum contra Suecos concitarent arma. Ceterum, „si Regnum acceptare nollet Caesar, mutuaret saltem militem, pigno„ris loco dari illi ex nunc Syradiensem et Cracouiensem Palatinatus, „cum adiuncta Samboriensi praefectura, ac Zywiecensi comitatu. Tu„tissimum e praesentibus malis videbatur consilium, transferre Re„gnum in Principem Catholicum; et fuisset sane, si acceptasset Cae„sar. Hac igitur instructum legatione Lenciciensem tunc Palatinum, „Ioannem Comitem de Leszno, Viennam dimittunt, nullo succes„su. Palatinus siquidem Viennam tunc veniens, Patris Georgii Schen„hoffii, S. I. Presbyteri, altiori, vt videbatur, visus consilio, Legati „exuit personam, priuatumque se fingit, qui publico admotus mu„neri fuit. Ratio huius sophismatis prima debetur ipsi Palatino, qui „aureae, vt asserebat, Libertatis Polonae fasces nondum Austriaco „voluit submittere imperio, scilicet fallaci spe circumuentus, adfu„tura breui aliunde auxilia, quae Polonam iterum restaurarent liber„tatem. Accendebat Palatinum Schenhoffius, tanti arcani conscius, „ne sceptrum vltro deferret Polonum: cunctatione potius tereret „tempus: exquireret interim, quid valeret Caesar viribus, potentia, „et neruo belli, pecunia: hoc ipsum iterum referret Polono Regi, „augustoque Senatui. Addebat, melius consultum iri, si Austria „peteret Polonum diadema: tali enim casu posse optime mercari „cum Caesare Regnum: infensus deinde Augustae Domui, palam „damnare coepit coram Palatino Austriacorum consilia, vt nimis „tarda, vt Polonis semper suspecta, vt ambigua, et ad absolutum „vergentia Principatum. Schenhoffii orationem confirmauit *Hiero„nymus Pinocci*, mercator Italus, et tunc eius legationis Secretari„us, concludebatque homo alias rudis, nihil hac super re, cum „Principe ab Auersperch, Caesaris tunc primo ministro, tractare,

 „potius

„potius per Hispanum oratorem, Castel Rodrigo, tunc in aula Imperatoris degentem, secreta via Caesarem molestare, mitteret vt „subsidia cognato Regi; ad extremum, spem tantum Regnatricis „fortunae a longe ostendere, rem Hispano gratissimam. Ita factum „arcanum legationis velatur, ipseque Palatinus, vt priuatus, accedit „ministros Caesaris, subsidia orans: Pinoccio interim Itala fallacia „Hispanum circumueniente oratorem. Sed frustra Hispanum Politi„cum mercator Italus fallebat.„

III. Ad hanc legationem, haud dubitauerim, quin Pinoccius Coricinio, Regni supremo Cancellario, in primis commendante adscitus sit, cui propter ingenium, agendis rebus aptissimum, erat mirifice acceptus et carus. Vid. *Pastorius* loc. comm. Itaque spectatus multis sollertiae dexteritatisque praeclaris documentis, aliquo tempore post, (annus agebatur supra millesimum sexcentesimum octauus et quinquagesimus,) ad Belgas, item ad Britannos, extra ordinem legatus missus est, grauibus de caussis. Neque enim *Rudauscio*, l. c. Lib. IX. p. 444. quamquam cetera non contemnendo scriptori, fides in hoc habenda est, quum, (odione, an veri inscitia, ambigam,) Pinoccium tradit tantum in transitu Ordines Belgii inuisisse: „sollicitata ab illis pecuniae summa, nomine Poloni Regis, pro „Puteensi propugnaculo.„ Agitauerat iam inde ab aliquot annis Iohannes Casimirus foedus cum Belgis, per Nicolaum Byaeum, (de Bye,) vt mare Balthicum ab Suecorum molitionibus tutum praestarent, libertatique commerciorum prospicerent. Vid. *Aitzema* loc. comm. T. III. p. 1098 sqq. *Vuiquefortius* Hist. Belgic. Lib. VIII. p. 471. *Pufendorfius* Comm. de rebus Caroli Gustaui Lib. I. §. 47. Erat autem consilium Regi Poloniae, sic cum Suecorum Rege ipsos Belgas committere, partemque atrocis belli, ab se, in eos inclinare. Haec res Pinoccio, vt eam tandem conficeret, demandata. Sed praeterea huiuscemodi alia fidei atque ingenio eius tum concredita erant: quae Latino sermone, in Concilio Primorum, ab ipso exposita, *Leo ab Aitzema* maluit Belgice facta Operis sui T. IV. p. 281 sq. interserere. In his praecipue super vectigali, si quod Suecis esset in Balthico mari concedendum, quaesitum, etiamsi ab tali concessio-

cessione Poloniae Rex vehementer abhorreret: de securitate, Dantisco praestanda: de conuentu pacifero, tum Brunsbergae in Prussis celebrando, ad quem Belgae, siue socii bellorum, siue pacis conciliatores, legatos suos mitterent. Sed haec fere in speciem dicta. Praecipua cura in eo vertebatur, vt, opitulatum Polonis ac Danis, Pinoccius illos ad Suecicum bellum quasi facibus subditis inflammaret. Et omnino tardioribus ad arma, (vt sunt ingenia hominum, in ciuitate commerciis dedita,) opus incitamentis quam pluribus erat. Itaque aliis mandatis, quorum formula, Polonice perscripta, nunc apud me est ex *Codice MS. Zalusciano*, iniunctum illi, vt, de Thorunio reciperato, Belgas certiores redderet; quo facilius eorum animi siue ad bellum profligandum, siue ad pacem maturandam, compellerentur. Et super pace quidem, iisdem nuntiaret, ipsam illam in vrbem conuentum, cui Belgici Legati interessent, indictum fuisse. Cetera lubens hic praeterfluere sino.

IV. At vero Ordines Belgii, satis consuluisse rebus suis Elbingensi pactione rati, his atque talibus haud se passi sunt, aduersus Suecos, in armorum societatem adduci. Qua de re Legati Poloni, in Concilio Oliuensi, semel atque iterum grauiter conquesti sunt. Vid. *Pastorius*, in Diario Pacific. l. c. Ipsas autem tabulas responsi, ab Ordinibus tum Pinoccio dati, si qui introspicere penitius velint, *Aitzemam* adeant, apud quem exstant loc. comm. p. 374. Conf. ibidem p. 282. Mihi illas huc transferre visum haud est.

V. Inter haec Hagae Comitum, a Pinoccio, actum etiam cum Britanno Oratore fuit: apud quem Regio iussu multa super Suecis, eorum lubidine bellandi, prolatandi per mare et terras imperii cupidine, aliisque compluribus, (longa enim est iniuria,) querebatur. Nec Protectoris, quem vocant, Angliae auersum a Polonis animum tacitum praetermittebat. Adeo obsepta omnia Suecorum amicitiis esse: adeo omnia Polonis infestissima. Ita occoecatos Britannos nec iam bona sua, commerciorum in mari Balthico libertatem, satis intelligere. Atque erat Oliuerius Cromuellius non solum captus summa admiratione Caroli Gustaui, Regis Suecorum fortissimi, verum etiam studio in eum tanto spectatus, vt ea tempestate, quem-

admodum ait *Koehouius*, Climact. II. p. 280. illi dextrum se brachium exhiberet. Cuius propensae voluntatis clarissima argumenta in epistolis, ad Carolum Gustauum, quales in *Ioh. Miltoni* Opp. Hist. Vol. II. passim exstant, * et complura alia, in *Ioh. Thurloei* Actorum Publicorum amplissima collectione, ** occurrunt. Nec ab hoc Oliuerii, in rem Suecanam, animo Richardus filius, cuius sub fide tutelaque, post patris fata, aliquamdiu Anglia fuit, vel latum vnguem discessit: quin potius eum, tamquam hereditate acceptum, diligentissime seruaturum se non modo verbis promisit, sed etiam rebus praestitit. In quam sententiam litteras Richardi, lectu omnino dignas, non possum facere, quin e *Miltono*, loc. comm. p. 549. adponam. *** Sunt autem hae: — „Cum videar mihi paternam vir„tutem vix satis posse imitari, nisi easdem quoque amicitias colam, „et retinere cupiam, quas ipse et virtute sibi quaesiuit, et sibi esse „maxime colendas ac retinendas iudicio singulari duxit; non est, „quod dubitet Maiestas Vestra, quin eodem se prosequi studio ac „beneuolentia debeam, qua pater meus memoriae serenissimae est „prosequutus. Tametsi igitur, in hoc magistratus ac dignitatis ini„tio, non eo loco res nostras reperiam, vt in praesentia possim ad „quaedam capita respondere, quae Oratores Vestri in medium pro„tulerunt: tamen et institutum a patre foedus cum Maiestate Vestra „continuare, et arctius etiam coniungere, mihi quidem magnopere „placet: rerumque vtrimque statum simulac plenius intellexero, ad „ea transigenda, quae cum vtriusque Reipublicae commodis potissi„mum coniuncta esse videbuntur, ero equidem semper, ad me quod „adtinet, promtissimus. Deus interim Maiestatem Vestram ad glo„riam suam, et Orthodoxae Ecclesiae tutelam atque praesidium, quam „diutissime conseruet. „ —

VI. Quae quum ita se haberent, Hieronymus Pinoccius, in Angliam e Belgis transuectus, negotii suscepti haud sane prosperum successum

* Item, inter Litteras Pseudo-Senatus Anglicani, (s. l. 1676. 12.) p. 78 sqq.

** *Collection of the State - Papers of* IOHN THVRLOE, *Esq. Secretary of Council of the State, and afterwaards of the two Protectors Oliv. and Rich. Crom-*

ceſſum fuit expertus. „Iſtic omnia, inquit *Paſtorius* Flor. Polon. „l. c. hoſti amica, Polonis aduerſa reperit; Cromuellio inſiſtente con-„ſiliis, quae cum hoſtibus noſtris, inſtigante Enthuſiaſtarum ſpiritu, „iam dudum inierat.„ Sed, quem is non obſcure demonſtrat, Oliuerium iam tum fatis conceſſiſſe conſtat. Igitur Pinoccius ad Richardum miſſus, mandata exſequitur: de quibus vtrum vera omnia *Rudauſcius* loc. comm. prodiderit, addubitem. Iam primum, age, ipſum audiamus: „Huius legationis ſumma fuit, Regis ac Reipublicae Po-„loniae teſtata erga Cromuellium amicitia. Excuſabat praeterea idem „Orator praeſtita Carolo II. eius nominis Magnae Britanniae Regi, a „Polono Rege, pecuniaria auxilia, a Scotis et Anglis contra paren-„tem Cromuellii contracta; promittebatque, non amplius commiſ-„ſuram ſimilia Polonam Rempublicam, contra praepotentem Crom-„uellii domum, aut Angliae ſtatum.„ Ego vero in mandati tabulis, quales mihi ante oculos ſunt, e Polonis Germanicae factae, iſtiuſmodi excuſationis ne vmbram quidem reperio. Imperatum autem Legato, vt, Regis ac Reipublicae nomine, Richardo gratulationem de principatus auſpiciis, adfectumque ſingularem ſignificaret: dein aliquem illius Oratorem iam diu in Polonia exſpectari diceret: poſtremo, pacem communem Polonos aequis conditionibus vehementer cupere adſeueraret. Talem et a Legato Gallo iuſſam ſperari: at Suecos, prouti animos priſtinae fortunae ſeruarent, ita immoderata velle. Quodſi Richardus inter conciliatores pacis poſtularet adſumi; id quidem Pinoccius, pro ſua dexteritate ac prudentia, modeſte abnegaret, quaſi ea prouincia iamiam a Gallis Belgiſque occupata. Ceterum commemoraret, Polonos cogitaſſe quidem olim de Auſtriaco aut Moſco, in ſpem Regni adſciſcendo: ſed meliore fortuna, meliores animos iam recepiſſe; neque velle inſtituta maiorum, et illam auitam electionis libertatem, qua tam diu Reſpublica ſtetiſſet, exuere. Nec, inter haec et talia, Curlandiae Ducem captiuum taceret. Sed ante omnia

Cromwel, digeſted by THOMAS BIRCH, (Lond. 1742. f.) T. IV. p. 182. 275. 610. V. p. 478. VI. p. 507. 689. VII. p. 23.

*** Item, inter Litteras Pſeudo-Senatus Anglicani, p. 217. Conf. ibidem pag. 219 ſqq.

omnia animum Protectoris eo perduceret, vt is pacem non inter Danos tantum, atque Suecos, sed inter omnes omnino sibi promouendam statueret.

VII. Ad haec ita exposita Richardus responsum, in alius temporis opportunitatem, differendum sibi putauit. Qui quum paruo tempore post, vrgentibus fatis, loco ac dignitate cessisset sua: Pinoccius in Poloniam re infecta reuersus est. „Interim, inquit *Rudau-„scius* l. c. mutatur Angliae scena. Cromuellius paullo ante Prote-„ctor, ac summus Angliae moderator, momento deiicitur de summa „rerum, mutaturque Angliae status ex tyrannico in legitimam monar-„chiam. Ita Pinoccii euanuerat legatio: qui, rebus Angliae mutatis, „sine responso ad Poloni Regis redierat aulam.„ Nec vero ille nullum huius legationis fructum percepit. Nam praeter prudentiae fidelisque operae eximiam laudem, quam ab omnibus reportauit, paucis annis post indigenae nobilitatis iure est cohonestatus. Vid. *Constit. Regni*, de An. MDCLXII. Art. „Indygenat Vrodzonego Hieronyma Pinoćiego,„ f. 35. Adeo viris, praeclare de Republica meritis, numquam apud Polonos, sapientissimam ac liberalissimam gentem, sua praemia atque ornamenta defuerunt.

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM

(Numerus Romanus Sectiones binas, Arabicus paginam, Littera n. notas significat.)

Czar-

Lescini-

M

Pacius

R

Succi,

Emendanda.

I. p. 18. n.* viderie iur l. videri iure
- - 105. n.* Obseru. X. l. Obseru. XV.
- - 117. pates l. partes
- - 129. n.** loc. add. comm.
- - 134. n.*** Bogusl. filium l. Bogusl. Radziuilium
- - 139. n.* scripta eius bina l. scripta bina
- - 143. de scriptione l. descriptione
- - 144. n.** die XXII. l. die XXIII.
- - 198. saluus l. salui
- - 205. n.** Maiestatis l. Maiestas
- - 226. de suis l. a suis
I. p. 232. n.* septingenta l. sexcenta
- - 240. nisi more l. nisi more communi
- - - n.** omnibus singulis l. omnibus et singulis
- - 245. n.** edita l. editae
- - 272. Electorales l. Electores
- - 279 vobis l. votis
- - 284. Nolebant l. Debebant
- - 286. Sociis l. Suecis

II. p. 61. Defensam Poloniae l. Defensam Liuoniae
- - 62. percurre l. percurrere

